R.P. MAXIMILIANI SANDAEI ... MARIA LUNA MYSTICA

Maximilian Sandäus




NAZIONALE
R. BIBLIOTECA
CENTRALE V. E. II
8
55 A
32
ROMA


PVLCHRA VT LVNA
R. P.
MAXIMILIANI
SANDÆI
E Societ. Iesu Doct. Theol.
MARIA
LVNA MYSTICA
NOVA
ECLIPSATA
PLENA
FESTINANS
DOMINATRIX
BELLATRIX
COLONIÆ
Apud Ioannem Kinchium
Anno M DC XXXIV.

R. P.

MAXIMILIANI SANDÆI

E SOCIETAT. IESV DOCT. THEOLOGI

MARIA LVNA MYSTICA.




COLONIÆ AGRIPPINÆ

Apud IOANNEM KINCKIVM, ſub ſigno Monocerotis

Anno M.DC.XXXIV.

Permiſſu ſuperiorum & Priuileg.

APPROBATIO
R. P. PROVINCIALIS
SOCIETATIS IESV.



GO LAMBERTVS *Stranius* Societatis Iesu, per Prouinciam Rheni superioris Præpositus Prouincialis, potestate mihi facta ab Adm. R. P N. *Mutio Vitellesco*, Societatis Iesu Præposito Generali, Librum, cui titulus, MARIA, LVNA-MYSTICA, à *P. Maximiliano Sandæo*, Societatis eiusdem Theologo conscriptum, atque à deputatis ad id Theologis lectum, & approbatum, typis mandari permitto. In cuius fidem manu propriâ, consuetoque Officij sigillo has litteras munitas dedi. Treuiris 6. Iulij. Anno M.DC.XXXIV.

SERENISSIMO

FERDINANDO

INFANTI

HISPANIARVM

PIO. IVSTO. FORTI

FELICI, VICTORIOSO

VENISTI *Serenißime Princeps, venisti*

FERDINANDE, *gerens nomen Victoribus aptum,*

Imperij solitum sæpè notare decus.

TV *quoque nunc tanti mensuram nominis implens*





ENISTI. *Nondum seriò certasti, & vicisti. Talem Te, si in prima*

prolusione sensit rebellis Germania, qualem experietur in vero certamine pars iugi impatiens Belgica?

Nota loquimur ideoq; laciniam prolixa narrationis abscidimus. Sat sit enunciasse voculâ, NORTLINGAM. *Quam quoties, siue audiet, siue leget posteritas, animo obuersabitur* SERENISSIMVS FERDINANDVS *Infans Hispania. Qui, & vt Inuictissimo Imperatori*

tori FERDINANDO *Auũculo ſuo gratificaretur; &, ut Potentiſs. Hungariæ Bohemiæq; Regi patrueli ſuppetias ferret, adfuit, tãquam cælo demiſſus, Triadem cõpleturus. Quâ nihil rerum natura habet eminẽtius, potentius nihil. Experti ſunt contumaces refractarij, qui vinci ſe poſſe probarunt ab inuicta Triade: quod non credebant antea: credent, antequam confligant, ne-*

potes. Sed ita vicit Ferdinandorum TRIAS, *ut fælicitatem æquè omnibus, Victoriam* FERDINANDO INFANTI *signatè, magnam partem adscribendam sentiat. Quod promptè, datis ad Imperij Principes litteris, Cæsar Ferdinandus profiteri voluit, quia potuit.*

I Fælix SERENIS. Princeps, quo Te spes Fratris, Magni Regis, quò Te Auunculi Impera-

pera-

peratoris votum, quò superi destinarũt. I, quò subditorũ necessitas vocat, quò Fata ducunt. Bonum omen est, Belgæ fidi: sed hostibus metuendũ; In prolusione Principem vestrum fuisse Victorem. Fide DEO *Sereniss. Princeps, & cui peculiari adfectu semper deditissimus fuisti,* DEIPARÆ *Protectrici; nec dubites, erit, quæ pro Maioribus tuis, victoriosissimis Hispaniæ*

 Re-

Regibus, fuit semper BELLIPOTENS *Opitulatrix. Obsignabellicosiss.*[mi] *Princeps catalogum victoriarum, quas ad mūdi stuporem, Aui tui nūquam non victoriosi, obtinuerunt.*

Pelagius I. An. 714. Rodericus.

Habeat Belgium in Te FERDINANDO PIO *Pelagium. Qui occupata à Mauris Hispania, Anno Christi* DCCIV. *cū Christiano exercitu se in Ausenæ montis spelunca inclusit, patrocinium*

Dei

DEI ac DEIPARÆ anxiè exquirens. Mauri omni telorum genere aditum moliebantur. At sagittæ in auctorum capita retorquebantur magna cum strage. Quo factũ, vt ordinibus turbatis Pelagius erumpens viginti millia occiderit. Superant sexaginta millia, cõtra quos Pelagius Deiparam ardentissimè tamdiu exorat, donec DIVA omnes sibi debellandos sumeret. Lucas Tudensis.

Quod fecit expeditè. Nã in agro Libanensi prædabundos vicini montis ruinâ oppressit, residuos in flumen Deuam præcipitauit.

Ildephõsus Ann. 1083 Hispan. Illustrata.

Sentiant rebelles in Te FERDINANDO IVSTO, *Ildephonsum Regem, qui Anno* M.LXXXiij. *Toletum Hispaniæ caput, cui Tu præes, Serenissime, Purpuratus Hierarcha, à Mauris fœdè profanatum, animosè est aggressus: & adiutus Cæli-*

tum,

tum, imprimisque Virginis Bellatricis auxilio, multis Maurorum millibus cæsis vrbem tandem expugnauit.

Non Te deseret fida Patrocinatrix. Aderit Tibi, vt Ildephonso. Quo duce, càm Anno M.C.XV. *Christiani Cæsaraugustam obsiderent: ecce tibi in medio oppugnationis feruore imago Deiparæ apparet, præsentiâ animat, præsidio adiuuat. Sic Vrbs à* Diplomæ Hadr. Pôt.

Saracenis recepta,

Iacobus Anno 1218 Annal. Arago.

Spectet in Te FERDINANDO FORTI *Jacobum Regem, cognomēto Expugnatorem. Cui Anno* M. CC. XXIIJ. Maria *Bellipotens apparuit, laudauitque studium, quo Mauros debellabat. Hac monitrice incitatus, ad hostem arma longè pertinacius circumtulit: nec quieuit, priusquam* DEI *ac* DEIPARÆ *ope, tria regna infidelibus eriperet.*

To-

Toties autem conflixit, & tam sæpè Adiutrici suæ templa vouit, vt Victor, cùm vota vellet exsoluere ad bis mille Ecclesias in eius honorem fundauerit.

Recipiant Belgæ in TE FERDINANDO FELICE *Maximilianū I. Austrium, qui multoties feliciter contra hostes rem gessit, & de rebellibus triūphauit. Contra quos* DEI *Genitricem sæpe sensit auxiliarē. Et ipse*

Maximil. I. Lips. in Hallens. cap. 35.

Cæsar amplissimis donis gratum se exhibuit.

Fruãtur subditi in TE FERDINANDO VICTORIOSO *Carolo V. Imperatore abauo tuo, qui non minus in Belgicâ, quàm in Germaniâ Victricia pro fide, ac religione signa circumtulit, Felix, & Pius. Ideòque ad Diuæ Virginis Hallensis ædem religionis caussâ ventitare solitus. Cui, inter alia, dedit, dicauitqúe chlamydem auro intextam,*

tam, insignibus Imperij, & domus Austriacæ decoratam. Quid in ea nisi suam militiam & Victorias DEI MATRI *Bellipotenti consecrans, aut referens accepta?*

Hæc vouemus, hæc optamus omnes, quicumque è SOCIETATE IESV *Collegij Coloniensis, siue domestici, siue è varijs domicilijs, ab hoste religionis pulsi, incolæ hîc agimus. Quibus* Sereni*tatem vestram, vt alte*-*rum*

rum Solem, oculis conſpicere coram, ac venerari fuit iam dudum in optatis. Sciunt enim vniuerſi, quantum Sereniß. DOMVS AVSTRIAE *Principibus generatim debeat iſthæc noſtra Religio; quantum ſigillatim Serenitati V.ra Quã vt in Hiſpania fauentiſſimum eſt experta Patronum, ita non ambigit eandem ſe habiturã beneuolẽtiſſimum Dominum in Belgio. Tuis itaque*

quę ingentibus in Nos meritis, quorum hodiernus dies est testis, cùm Maiestatem illam tuã, Regius hospes, in angustum hoc domicilium contrahis quodammodo, vt Serenitatem in nos tuam intra priuatos hosce parietes amanter, vt lucis suæ florem Sol, effundas; quoniamre non possumus respondere, ad Vota conuertimur. Quæ affatim cum precibus ad DEVM *ac*

ac DEIPARAM *pro Serenitate Vestra spondemus.*

Annuat votis Clientum suorum Magnus DEVS, *& quæ illi proximè in cælis assidet Alma Mater, nunquam non erit hostium deterrimorum* VICTOR, DEBELLATOR, TRIVMPHATOR: *tãdemq́; quò Belgæ anhelant maximè*, Patriæ Pacificator, *Serenissimus Infans Hispaniæ* FERDINANDVS.

Cu-

Cuius Voti Sociorum Coloniensium, vt extet memoria, Opusculum istud, quod ADMIRANDA *continet* DEIPARAE, *sub imagine* LVNÆ, *variè quidem, sed* BELLATRICIS *potissimùm typo, splendentis: in quo illustrissima, tum aliorum Principum, tum præsertim Maiorum tuorũ enarrantur victoriæ, Serenitati Vræ recenter dicatum, consecratumq́, offert, paruum mole, ma-*

gnum

gnum tot animorum Ser.ti V.ræ deuotiss.rum adfectu Monumentum.

In faustæ gratulationis, debitiq; significationem obsequij

COLLEGIVM
Societatis IESV
Coloniæ Agripp.

Inuictissimæ

CÆLORVM REGINÆ

MARIÆ


SODALIBVS,

Cum adfectu filiali erga Matrem Optimam, & mancipali erga Dominam Maximam,

SALVTEM

nunquam interrumpendam

O. P. Q.



NNIS aliquot proximè superioribus, ex hoc ipso loco, quod

quod vix credibile cuipiam videri posset, *Sodales optimi*, vel penetrauimus in terræ subiacentis abdita: non, vt innocentem, & nullius sibi furti consciam tellurem euisceraremus, auro inhiantes, quod hoc seculo, multi Eucliones faciunt: sed, vt Gemmulas erueremus, in illius visceribus latitantes, quę nobis Patronam nostrã, *Gemmam Mysticã*, velut in imagine

gine

gine multiplici viuam exhiberent. Vel in altitudinem Oceani nos immiſimus, de ſubmerſione ſecuri: non, vt voluptatulæ cauſsâ, ad palati, crapulâ febrientis ſolatium, marinas ſectaremur delitias, quod Apicij Septētrionales ſolent: ſed vt Conchulam piſcaremur, in cuius complexu *Margarita* vna pretioſa dicebatur deliteſcere, cui nomen *Maria*. Vel per amœniſ-

nissima hortorum spacia, celeri cõtemplationis pede grassati sumus, vt flosculos colligeremus, vernos, æstiuos, auctumnales, hiemales, non ad narium oblectamentum suaueolentes; sed ad *Mariam*, *Florẽ Mysticum* repræsẽtandum peridoneos. Vel denique, considerationis paullò sublimioris remigio in aërem euecti, aucupium exercuimus, non vt patina condi-

diretur Vitelliana, in quâ, præter ſcarorum iecinera, commiſcerẽtur phaſianorum, & pauonũ cerebella, linguæ phænicopterûm, murenarum lactes: ne turdos, ficedulas, perdices, ob quas hoc tempore aërẽ euerrunt æui noſtri helluones; plebeia nomina, commemoremus. Sed, vt *Auiarium Marianum* auiculis abundaret, DIVÆ noſtræ animatis in arcana Sapientia figuris. ã VE-

In cælo symbola Deiparæ.

VERVM, ne ſemper in inferioribus hæreamus, cœlo nati, hoc anno, trãsgreſſi quattuor elementorum regiones, ſupra omne id, vbi pluit, ningit, grandinat, aut ventorum ſæuit rabies, euolabimus; ac cœleſtibus vicini ſphæris: imò, in ijs cogitatione defixi, Dominam noſtram inibi contemplabimur, & vno aliquo ſupernorũ luminum ſigno, tanquã in imagine ſymbolica, oculis,

oculis, nō corporis, sed mentis spectantium: id est, Parthenicorum Sodaliū, Auditorū meorū, obijciemus.

Quamuis autem nihil in spectabili illo corporum ęternorum amphitheatro, occurrat, quod non sit *Mariæ*, quædam, velut effigies, diuinitus efformata, ad Dei matris decora mortalibus repræsentanda. Nam, non solùm duo luminaria magna; quæ-

Quicquid in cœlo, Deiparam refert.

que ijs adfinitate sunt iuncta, erratica sidera: sed innumeræ aliæ stellæ: imò Cæli ipsi, cum omni suo ornatu, cultu flore, imago sunt illius Fæminæ; quæ, quem cæli cælorum capere nõ potuerũt, vteri sui amplitudine est cõplexa.

Rup. in Matth.

Quod de Sapientis mente dixit Rupertus Abbas, Mariæ cõuenit: *Habet in se lucida sidera, statos motus, concinnas choreas, diuinos circui-*

cuitus, virtutum splẽdores fulgidissimos. Itaque in orbe quolibet: in orbis cuiuslibet stella qualibet: in cuiusq; stellæ luce, motu, influxu, MARIANÆ Maiestatis, veluti refractos quosdam radios, quæ Dominam cœlorum oculis subijciant, licet agnoscere.

Iupiter est quodcumque vides, canebat Poëta. Tolle oculos: Cœlũ inspice, aures arrige: *Maria* est, quodcumq;

vides, ingeminant, Sol,
Luna, Venus, Mercu
rius, Planetæ oẽs, ſtella
firmamenti, orbis cry
ſtallinus, cęlũ empyreũ

Dicẽdi argumentũ. Tamen quoniam in
finitum eſſet, certè, no
vnius anni ſeſe reuol
uẽtis opus, ſingula per
tractare velle, & tanqu
Deiparæ Symbola, fu
ſiùs, accommodatione
congruâ in medium al
latâ, exponere; vnum
ſelegi ex tam immenſo
cæleſtium facularũ nu-

me-

mero, cum quâ *Patronam* N huius anni festi. uitatibus omnib. Marianis quibus cõuenie-mus, conferre est animus. Ne vos autem expectatione longiore suspésos teneam, lemma, quod commentationibus singulis pręfigetur, erit *Luna-Mystica*. cum *Luna* erit nobis hoc anno negotiũ. *Lunam* nouo quodam, & lõgè accuratiore telescopij genere, quã, quo

inẽ
ãti,
mi-
vt
d o-
esti-
to-
un-
ores
sti-
so-
pos-
are.
ine
No-
tus
m.

quod vix credibile cuipiam videri poſſet, *Sodales optimi*, vel penetrauimus in terræ ſubiacentis abdita: non, vt innocentem, & nullius ſibi furti conſciam tellurem euiſceraremus, auro inhiantes, quod hoc ſeculo, multi Euclіones faciunt: ſed, vt Gemmulas erueremus, in illius viſceribus latitantes, quę nobis Patronam noſtrã, *Gemmam Myſticã*, velut in imagine

gine multiplici viuam exhiberent. Vel in altitudinem Oceani nos immiſimus, de ſubmerſione ſecuri: non, vt voluptatulæ cauſsâ, ad palati, crapulâ febrientis ſolatium, marinas ſectaremur delitias; quod Apicij Septẽtrionales ſolent: ſed vt Conchulam piſcaremur, in cuius complexu *Margarita* vna pretioſa dicebatur deliteſcere, cui nomen *Maria*. Vel per amœniſ-

nissima hortorum spacia, celeri cõtemplationis pede grassati sumus, vt flosculos colligeremus, vernos, æstiuos, auctumnales, hiemales, non ad narium oblectamentum suaueolentes; sed ad *Mariam*, *Florẽ Mysticum* repræsẽtandum peridoneos. Vel denique, considerationis paullò sublimioris remigio in aërem euecti, aucupium exercuimus, non vt patina condi-

diretur Vitelliana, in quâ, præter ſcarorum iecinera, commiſcerẽtur phaſianorum, & pauonũ cerebella, linguæ phænicopterûm, murenarum lactes: ne turdos, ficedulas, perdices, ob quas hoc tempore aërẽ euerrunt æui noſtri helluones; plebeia nomina, commemoremus. Sed, vt *Auiarium Marianum* auiculis abundaret, DIUÆ noſtræ animatis in arcana Sapientia figuris.

In cælo symbola Deiparæ.

VERVM, ne ſemper in inferioribus hæreamus coelo nati, hoc anno, trãſgreſſi quattuor elementorum regiones, ſupra omne id, vbi pluit, ningit, grandinat, aut ventorum ſæuit rabies, euolabimus; ac coeleſtibus vicini ſphæris: imò, in ijs cogitatione defixi, Dominam noſtram inibi contemplabimur, & vno aliquo ſupernorũ luminum ſigno, tanquã in imagine ſymbolica, oculis,

oculis, nõ corporis, ſed mentis ſpectantium: id eſt, Parthenicorum Sodaliũ, Auditorũ meorũ, obijciemus.

Quamuis autem nihil in ſpectabili illo corporum ęternorum amphitheatro, occurrat, quod non ſit *Mariæ*, quædam, velut effigies, diuinitus efformata, ad Dei matris decora mortalibus repræſentanda. Nam, non ſolùm duo luminaria magna; quæ-

Quicquid in cœlo, Deiparam refert.

que ijs adfinitate ſunt iuncta, erratica ſidera: ſed innumeræ aliæ ſtellæ: imò Cæli ipſi, cum omni ſuo ornatu, cultu flore, imago ſunt illius Fæminæ; quæ , quem cæli cælorum capere nõ potuerũt, vteri ſui amplitudine eſt cõplexa.

Rup. in Matth.

Quod de Sapientis mente dixit Rupertus Abbas, Mariæ cõuenit: *Habet in ſe lucida ſidera, ſtatos motus, concinnas choreas, diuinos circui-*

cuitus, virtutum splēdores fulgidissimos. Itaque in orbe quolibet: in orbis cuiuslibet stella qualibet: in cuiusq; stellæ luce, motu, influxu, MAriaNæ Maiestatis, veluti refractos quosdam radios, quæ Dominam cœlorum oculis subijciant, licet agnoscere.

Jupiter est quodcumque vides, canebat Poëta. Tolle oculos: Cœlū inspice, aures arrige: *Maria* est, quodcumq;

vides, ingeminant, Sol, Luna, Venus, Mercurius, Planetæ oẽs, ſtellæ firmamenti, orbis cryſtallinus, cęlũ empyreũ.

Dicẽdi argumentũ.

Tamen quoniam infinitum eſſet, certè, non vnius anni ſeſe reuoluẽtis opus, ſingula pertractare velle, & tanquã *Deiparæ* Symbola, fuſiùs, accommodatione congruâ in medium allatâ, exponere; vnum ſelegi ex tam immenſo cæleſtium facularũ nume-

mero, cum quâ *Patronam N* huius anni festiuitatibus omnib. Marianis quibus cõuenie-mus, conferre est animus. Ne vos autem exspectatione longiore suspẽsos teneam, lemma, quod commentationibus singulis pręfigetur, erit *Luna-Mystica.* cum *Luna* erit nobis hoc anno negotiũ. *Lunam* nouo quodam, & lõgè accuratiore telescopij genere, quã, quo

vides, ingeminant, Sol, Luna, Venus, Mercurius, Planetæ oẽs, ſtellæ firmamenti, orbis cryſtallinus, cęlũ empyreũ.

Dicẽdi argumentũ. Tamen quoniam infinitum eſſet, certè, non vnius anni ſeſe reuoluẽtis opus, ſingula pertractare velle, & tanquã *Deiparæ* Symbola, fuſiùs, accommodatione congruâ in medium allatâ, exponere; vnum ſelegi ex tam immenſo cæleſtium facularũ nume-

mero, cum quâ *Patronam* N huius anni festiuitatibus omnib. Marianis quibus cõuenienimus, conferre est animus. Ne vos autem expectatione longiore suspẽsos teneam, lemma, quod commentationibus singulis pręfigetur, erit *Luna-Mystica.* cum *Luna* erit nobis hoc anno negotiũ. *Lunam* nouo quodam, & lõgè accuratiore telescopij genere, quã, quo

inuento, ſuperbit Belgica, aut Italia, contẽplabimur. *Lunam* nõ magico in terram ſuſurro, ſed caſtâ ad Deum prece, ac linguâ, in Deiparę encomiũ ſolutâ, deducere, non è cælo tamen carminibus detractam conabimur. *Luna* dicendi quolibet huius anni feſto erit argumẽtum. *Lunam* audietis, & ſpectabitis, ſi huc cõueniatis: nihil aliud. Eã enim penitiùs introſpicien-

cienti,& velut imaginē Deiparæ contemplāti, tam varia, tamq́; admiranda ſeſe offerunt, vt non vnâ aliqua, ſed omnibus *Dominæ* feſtiuitatibus, per anni totius curriculum iucundiſſimè, Vos, Auditores mihi percaros, quo iſtiuſmodi delitijs capi ſolere ſcio, detinere poſſint, atque oblectare. Quod, vt non fiat ſine fructu, Patronam Noſtram enixè precatus

ſum.

ſu m. Vosq́ illi, vt filios *Matri Opt.* vt ſeruulos *Dominæ & Max.* etiam atque etiam commendo. Ite nunc (per me licet) ſed nunquam non, cum integra audiendi Matris veſtræ encomia fame huc redite.

Hoc erat in votis.

M. S.



INDEX ORATIONVM.

Ex

MAXIMILIANI SANDAEI LVNA MYSTICA.

ORATIO PRIMA MARIA *In Conceptione* LVNA-NOVA.

COEli gloria Noctiluca LVNA!
Verè gloria Syderum MARIA!
O semper NOVA-LVNA! *Plena semper.*
Nunquam deficiens. Minuta nunquam.
Occasu inclyta LVNA. LVNA *in ortu.*
Lucis diues, & Influentiarum.
LVNA *sed maculis sine, atque næuo.*
LVNA, *ô* LVNA *decora! ter venusta!*
Eia perpetuos tui fauoris
Affulge radios SODALITATI.
LVNA *ô* LVNA *decora! ter venusta!*
Verè gloria Syderum MARIA!

Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestræ. Psal. LXXX. 4.



DHORTATVR, & inuitat omnes Regius vates, isthoc à me recitato programmate, vt tum assâ voce, *Exultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Iacob*: tum harmonico musicorum instrumentorum concentu: *Sumite psalmum, & date*, seu pulsate, *tympanum: psalterium iucundum cum cithara*: Deo laudes persoluant, eiusque Maiestatem celebrent, cum internâ cordis hilaritudine, beneficiorum memores, omni quidem tempore, sed peculiari quadam animi lætitiâ tripudiantis significatione, illo die, qui, ob *Lunæ* recèns comparentis aspectum, dicitur *Nouilunium*.

BVCCINATE *in* Neomenia *tuba*. Si hysterologiam verborum tollas, quæ sententiam obscuriorem reddit, sic

ſic efferre poteris: *Buccinate tubâ in Neomeniâ.* Hieronymus vertit: *Clangite buccinâ in Neomenia.* Alij, *In Kalendis.* Quidam, *In primo die menſis.* Ambroſius *In initio menſis.* Quod etiam habet Pſalterium vetus, Auguſtinus, Caſſiodorus, & Iſidorus Nõnemo tandem, *In Nouilunio.* Benè omnia conſonant. Erant enim apud Hebræos, idem, *Kalendæ: principium, aut initium menſis: prima menſis dies: Nouilunium, Neomenia. Dicitur enim* Νεομηνία, quaſi νέος μὴν, *Nouus menſis, aut Noua Luna.* Menſis autem initium ſumebant Iudæi à *Luna* nouâ. Nam, vt præter alios, notauit Anſelmus, Hebræi Kalendas, Nonas, aut Idus non obſeruabant, ſed tantùm dies à noua *Luna* ad nouam *Lunam*.

Amb. pſ. 42. & lib. de reſur.
Iſid. lib. 6. ety. c. 18.
Anſel. lib. 2. de imag. Mund.

QVARE autem eo potiſſimùm die ſit tantis lætitiæ ſignis iubilandum, non obſcurè indicat Pſaltes, cùm ſubnectit: *In inſigni die ſolemnitatis veſtræ. Quia præceptum in Iſrael eſt.* Nimirum, mandauit Deus Opt.

Max. vt in *Nouilunio* sit insignis, ac præcipua solemnitas, ideoque in eo, fora, plateæ, sed templum nominatim, vocis ac instrumentis musicis perstrepant.

Festum Conceptionis Neomenia Christianorum.

At quid hæc dicet quispiam, fortasse, ad Festum Virginis *Mariæ conceptæ*? Plurimum sanè: vt intelligetis, si amœnitatis speculationis Theologicæ parumper mecum lubeat indulgere. Festa lux *Conceptionis immaculatæ* Virginis Mariæ est NEOMENIA Christianorum: & peculiariter Sodalium. Itaque, *Buccinate in* Neomeniâ *tuba in insigni die solemnitatis vestræ.* Vestra potissimùm est hęc solemnitas, Sodales optimi. Vos IMMACVLATAM CONCEPTIONEM MARIÆ Virginis præcipuè colitis. Vos illam defendere, tueri, propugnare: & si vsus ferat, pro illa depugnare, lingua, ac stilo, non detrectatis. Vos, quo estis in sanctissimam Deiparam studio, eius ab originaria labe immunitatem, priuatim, ac publi-

blicè: domi, forisque deprædicatis. Vos peculiari in Patronam vestram adfectu, originariam illius sanctitatem hodierno potissimùm die celebrandam duxistis. Itaque *Buccinate in Neomenia tuba in insigni die solennitatis vestræ.*

DICITIS cum Augustino: De S. Virgine Maria *propter honorem Domini, nullam prorsus, cum de peccatis agitur, habere volumus quæstionem. Inde enim scimus, quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatũ, quia concipere, & parere meruit eum, quẽ constat nullum habuiße peccatum.* Approbatis enunciatum decantatissimum Anselmi: *Decebat, vt illius Conceptio de Matre purißima fieret: nempe, decens erat, vt ea puritate, qua maior sub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret.* Ergo etiam originali. Applauditis Bernardo, post longam fortasse hac de re fluctuationẽ, tandem asserenti. *Quanam Angelica puritas Virgini illi audeat comparari, quæ digna fuit sacrarium*

S. Aug. li. de na. & gra. Quod de origina li etiam intelligendũ docet Vasquez Tom. 3 in 3. p. d. 117. Suarez Tom. 2. d. 3. 5 Catharin. Disp. de immac. con. p. p. c. 5 Caris. lib. c. 6. S. Anselm. de concep. Virg. & peccato orig. cap. 18. S. Bern. Serm. 4. de Assũp.

fieri Spiritusſancti : & habitaculum filii Dei? At Angelorum puritas fuit initialis, in origine neutiquam vitiata. *Buccinate* igitur *in* Neomenia *tuba in inſigni die ſolennitatis veſtræ.*

S Iacobi Maioris ſenſus.

VESTRVM eſt aſſertum, quod fertur fuiſſe Iacobi Maioris Apoſtoli, Hiſpanorum Patroni tutelaris. Qui quid de Marianæ Conceptionis puritate ſenſerit, ſuisque Hiſpanis tradiderit, refert B. Theſiphon, eius diſcipulus, in ijs libris, qui noſtra memoria Granatæ in Montis Sancti antro ſunt reperti. Scribit igitur Theſiphon ex B. Iacobi doctrina: Deiparæ à peccato originali immunitatem ab Apoſtolis ipſis definitam fuiſſe: ac decretum Apoſtolicum his verbis ſubijcit: *Illa Virgo, illa* Maria, *illa Sancta præſeruata fuit à peccato originali in primo inſtanti ſuæ conceptionis, & libera ab omni culpa.* Additur: quod nobis non eſt fas, hoc tempore, ante Pontificiam ſanctionem, adfirmatè enunciare: *Qui ita non ſenſerit, non conſeque-*

Quirinus Salazar in Defenſio. de Immacul. Concep: B. V. cap. 42.

sequetur salutem æternam. Vestrum est interpretamentum, quod idem B. Iacobi Auditor in altero volumine scribit: *Nequaquam Angelus Virgini diceret:* Aue *gratia plena, si in originali peccato fuisset concepta.* Vestrum est aureum illud eiusdẽ Apostoli dictum: MARIAM *non tetigit primum peccatum.* Quia non tetigit Maria, neque comedit cum primis transgressoribus pomum noxiale. Ergo nec illam noxa tetigit in omnem posteritatem deriuata. Igitur *Buccinate* Sodales Mariani *in* Neomenia *tuba, in insigni die solennitatis vestræ.*

CVM vestro sensu hauddubiè congruit, quod Andreas Apostolus morti proximus, velut pignus sui in Sanctissimam Virginem affectus, discipulis suis reliquisse scribitur: & forsasse in tabulas referri voluit, vt constaret omnibus, quid de Immaculatæ Virginis perpetua puritate viuus docuisset: *Sicut primus Adam,* aiebat, *formatus fuit ex terra, antequam esset* *S. Andreas in vita scripta à Presbyteris Achaiæ*

 ma-

maledicta: ita secundus formatus est ex terra virgine nunquam maledicta. Vestra est acclamatio, quam ex liturgia B. Iacobi Minoris vsurpant Mariæ clientes: *Dignum est, vt Te verè Beatam dicamus Deiparam, semper Beatam: & omnibus modis irreprehensam: & Matrem Dei nostri, honorabiliorem, quàm Cherubin: & gloriosiorem, quàm Seraphin: quæ sine corruptione Deum Verbum peperisti, Te reuera Deiparam magnificamus.* Vestro sapit palato, quod summus Marianæ innocentię assertor, ac propugnator, Ildephonsus Archiepiscopus Toletanus protulit. *Constat* MARIAM *ab omni peccato originali fuisse immunem, per quam non solum maledictio matris Euæ soluta est: verùm etiam & benedictio omnibus condonatur. Buccinate* ergo Sodales Mariani, *in* Neomenia *tuba; in insigni die solemnitatis vestræ.*

Ild. lib. de partur. & Virg. Mariæ.

Festa B. Virg. respondent Neomenia

AT cur solemnitas Conceptæ Virginis est Christianorum NEOMENIA? Hoc ne temerè me adfirmasse

quis

quis opinetur: ponatur, quod docet egregiè S. Thomas, festiuitates Synagogæ respondere festiuitatibus Ecclesiæ: aut, has illis successisse: nisi velis dicere, illas in has fuisse mutatas. *Sabbatum*, inquit, *quod significabat primam creationem, mutatum fuit in diem dominicum, in quo commemoratur noua creatura inchoata in resurrectione Christi.* Festo Phase successit festum Passionis Christi, ac Resurrectionis. Festo Pentecostes, in quo data fuit lex vetus, successit festum Pentecostes, in quo data fuit lex Spiritus vitę. Festo Tubarum successerunt festa Apostolorum. Festo Expiationis, festa Martyrum, & Confessorum. Festo Tabernaculorum, festum consecrationis Ecclesiæ. Festo cœtus atq; Collectę, festum Angelorum, & omnium Sanctorum. Denique, festo NEOMENIÆ successit festum B. Virginis. *In qua primò apparuit illuminatio Solis, id est, Christi, per copiam gratiæ.*

S. Thom. P. S. Q. 103 Art. 3.

QVAMVIS autem quodlibet DEI-

In Conceptione B. V. Luna noua.

PARÆ festum NEOMENIA dici possit: præcipuè tamen *Nouilunii* rationem habet dies Conceptionis, in quo, tanquam LVNA-NOVA comparuit. Cuius enunciati rationes non paucæ arcanum istud contemplanti in mentem venerunt. Et imprimis, LVNA-NOVA non videtur, vt est. Fallitur oculus, cui, in *Neomenia*, *Luna*, velut orbata lumine, obijcitur. Nunquam copiosius habet lumen hoc astrum, quam in *Nouilunio*. Sicut nunquam minus lumine abundat, quàm in plenilunio. Quod, velut admiratione dignum, deprædicat Ecclesiasticus, cap. XLIII. in LVNÆ elogio, quod est tale: *Luminare quod minuitur in consummatione: crescens mirabiliter in consummatione.*

Luna noua non videtur vt est.

Eccl. 43. 7. 8.

DVO quædam adfirmat de *Luna* Sapiens: & quod mirabiliter crescat in consummatione: & quod mirabiliter diminuatur. Quod verum est, inquit S. Bonauentura, siue per consummationem intelligas coniunctionem

S. Bonau. serm. xx. de Luna. ribus Ecclesia.

nem eius cum Sole, quæ contingit in *Neomenia*: ſiue oppoſitionem, quæ accidit in plenilunio. Quando enim eſt in plena oppoſitione ad Solem, tunc maximè ab eo diſtat: & minus illuminatur ſecundum veritatem, quàm alio quouis tempore. Cuius probationem ſubnectit Seraphicus Doctor. Regula eſt Perſpectiuæ, quod quando corpus ſphæricum luminoſum eſt maius, quàm corpus ſphæricum opacum, quod illuminatur à maiore; quanto magis appropinquat corpus ad corpus, tanto magis illuminatur corpus opacum: quia baſis corporis luminoſi eſt maior; & angulus radiorum maior: quando verò diſtat, angulus minor eſt, & baſis minus de corpore opaci attingit. Sed quando Sol & Luna ſunt in plena oppoſitione, tunc eſt maxima diſtantia. Itaq; minus illuminatur Luna ſecundum veritatem; licet plus ſecundum apparentiam, quia tunc vocatur Luna. In coniunctione autem,

» siue *Neomenia* fit contrarium : nam
» tunc illuminatur magis secundum
» veritatem : minùs secundum appa-
» rentiam nostram, & oculorum iudi-
» cium: quippe, cùm tunc nihil de cla-
» ritate Lunæ in oculos incurrat. Ita-
» que, siue quo ad coniunctionem;
» siue quo ad oppositionem accipiatur
» consummatio: verum est vtrumque:
» & quod mirabiliter crescat, & quod
» mirabiliter minuatur in consumma-
» tione.

Luna nunquam minus illustratur quam cũ est plena. Fran. Aguil. lib. v. Opt. Propos. 48.

IDEM demonstrat egregiè, ex recentioribus Mathematicis, Franciscus Aguilonius lib. v. Opticorum consectario ad Propositioné XLVIII. Quod statuit, *Lunam* nunquam illustrari minus, quàm cùm est plena. Quod insigne est paradoxum. Quis enim nō arbitretur, *Lunam* tum maximè Solis fulgore perfundi, cùm plenitudinem fuerit adepta : & in *Neomenia*, lumine penè omni priuatam esse? Hæc est vulgi æstimatio. Verùm non ita se res habet. Contrarium

rium enim cõtingere certissimis cõstat Opticorum demonstrationibus. Quibus hîc non est immorandum.

SAT sit fundamentum iecisse nobilis controuersiæ, de *Noua Luna* nostra, seu *Concepta Maria* : aut potius comparationis à nobis institutæ, quâ Conceptionem Marianam, ceu *Neomeniam* : Puellam conceptam, ceu *Lunam-nouam* proponimus. Hoc die Virginem Mariam in Annæ matris fortunatissimæ vtero, tanquam in cœlo quodam primùm comparuisse fatentur omnes. At, qui Sanctitati Marianæ magis fauentem sententiã sequuntur, inter quos, haud dubiè, nomen profitentur suum Sodales omnes, fidenter adfirmant, primo statim momento, quo esse cœpit, nullam in illa fuisse obscuritatem criminis originarij : nihil sordium : nihil contagij communis : sed initio conceptus plurimum habuisse nitoris gratiæ : illustratam fuisse Sapientiæ fulgentissimis radijs : iam tunc co-

Cur Luna noua Virgo concepta.

piosa Diuinitatis luce abundauisse; quod est, vt clarissimè dicam, & vsitatis, in hac materia, verbis: Virginem Deiparam ab originali culpa fuisse immunem: Conceptionem illius purissimam fuisse, & cum sanctitate coniunctam: denique, non citius fuisse conceptam Dominã N. quàm, gratiâ, ac sanctitate donatam.

Non videtur quibusdam B. V. immaculatè cõcepta.

AT non videtur hoc ita esse: contrarium potius apparet: concipitur, vt ceteri hominum Maria: sors illi, quæ reliquorum. Verùm, hoc ipsum est, in quo fundatur similitudo, Conceptionis Marianæ cum *Neomenia*: Virginis conceptæ cum *Luna-noua*. Fallax est ista opinatio, quæ oculorum fraude inducitur, & seducit caligantes, vel rerum cœlestium ignaros, vt *Lunam-primam* lumine orbam, & obscuram arbitrentur. An & ista, quæ MARIAM, *Lunam* nostram in *Neomenia*, seu primo conceptu; vmbrâ labis originariæ, aut absentiã lucidæ gratiæ obscuratam concipit, & inducit?

Pla-

Placuit mihi ſemper ſummoperè in theoricis, quadripartita ea rerum diuiſio, quam habet Ariſtoteles in Anteprædicamentis, & facem præfert Philoſophiæ tyronibus, dum ſpiſſam illàm, ac penè immenſam rerum ſublunarium, &, quæ ſupra *Lunam*, in creatarum ſunt ſerie, ingrediuntur ſyluam, & per illam magnis ignorantiæ tenebris obſepti, graſſantur, ne vnam, pro alterâ, plantam, herbam-ue indigitent, & arripiant, ſummo veritatis diſpendio.

Eorum, inquit Philoſophus, quæ ſunt, ſiue Entium, aut rerum; Alia de ſubiecto quidem dicuntur, in nullo verò ſunt prorſus ſubiecto: vt *Homo*, Alia in ſubiecto quidem ſunt, de nullo autem ſubiecto dicuntur. Exemplum: *Hæc albedo*. Alia de ſubiecto dicuntur, & in ſubiecto etiam ſunt, vt *Albedo*. Alia neque in ſubiecto ſunt, neque de ſubiecto vllo dicuntur: vt *Titius*. Similem ego partitionem facere

Eorum quæ ſunt, quattuor genera.

cere ſoleo, cùm de ijs, quæ in diſceptationem veniunt agitur, & non in ſpeculatiuis modò, ſed practicis etiã, ſeu agibilibus, ad errorem diſſipandum, clariſſima in omnem partem ſparſa veritatis luce, plurimum valet.

Sunt enim quædam, inter ea, de quibus, acerrimis partium ſtudijs, & contentionibus diuerſorum, certatur, quæ *videntur*, & *non ſunt*. Alia, quæ *ſunt*, & *non videntur*. Nonnulla, quæ *ſunt*, & [redacted] *videntur*. Tandem, quæ *nec ſunt*, *nec videntur*. Vt abſona, vel abſurda, ab omnium ſenſu, ac mente abhorrentia. Quæ nullam probabilitatis ſpeciem, ne quidem in plebe, aut apud ruſticanam gentem præſeferunt. Atque ideò vocari poſſunt, delirantium ſomnia, aut cerebroſorum effata, vt lucem eſſe tenebras: niuem nigram. *Sunt*, & *videntur*, quæ apud gentes omnes tam immanitate barbaras, quàm humanitate cultas, nemine penitus, modò ratione ſobriè vtatur, diſſentiente, tanquam in-

dubitata habentur, ac inconfesso: vt Mundum esse: hominem viuere: ignem calefacere: solem lucere.

Videntur autem plurima, quæ *non sunt*, aut non eo modo, quo sunt. fallitur sensus: fallitur intellectus: & in errorem inducit vterque, nisi corrigatur. Exempla sunt in quolibet genere penè innumera Ad mores spectant non pauca. Videntur aliqui è iunioribus, innocentes, candidi, benè instituti, & morati, non sunt: contrarium demonstrant, domi; foris: in gymnasio; in templo: clam, palam, modò oculum obseruatorem abesse suspicentur. Vidētur quidam sobrij, temperantes, moderati in esculentis, ac poculentis: nihil minus sunt: Curios simulant: Bacchanalia viuunt. Videntur quidam fortes, animo militari ac generoso, quibus arces committi possent, & ciuitates. ideò accingũtur gladijs se longioribus, quibuscum per plateas volitant: sed reuera sunt arietes sine cornibus: lepo-

Decipiunt plurimi specie recti.

res

res galeati. Videntur nonnulli esse humiles: at *nequiter se humiliant: & interiora* eorum *plena sunt dolo*, bipedum arrogantissimi. Videntur pleriq; placidum & mite habere ingeniũ. Tange montes, & fumigabunt: videbis, quàm sint irritabiles: quamque litigiosi, & pugnaces.

Eccl. 19. 23

Videntur aliqui esse boni Clerici: boni Ecclesiastici: boni Sodales Mariani: modesti, casti, pij, temperantes Deo, diuinisque addicti: An omnes sunt? Vtinam! Aliqui forrasse minimè sunt, vt videntur, moribus dissoluti, vinolenti, libidinosi.

Tandem sunt multa, quæ non videntur: aut aliter quàm sunt, videntur. Baculus, vel remus, quamuis in aquâ, est integer, & rectus: inflexus tamen, vel infractus videtur. Nimirum, teneritas substantiæ illius, qua speculum ex lumine efficitur, prout icta, seu mota est, ita & imaginem vibrans, euertit lineam recti. Turris, quam de longinquo vides, est quadran-

Tertull. lib. de Anima c. 17


drangulata: videtur tamen rotunda. Visum eludit turris habitus: interualli conditio compellit in aperto: æqualitas enim circumfusi aeris pari luce vestiens angulos oblitterat lineas. Porticus illa domestici palatij longa & lata, in fine non minus, quã in principio, totidem habet latitudinis pedes: videtur tamen angustior in vltimo. Nam quamuis sit vniformis, acuitur tamen secundum apparentiam in fine, dum acies inconcluso stipata, illic tenuatur, quo & extenditur. Cœlum, quod versus occidentem conspicis, cum tanta sublimitate sit suspensum, mari non iungitur: vniri tamen videtur Oceano, vbi visio ocularis absumitur, quæ quamdiu viget, tam diu diuidit. Paries ille, quem oculis obiectum habes, est albus: viridis videtur, quia vitrum colorarum interpositum eodẽ fuco infecta alia nunciat.

Plaustri fæno onusti est sonitus, quem audis ex platea: videtur murmur

mur cæleste: vel tonitru: nempe sonorum fallit similitudo auditum. Eadem vnguenta sunt: eadem vina: quæ odoratus, & gustus, initio conuiuij triumphalis, ac in fine percipit: putantur diuersa. In lauacris idem calidus lacus manet: & tamen feruentissimus primò: dehinc temperatissimus videtur. Nam postea minus spirat vnguentum; & minus sapit vinum; & minus lacus feruet: quia cum in omnibus fermè prima vis tota sit, eadem vsu posteriore depreciantur. Eadem sunt pauimenta, quæ manibus asperiora, pedibus leuiora creduntur. Nempe de scabro ac læui; manus, ac pedes, tenera scilicet, ac callosa membra dissentiunt. Iidem sunt homines: idem pater: eadem mater & soror, quamuis alij videantur. Qui insaniunt, in alijs alios vident, vt Orestes matrem in sorore: Aiax Vlyssem in armento: Athamas; & Agaue in filijs bestias. Qui vino sunt madidi, vt notauit S. Basilius, vm-

S. Basil. hom. de ebriet.

vmbras sæpenumero, tanquam fossas, vel loca prærupta transiliunt: aures terrifico sonitu, tanquam fluctuãtis maris, refertas habent: terra interdum ijs insurgere, & in rectum erigi: montes verò circumagi videntur: sunt tamen immobiles. Infinita istiusmodi reperiuntur, ex quibus error contingit in iudicio, & fallacia, dum res aliter videntur, quàm sint.



Quod in LVNA maximè locum habet: ob quam tam multa præstruximus: vt, vel in hoc, illam præferre imaginem doceremus Conceptæ Deiparæ: quæ etiamsi non videretur iustitiæ originariæ luce perfusa, esse tamen potuit lucidissima. Quemadmodam *Luna* in *Neomenia*. Oculorum modò ablegantur ludibria: vt veritati rationibus confirmatæ locum demus. Quod *Luna* in *Neomenia* lumine non sit orba demonstrant Astrorum contemplationi dediti ex Perspectiua: Quia semper maior

In Luna conspectu fallimur.

Fran. Aguilon. lib v. Optiior. prop. xlvi. Consect. 1. & Prop. xlviii. Consect.

Luna noua quantum luminis habeat.

ior medietate portio corporis lunaris illustratur à Sole. Si enim sphæra luminosa maior fuerit opaca, à minore parte luminosæ maior pars opacæ illustrabitur. Constat autem Solem lunari orbe multis partibus esse maiorem: itaque radij ab ambitu Solis profusi maiorem Lunæ portionem comprehendunt. Hæc Sapientis mentem trahunt ad assensum Lunæ illuminatæ, quam tamen lucere non videt: & non magis eiusdem iudicium rapiat ad assensum gratiæ originariȩ Virginis cõceptȩ, demonstratio morali euidentia multo clarior? Nõ decuit Dei Matrem serpentis inferi caput calcaturam, Cacodæmonis vnquam subiectam fuisse imperio. Quis matrem asciscat, si puriorem posset, fœdissima aliquando labe infectam? Quis Princeps coniugem velit, quæ capitalis sui hostis fuerit mancipium? At contraria his admittere necesse est, nisi ab iniuria culpæ primordialis Dominam vindicemus.

Rationes pro originaria iustitia B.V.

Sed

Sed tu iterum oggeris: multis id non videtur: At ego iterum *Lunam* ingero, quæ lumine abundat in *Neomenia*; quod plurimis non videtur. Vis aliud eiusdem fallaciæ exemplũ ab eodem astro admirandum, ac penè incredibile? LVNA *oriens non videtur: & ante occubitum disparet.* Quis hoc non putet esse falsum, ac præter sapientum etiam opinionem constitutum? Nam, quî fieri potest, occurrit statim, vt *Luna* posteaquam finitorem subijt, nondum appareat? & priusquam subtus mergatur, aspectui nostro eripiatur: præsertim si terræ impedimenta sublata intelligantur? Est tamen id longè certissimum, & apodicticâ Opticorum probatione firmatum.

Multis eas non vidēt.

Frãc. Aguilon. lib. v. Opt. Prop xlvij Consectar.

Si sphæra luminosa minor fuerit opaca à maiori parte luminosa ad minorem opaca lumen perueniet.

Oritur hodie, dum concipitur, *Maria*: LVNA-*mystica* non *Noua* tantùm, *sed* & *Oriens*. At non videtur, vt est concepta: pura, lucens, intaminata. Ne mireris: *Luna* non esset, ni hoc fieret, Id *Lunæ* proprium est, quà *No-*

Maria in Conceptu Luna oriens.

addictis: denique, vel ab omni anticipatâ persuasione liberis: vel à præconceptâ opinione; & iudicij pertinacis firmitate occupatis.

Scio non videri omnibus, benedictam Matrem nostram, originariâ gratiâ in primo conceptûs, seu ortus sui puncto fuisse. Quibus id non videatur, orbi notum est: nam & linguâ, & calamo, quod animo abditum hærebat, prodiderunt. Quos ea-propter non arguo. Nam, nec *Luna* in *Neomeniâ*, aut quotidie in ortu videtur, sicut est: non idcirco tamen peccant, qui falluntur sensu: quamuis melius faciant, qui veritate ducuntur, oculorum deceptione, firmis peritorum argumentis, & per rationem emendatâ: Sed hoc non est omnium. Præter Astrologos, eosque in Opticâ benè versatos, multi etiam è doctis, & qui Philosophi vocantur, popularium opinione circumaguntur.

Quibus no videatur immaculata Conceptio B.V.

tur.

tur, qui immaculatam Conceptionem Deiparæ non propugnarit. Et si testibus agendum esset, centum, nec pauciores, plures etiam, ex tempore, è syllabo recitare possem, eius asserti Patronos, qui fidenter id adfirmarent, vti securè asserunt, *Lunam* in *Neomenia* lumine orbam non esse. Id enim, si non amplius, ex vehementiâ, acrimoniaque dicendi, ac scribendi ipsorum, cùm de hac re disceptant, colligo. Agedum, vultis audire nomina aliquorum è tam spissa testium nube? Nam vos fortasse, vt me, oblectabit, optimorum, ac Virgini deditissimorum Patrum, quorum doctrina, vt lacte in pueritia; vt solido cibo, in maturâ ætate enutriti estis, recordatio.

Itaque ad constabiliendam *Immaculatæ Conceptionis* Deiparæ doctrinam stylum suum conuerterunt, Petrus Canisius lib. 1. de Deipara à cap. v. ad 8. Franciscus Turrianus, epistola ad Iacobum Amiotum, Episco-

Doctores è Societate Iesu assertores Immaculatæ Cóceptionis B. V.

ſcopum Antiſiodorenſem, de natura peccati originalis. Theodorus Peltanus de peccato originali, tract. 6. Petrus Ribadeneyra in Flore Sanctorum, Decembris 8. Ioſephus à Coſta, lib. de Christo reuelato, ca. 1. num. 18. Franciſcus Toletus in Ioannis caput 3. Annotatione 9. & in Lucam, cap. 1. Annotat. 119. & in cap. 5. Epiſtolæ ad Romanos. Robertus Bellarminus tomo 3. lib. 4. de ſtatu peccati. Ioannes Maldonatus in cap. 9. Matthæi ad illa verba, *Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores.* Benedictus Pererius in Danielem cap. 4. ad illa, *Germen radicum in terra ſinite.* Gregorius de Valentia, tomo 4. diſputat. 2. quæſt. 1. puncto 2. Franciſcus Suarez 3. par. quæſt. 27. artic. 4. diſputat. 2. ſectione 5. Gabriel Vaſquez 3. par. diſputatione 117.

Sebaſtianus Barradas tom 1. Harmoniæ lib. 6. cap. 3. Martinus Delrio in Floridis Marianis, Panegyri-

co primo, de Conceptione; & lib. 4. Magicarum disquisition. c. 1. q. 3 sect. 4. & in cap. 2. Canticor. Sectione 4. Henricus Henriquez l. 2. de Missa, c. 7. lit. S. in glossa: & lib. de fine hominis c. 10. lit. B. in glossa. Ioan. Fernandus in Thesauro Scripturæ, verbo *Calcaneus*, n. 1. Ioan. Lorinus ad Psalmum 95. ad versum: *Honor regis iudicium diligit*. Benedictus Iustinianus in cap. 2. epistolæ ad Timotheum, ad ea verba: *Qui dedit redemptionem suam*: & in cap. 2. Epistolæ ad Hebræos in id: *Quid est homo, quod memores eius.*

Cornelius à Lapide in cap. 5. Epistolæ ad Romanos ad illam sententiam, *Per vnum hominum peccatū intrauit in mundū*. Christophorus de Castro in Vita Deiparæ cap. 2. num. 5. Ioannes Bonifacius lib. 1. de historia Virginali, cap. 4. Ioannes Osorius, Cōcione de Concept. B. V. Adrianus Mangotius in Monitis Marianis, monito 2. Petrus de Morales in cap. 1. Matthæi lib. 5. tractat. 1. de Præ-

ſeruatione B. M. Ioan. Salas in primam ſecundæ S. Thom. tomo 2. qu. 81. tract. 3. diſput. 11. ſectio. 5. num. 68. Coſmas Magalianus in epiſt. 1. ad Timotheum, cap. 2. ſectio. 4. annotat. 6. Franciſcus Coſterus Meditatione 1. de Conceptione B. V. Vincentius Brunus tomo IV. Meditationum, in prima.

Franciſcus Labata in Apparatu, V. *Maria*, propoſit. 3. Didacus Lopez de Meſſa, in Menſa ſpiritualium ciborum, verbo *Maria*, num. 2. 4. & 34. Antonius Dauroultius in Catechiſmo hiſtoriali cap. 1. titulo 30. Iulius Mazarinus in pſalmum 50. ſermone 96. Ludouicus de Ponte tom. 1. par. 2. meditatione 3. punct. 4. Petrus Oieda, libello, cuius titulus: *Informatio Eccleſiaſtica, de pura Virginis Conceptione.* Petrus Antonius Spinellus in Throno Deipara cap. 4. Ioannes Buſæus in Enchiridio meditationũ, titulo: De Immaculata Conceptione B. V. Mariæ. Ioan. Pineda in cap.

14. lib. Iob; ad versum: *Quis potest facere mundum de immundo?* Et in Sermone de hoc ipso titulo, quem in vulgus dedit. Nec non in tractatu, quem inscripsit, *Aduertentiæ ad priuilegium vndecimum* Ioañis I. Aragonum Regis, Ferdinand. Quirinus Salazar Prouerb. 8. & in Defensione pro Immaculata Conceptione B. V.

Primi decem Patres Societatis Iesu.

His accensendi decem illi Protopatres Societatis, qui in Academia Parisiensi Magistri nuncupati, ac creati sunt, ideoq́ue iuxta veterem illius nobilissimæ, & antiquissimæ Scholæ consuetudinem, ad puram Deiparæ Conceptionem vbique defendẽdam Sacramento sese obstrinxerunt.

Iacobus Lainez.

In his Princeps, *S. Ignatius*, qui iurisiurandi tenax, Conceptionis puræ strenuus semper fuit assertor. Cuius indicia præclara hodieq́ue supersunt in libello deliberationum. Huius in Generalatu successor *Iacobus Lainez*, quantoperè laborauerit Tri-

 den-

cere ſoleo, cùm de ijs, quæ in diſceptationem veniunt agitur, & non in ſpeculatiuis modò, ſed practicis etiã, ſeu agibilibus, ad errorem diſſipandum, clariſſima in omnem partem ſparſa veritatis luce, plurimum valet.

Sunt enim quædam, inter ea, de quibus, acerri mis partium ſtudijs, & contentionibus diuerſorum, certatur, quæ *videntur*, & *non ſunt*. Alia, quæ *ſunt*, & *non videntur*. Nonnulla, quæ *ſunt*, & [redacted] *videntur*. Tandem, quæ *nec ſunt*, *nec videntur*: Vt abſona, vel abſurda, ab omnium ſenſu, ac mente abhorrentia. Quæ nullam probabilitatis ſpeciem, ne quidem in plebe, aut apud ruſticanam gentem præſeferunt. Atque ideò vocari poſſunt, delirantium ſomnia, aut cerebroſorum effata, vt lucem eſſe tenebras: niuem nigram. *Sunt*, & *videntur*, quæ apud gentes omnes tam immanitate barbaras, quàm humanitate cultas, nemine penitus, modò ratione ſobriè vtatur, diſſentiente, tanquam in-

dubitata habentur, ac inconfesso: vt Mundum esse: hominem viuere: ignem calefacere: solem lucere.

Videntur autem plurima, quæ *non sunt*, aut non eo modo, quo sunt. fallitur sensus: fallitur intellectus: & in errorem inducit vterque, nisi corrigatur. Exempla sunt in quolibet genere penè innumera Ad mores spectant non pauca. Videntur aliqui è iunioribus, innocentes, candidi, benè instituti, & morati, non sunt: contrarium demonstrant, domi; foris: in gymnasio; in templo: clam, palam, modò oculum obseruatorem abesse suspicentur. Vidētur quidam sobrij, temperantes, moderati inesculentis, ac poculentis: nihil minus sunt: Curios simulant: Bacchanalia viuunt. Videntur quidam fortes, animo militari ac generoso, quibus arces committi possent, & ciuitates. ideò accingūtur gladijs se longioribus, quibuscum per plateas volitant: sed reuera sunt arietes sine cornibus: lepores

Decipiunt plurimi specie recti.

res galeati. Videntur nonnulli esse humiles: at *nequiter se humiliant: & interiora* eorum *plena sunt dolo*, bipedum arrogantissimi. Videntur pleriq; placidum & mite habere ingeniũ. Tange montes, & fumigabunt: videbis, quàm sint irritabiles: quamque litigiosi, & pugnaces.

Eccl. 19. 23

Videntur aliqui esse boni Clerici: boni Ecclesiastici: boni Sodales Mariani: modesti, casti, pij, temperantes Deo, diuinisque addicti: An omnes sunt? Vtinam! Aliqui forrasse minimè sunt, vt videntur, moribus dissoluti, vinolenti, libidinosi.

Tandem sunt multa, quæ non videntur: aut aliter quàm sunt, videntur. Baculus, vel remus, quamuis in aquâ, est integer, & rectus: inflexus tamen, vel infractus videtur. Nimirum, teneritas substantiæ illius, qua speculum ex lumine efficitur, prout icta, seu mota est, ita & imaginem vibrans, euertit lineam recti. Turris, quam de longinquo vides, est quadran-

Tertull. lib. de Anima c. 17

drangulata: videtur tamen rotunda. Visum eludit turris habitus: interualli conditio compellit in aperto: æqualitas enim circumfusi aeris pari luce vestiens angulos, oblitterat lineas. Porticus illa domestici palatij longa & lata, in fine non minus, quã in principio, totidem habet latitudinis pedes: videtur tamen angustior in vltimo. Nam quamuis sit vniformis, acuitur tamen secundum apparentiam in fine, dum acies inconcluso stipata, illic tenuatur, quo & extenditur. Cœlum, quod versus occidentem conspicis, cum tanta sublimitate sit suspensum, mari non iungitur: vniri tamen videtur Oceano, vbi visio ocularis absumitur, quæ quamdiu viget, tam diu diuidit. Paries ille, quem oculis obiectum habes, est albus: viridis videtur, quia vitrum colorarum interpositum eodẽ fuco infecta alia nunciat.

Plaustri fæno onusti est sonitus, quem audis ex platea: videtur mur-


mur

mur cæleste: vel tonitru: nempe sonorum fallit similitudo auditum. Eadem vnguenta sunt: eadem vina; quæ odoratus, & gustus, initio conuiuij triumphalis, ac in fine percipit: putantur diuersa. In lauacris idem calidus lacus manet: & tamen feruentissimus primò: dehinc temperatissimus videtur. Nam postea minus spirat vnguentum; & minus sapit vinum; & minus lacus feruet: quia cum in omnibus fermè prima vis tota sit, eadem vsu posteriore depreciantur. Eadem sunt pauimenta, quæ manibus asperiora, pedibus leuiora creduntur. Nempe de scabro ac læui; manus, ac pedes, tenera scilicet, ac callosa membra dissentiunt. Iidem sunt homines: idem pater: eadem mater & soror, quamuis alij videantur. Qui insaniunt, in alijs alios vident, vt Orestes matrem in sorore: Aiax Vlyssem in armento: Athamas; & Agaue in filijs bestias. Qui vino sunt madidi, vt notauit S. Basilius,

S. Basil. hom. de ebriet.

ym-

vmbras sæpenumero, tanquam fossas, vel loca prærupta transiliunt: aures terrifico sonitu, tanquam fluctuãtis maris, refertas habent; terra interdum ijs insurgere, & in rectum erigi: montes verò circumagi videntur: sunt tamen immobiles. Infinita istiusmodi reperiuntur, ex quibus error contingit in iudicio, & fallacia, dum res aliter videntur, quàm sint.



Quod in LVNA maximè locum habet: ob quam tam multa præstruximus: vt, vel in hoc, illam præferre imaginem doceremus Conceptæ Deiparæ: quæ etiamsi non videretur iustitiæ originariæ luce perfusa, esse tamen potuit lucidissima. Quemadmodum *Luna* in *Neomenia*. Oculorum modò ablegantur ludibria: vt veritati rationibus confirmãtæ locum demus. Quod *Luna* in *Neomenia* lumine non sit orba demonstrant Astrorum contemplationi dediti ex Perspectiua: Quia semper maior

In Luna conspectu fallimur.

Fran. Aguilon. lib v. Optic. prop. xlvi. Consect. 1. & Prop. xlviii. Consect.

ior medietate portio corporis lunaris illuſtratur à Sole. Si enim ſphæra luminoſa maior fuerit opaca, à minore parte luminoſæ maior pars opacæ illuſtrabitur. Conſtat autem Solem lunari orbe multis partibus eſſe maiorem: itaque radij ab ambitu Solis profuſi maiorem Lunæ portionem comprehendunt. Hæc Sapientis mentem trahunt ad aſſenſum Lunæ illuminatæ, quam tamen lucere non videt: & non magis eiuſdem iudicium rapiat ad aſſenſum gratiæ originarię Virginis cõceptę, demonſtratio morali euidentia multo clarior? Nõ decuit Dei Matrem ſerpentis inferi caput calcaturam, Cacodæmonis vnquam ſubiectam fuiſſe imperio. Quis matrem aſciſcat, ſi puriorem poſſet, fœdiſſima aliquando labe infectam? Quis Princeps coniugem velit, quæ capitalis ſui hoſtis fuerit mancipium? At contraria his admittere neceſſe eſt, niſi ab iniuria culpæ primordialis Dominam vindicemus.

Luna non quantum luminis habeat.

Rationes pro originaria iustitia B.V.

Sed

Sed tu iterum oggeris: multis id non videtur: At ego iterum *Lunam* ingero, quæ lumine abundat in *Neomenia*; quod plurimis non videtur. Vis aliud eiusdem fallaciæ exemplũ ab eodem astro admirandum, ac penè incredibile? LVNA *oriens non videtur: & ante occubitum disparet.* Quis hoc non putet esse falsum, ac præter sapientum etiam opinionem constitutum? Nam, quî fieri potest, occurrit statim, vt *Luna* posteaquam finitorem subijt, nondum appareat? & priusquam subtus mergatur, aspectui nostro eripiatur: præsertim si terræ impedimenta sublata intelligantur? Est tamen id longè certissimum, & apodicticâ Opticorum probatione firmatum.

Multis eas non vidēt.

Frāc. Aguilon. lib. v. Opt. Prop xlviij Consectar.

Oritur hodie, dum concipitur, *Maria*: LVNA-*mystica* non *Noua* tantùm, *sed* & *Oriens*. At non videtur, vt est concepta: pura, lucens, intaminata. Ne mireris: *Luna* non esset, ni hoc fieret, Id *Luna* proprium est, quà *No-*

Si sphæra luminosa minor fuerit opaca à maiori parte luminosa ad minorem opaca lumen perueniet.

Maria in Conceptu Luna oriens.

addictis: denique, vel ab omni anticipatâ persuasione liberis: vel à præconceptâ opinione; & iudicij pertinacis firmitate occupatis.

Scio non videri omnibus, benedictam Matrem nostram, originariâ gratiâ in primo conceptûs, seu ortus sui puncto fulsisse. Quibus id non videatur, orbi notum est: nam & linguâ, & calamo, quod animo abditum hærebat, prodiderunt. Quos ea-propter non arguo. Nam, nec *Luna* in *Neomeniâ*, aut quotidie in ortu videtur, sicut est: non idcircò tamen peccant, qui falluntur sensu: quamuis melius faciant, qui veritate ducuntur, oculorum deceptione, firmis peritorum argumentis, & per rationem emendatâ: Sed hoc non est omnium. Præter Astrologos, eosque in Opticâ benè versatos, multi etiam è doctis, & qui Philosophi vocantur, popularium opinione circumaguntur.

Quibus nõ videatur immaculata Conceptio B.V.

tur, qui immaculatam Conceptionem Deiparæ non propugnarit. Et si testibus agendum esset, centum, nec pauciores, plures etiam, ex tempore, è syllabo recitare possem, eius asserti Patronos, qui fidenter id adfirmarent, vti securè asserunt, *Lunam* in *Neomenia* lumine orbam non esse. Id enim, si non amplius, ex vehementiâ, acrimoniaque dicendi, ac scribendi ipsorum, cùm de hac re disceptant, colligo. Agedum, vultis audire nomina aliquorum è tam spissa testium nube? Nam vos fortasse, vt me, oblectabit, optimorum, ac Virgini dedititissimorum Patrum, quorum doctrina, vt lacte in pueritia; vt solido cibo, in maturâ ætate enutriti estis, recordatio.

Doctores è Societate Iesu assertores Immaculatæ Cõceptionis B. V.

Itaque ad constabiliendam *Immaculatæ Conceptionis* Deiparæ doctrinam stylum suum conuerterunt, Petrus Canisius lib. 1. de Deipara à cap. v. ad 8. Franciscus Turrianus, epistola ad Iacobum Amiotum, E-

 pisco-

ſcopum Antiſiodorenſem, de natura peccati originalis. Theodorus Peltanus de peccato originali, tract. 6. Petrus Ribadeneyra in Flore Sanctorum, Decembris 8. Ioſephus à Coſta, lib. de Chriſto reuelato, ca. 1. num. 18. Franciſcus Toletus in Ioannis caput 3. Annotatione 9. & in Lucam, cap. 1. Annotat. 119. & in cap. 5. Epiſtolæ ad Romanos. Robertus Bellarminus tomo 3. lib. 4. de ſtatu peccati. Ioannes Maldonatus in cap. 9. Matthæi ad illa verba, *Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores.* Benedictus Pererius in Danielem cap. 4. ad illa, *Germen radicum in terra ſinite.* Gregorius de Valentia, tomo 4. diſputat. 2. quæſt. 1. puncto 2. Franciſcus Suarez 3. par. quæſt. 27. artic. 4. diſputat. 2. ſectione 5. Gabriel Vaſquez 3. par. diſputatione 117.

Sebaſtianus Barradas tom 1. Harmoniæ lib. 6. cap. 3. Martinus Delrio in Floridis Marianis, Panegyri-

co

co primo, de Conceptione: & lib. 4. Magicarum disquisition. c. 1. q. 3 sect. 4. & in cap. 2. Canticor. Sectione 4. Henricus Henriquez l. 2. de Missa, c. 7. lit. S. in glossa: & lib. de fine hominis c. 10. lit. B. in glossa. Ioan. Fernandus in Thesauro Scripturæ, verbo *Calcaneus*, n. 1. Ioan. Lorinus ad Psalmum 95. ad versum: *Honor regis iudicium diligit.* Benedictus Iustinianus in cap. 2. epistolæ ad Timotheum, ad ea verba: *Qui dedit redemptionem suam*: & in cap. 2. Epistolæ ad Hebræos in id: *Quid est homo, quod memores eius.*

Cornelius à Lapide in cap. 5. Epistolæ ad Romanos ad illam sententiam, *Per vnum hominum peccatũ intrauit in mundũ.* Christophorus de Castro in Vita Deiparæ cap. 2. num. 5. Ioannes Bonifacius lib. 1. de historia Virginali, cap. 4. Ioannes Osorius, Cõcione de Concept. B. V. Adrianus Mangotius in Monitis Marianis, monito 2. Petrus de Morales in cap. 1. Matthæi lib. 5. tractat. 1. de Præ-

14. lib. Iob; ad versum: *Quis potest facere mundum de immundo?* Et in Sermone de hoc ipso titulo, quem in vulgus dedit. Nec non in tractatu, quem inscripsit, *Aduertentia ad priuilegium vndecimum* Ioañis I. Aragonum Regis, Ferdinand. Quirinus Salazar Prouerb. 8. & in Defensione pro Immaculata Conceptione B. V.

His accensendi decem illi Protopatres Societatis, qui in Academia Parisiensi Magistri nuncupati, ac creati sunt, ideoq́ue iuxta veterem illius nobilissimæ, & antiquissimæ Scholæ consuetudinem, ad puram Deiparæ Conceptionem vbique defendēdam Sacramento sese obstrinxerunt.

Primi decem Patres Societatis Iesu.

In his Princeps, *S. Ignatius*, qui iurisiurandi tenax, Conceptionis puræ strenuus semper fuit assertor. Cuius indicia præclara hodieq́ue supersunt in libello deliberationum. Huius in Generalatu successor *Iacobus Lainez*, quantoperè laborauerit Tri-

Iacobus Lainez.

denti, in illo Ecclesiæ Catholicæ theatro, vt sanctitatem Virginis conceptæ tueretur, liquet ex Actis Concilij. Certè appendicem illam, seu restrictionem, quæ ad calcem decreti de peccato originali subiecta fuit, Patres, illius potissimùm rationibus incitati, adiecerunt. Cùm enim *Lainez* tres horas de pura Conceptione perorasset, statim exceptionem illam addendam, communi suffragatione, censuerunt. Ferunt etiam nonnulli, quartanam febrim, quam habuerat eũ diem, qui ad dicẽdum de prædicta thesi Lainio obtigit in perorantẽ deseruisse. Fuit quoque è primorum Societatis Patrum numero *Alphonsus Salmeron*, cuius sententia de pura Virginis Conceptione extat, tomo 1. tractat. 12. de infantia Saluatoris: & tomo 13. in cap. 15. ad Rom, à disputatione 49. vsque ad 52. An non satis multi, quibus videtur nitidissimã in Conceptione fuisse Virginẽ Mariã?

Pet. Ribad. in vita. Sacchin. hist. Socie.

Recentes

At hi sunt recentes, dicet aliquis, vtius

vnius ſeculi homines. Non ita videbatur antiquis. Hoc an verum, innoteſcet poſteà. Fateor iuniores eſſe, quos nominaui. Sed hi videre potuerunt, quod eatenus viderant antiquorum pauci. Quid non in aſtris, & *Lunâ* præſertim, animaduerſum noſtris temporibus, de quo ab antiquitate nullus fuit monitus? Hoc ipſo ſeculo repertum eſt ab ingenioſiſſimo Belga Teloſcopium, ſeu tubus ocularis, aut fiſtula dioptrica, cuius ope in cælo, tum alia planè admiranda, & toti antiquitati tot ſeculis ignota cōſpexerunt curioſi ſupernorū ſcrutatores: tū quātoperè allucinatū fuerit in multis de *Luna* opinionibus. Vnus in Syderū cōtēplatione eximi⁹, Mathematicus nominatiſsim⁹ in Hetruriâ, inſtrumēti illi⁹ ſubſidio, notauit circa ſid⁹ Iouis 4. planetas errātes: & innumeras alias fixas: in Lunâ mōtes ac valles nebuloſos eſſe ſtellularū greges: Galaxiā eſſe exiguorū aſteriſcorū agmē: Venerē, inſtar Lunæ, augeri, & minui. Saturnū duob⁹ ſtipari

multa obſeruarunt in Luna, veteribus ignota.

ſatellitibus. Corpus Lunæ veluti ſpongioſum, & floccisquibuſdam conſtans varijs locis interciſum. Vt igitur, quæ de *Luna*, & in illa obſeruata ſunt à iunioribus, noſtro tempore, credimus, absque antiquitatis ſuffragio: cur non ijs, quæ de *Luna-myſtica* adferuntur ab huius ſeculi ſcriptoribus, idoneis argumentis roborata, fidem adhibeamus, quãuis priſcorum non fulcirentur calculo?

Antiqui Conceptionis immaculatæ aſſertores.

Non exiſtimetis tamen robur deeſſe ab antiquitate illi ſententiæ, quam de puriſſima Virginis Conceptione ſtabilire conamur. Plures ſanè ab omni æuo Doctores, ſcriptoresque grauiſſimos, prærogatiuæ illius Marianæ patronos, ac propugnatores in medium adducere poſſemus, quàm ſit recentium, quos nominauimus, numerus. Sed nolo nominibus recenſendis tempus laudationi Deiparæ deſtinatum traducere: hoc coronidis loco adiunxiſſe con-

contentus. Elapsa sunt à Christi ortu secula quindecim: sumus enim in sexto decimo: In nullo autem defuerunt *Conceptionis Immaculatæ* vindices: in aliquibus floruerunt plurimi. Quorum censum fecit, longa serie, expressis singulorum nominibus, & adnumeratis, ac glossemate exornatis eorundem verbis, Vir de hoc Virginis priuilegio optimè meritus *Ferdinandus Quirinus de Salazar* Societatis Iesu Theologus, in Defensione edita pro *Immaculata Deiparæ Virginis Conceptione*, ad Philippum III. Regem Catholicum. Nos ad *Lunam nouam* nostram contemplandam, missis alijs, iterum conuertamur.

Quare in Nouilunio Luna multum luminis habeat.

Cur opinamini, *Lunam* in *Neomenia* copiosum habere lumen, tametsi cõtrarium oculis videatur, & quorundam id intellectus non capiat? Respondet expeditè Astrologus, *Lunæ* portionem illam, quæ lumine Solis illustratur, non semper æqualem esse, sed eadem ex caussa, nunc ma-

iorem, nunc minorem; qua nunc soli propinquior efficitur *Luna*, nunc remotior. Si Soli cōiungatur, plurimū luminis participat. si ab ea discedat, minus. In *Neomenia* autem est Soli vicinissima, adeò, vt tunc dicatur esse in coniunctione, itaque tunc abundantissimo lumine donatur.

Quare in Conceptione gratia magna fit donata Deipara.

CVR arbitramini Deiparam in Conceptione plus accepisse gratiæ, vnde nitor omnis in animam redundat: plus etiam hausisse sapientiæ, quæ instar est luminis, quàm vllū alilium mortaliū, vel in regeneratione suâ: vel post multorū annorū curriculū? Multas hui⁹ rei causas adducūt Theologi, sūptas ab amore dilectissimæ Sponsæ: à dignitate augustissimæ Matris: ab officio Mediatricis: à titulo Reginæ: à prærogatiuis Imperatricis: à priuilegijs Dominę Angelorū. Ego vnā solùm exprimo, ne digrediar à Symbolo: quia in Conceptione, fuit, sicut *Luna* in *Neomeniâ*, Soli suo, à quo, vt Patre luminū, omnis illustratio, vicinissima: vt dici po-

tuerit

merit esse in cõiunctione, nullã planè cũ illo habẽs oppositionẽ. Nullus hominũ fuit propinquior Deo in cõsummatione, ante obitũ; quã Virgo Maria in Concept. ante ortum Quæ cõiunctior Deo Dei Matre? Primo aũt cõceptionis puncto fuit Mater, destinatione Patris æterni: electione Filij incarnandi: designatione Spiritus, ideoq; iã tunc sanctificantis. Tãdẽ, Mater erat, cũ cõciperetur, in diuinæ Mẽtis, ac æternitatis prospectu.

MAIOR certè fuit propinquitas Mariæ cũ Deo in conceptu, quã *Lunæ* cũ *Sole* in *Neomeniâ*: hæc enim nunq̃ tanta est, vt nõ intercedat inter vtrũque duplex orbis planetarũ, Mercurij, ac Veneris, si vulgare Astrologorũ sistema sequamur. At inter Deũ, & Cõceptã Virginẽ immediata fuit coniunctio: nullum interstitium. Nam quæ disiungere possunt creaturã rationalem à Deo sunt peccata, vel vnum aliquod. *Iniquitates vestræ*, inquit Isaias, *diuiserunt inter vos, & Deum vestrum: & peccata vestra ab-*

Propinquitas B. Virg. cum Deo.

sconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret. In concepta autem puella, fuit à peccato immunitas. Ergo inter illam ac Deum immediata propinquitas.

Mulier amicta Sole. Quæ admiranda quadam imagine, & loquendi formulâ inusitatâ indicatur in diuinis litteris. Apocalypsis 12. inducitur Mulier typum Deiparæ gerens, de quâ dicitur, *Mulier amicta Sole*. *Apoc. 12. 1* Quam dum contemplatur Bernardus, simulque *Rubum* ardentem non combustum, quæ alia fuit lucidissimę Puellę N. Figura, *S. Bern. serm. signum magnum.* exclamat: *Magna familiaritas, sed mira omninò vicinitas, Solis, & Mulieris. Quomodo in tam vehementi feruore tam fragilis natura subsistit? Meritò quidem admiraris Moses sancte, & curiosius desideras intueri*. Et paullò post: *Magna planè visio*, Rubus ardens *sine combustione*: *magnum signum* Mulier *illæsa manens amicta Sole*. Itaque tanta est vicinitas Mariæ cum Deo, quanta esset mulieris cum Sole, si hic illam,

cycla-

cycladis instar, amiciret; aut quanta inter flammam, quæ interiora rubi peruaderet, totumque fruticem occuparet: aut quanta inter aurum & ignem, qui metallum istud rutilans ignitum faceret. Nam & hæc comparatio reperitur apud D. Ioannem Damascenum in hymnis, quos ab Apostolis in dormitione Deiparæ cantatos asserit. Aut quanta inter fornacem, & ignem inclusum. *Annon enim Te*, inquit idem Damascenus, *Fornax illa designauit, quæ ignem simul, & refrigerantem, & inflammantem ostendebat: diuinique illius ignis in te habitantis typum gerebat?*

Orat. de Dorm. in.

Orat. 1. de Dormit.

Daniel. 3.

Illustrat hanc vicinitatem, Virginis Matris cum Deo, cuius ipsa fuit Genitrix Cardinalis Petrus Damiani contemplatione quadam Theologica, quæ mirum, quantum *Lunæ Mysticæ* in NEOMENIA cum Sole suo cõiunctionem exaggeret. Ponit igitur ille ex Theologicæ Christianæ scitis, Deum esse in rebus omnibus, primò

Christus in Virgine per identitatem.

per essentiam: secundò, in probis per operationem, peculiariter, vt nimirum bona operentur: tertiò, in quibusdam eximiè Deo caris, aut ad illud munus electis, per illuminationem rerum futurarum. Tum subdit: *In Virgine fuit quarto speciali modo, scilicet*, per IDENTITATEM, *quia idem est, quod illa*. Audax prima specie dictum. Quod nō puto ignorasse Cardinalem, qui idcirco admirabundus silentium imperat. *Hic taceat*, inquit, *& contremiscat omnis natura, & vix audeat aspicere tanta dignitatis, & dignationis immensitatem*. Simili loquēdi modo propinquitatem eandem commendat S. Bernard. homilia 3. super *Missus est*, sic scribens: *Cum Deus sit cum omnibus Sanctis propter concordiam voluntatis, specialiter tamen cum* Maria: *cum qua vtique tanta ei consensio fuit, vt illius non solùm voluntatem, sed etiam carnem sibi coniungeret: ac si de sua Virginisque substantia vnum Christum efficeret: vel potius, vnus Christus fieret. Qui*

etsi

etsi nec totus de Deo, nec totus de Virgine, totus tamen Dei, & totus Virginis esset: nec duo filij, sed vnus vtriusque filius. Eandem rationem attingit S. Bernardinus, & *Identitatem* nominat: *Virgo,* ait, *fuit vicinißima Filio Dei* Primò, *per carnis* identitatem: *quia eadem caro, quæ fuit Virginis Matris, facta est caro Filij Dei: ideò illi dictum est, Dominus tecum.* Secundò, *in conuersatione: siquidem eum lactauit, eique ministrauit: eius absentiam sustinere non potuit: nam & dolens eum quæsiuit: & in templo inuenit.* Tertiò, *in paßione fuit vicinißima per compaßionem, quia recedentibus discipulis non receßit: stabat enim iuxta crucem Iesu.* Quartò *in Assumptione per gloriam.*

S. Bernar. To 2. serm. 1. de nomine Mariæ Art. 2. c. 1.

Et sanè si Laban ad Iacob nepotẽ ex sorore dicere potuit, Gen. XXIX. 14 *Os meũ es, & caro mea;* ac Gen. XXXVII. 27. Iudas de Ioseph: *Frater. n. noster est, & caro nostra;* meliori iure idipsum dicere potuit Virgo Sanctißima de Deo incarnato, filio suo vnigenito, q.

Nepotũ enĩ auis propinquitas.

purissimis suis sanguinibus, absque viri opera carnem sumpserat. Vt verè pronunciarit Augustinus: *Caro Iesu caro est Mariæ, & multo specialius, quã Ioseph, Iudæ ceterorumque fratrum eius quibus dicebat*: Frater enim & caro nostra est. *Caro enim Christi, quamuis gloria resurrectionis fuerit magnificata, & potenter super omnes cœlos ascensione glorificata: eadem tamen carnis mansit, & manet natura, quæ suscepta est de Maria*. Ex quo deducit doctissimus Theologus Fran. Suarez substãtiam carnis à Christo ex Maria assumptã nunquam fuisse omninò dimissam, nec actione continuâ caloris naturalis resolutam: sed eandem omninò fuisse conseruatam, Verbo Dei vnitam: quod ex temperatissimo cibo, quo vtebatur Christus, & ex speciali prouidentia ac voluntate Domini factum arbitratur.

Aug. l. de Assump. c. 5.

Suar. tom. 2. in 3. p. disp. 2. sect. 1.

Ob hanc tantam Virginis cum Deo, Christoque vicinitatem, D. Bernardinus eam vocat *Stellam polarem*,

B. Virgo Stella polaris.

rem, quæ polo est propinquissima. per vtrumque autem polum immobilem intelligi vult Filium Dei, qui principium & finis est omnium. Ego eandem, nomino *Lunam mysticam*: sed quæ, in *Neomenia* sua cùm incomparabiliter magis coniuncta fuerit Soli Iustitiæ, quā vulgaris illa astrorum principi, plus etiam luminis diuini in *Nouilunio* suo, id est, sanctitatis in conceptione sua adepta est, quā vt vlla comparatione declarari possit. LVNAM-NOVAM tanquam aptissimam imaginem produximus, sed nunquam illam Sole vestitam vidimus: nunquam in vlla *Neomenia* videbimus; quod de *Luna-mystica* adfirmamus: & admiratur S. Bernardus, indeque luminis opulentiam colligit. Exponens enim illud: *Mulier amicta Sole*, exclamat: *Quàm familiaris ei facta es Domina, quàm proxima, imò, quàm intima fieri meruisti? quantam inuenisti gratiam apud Deum?* In Te *manet*: & Tu *in eo. Vestis eum*, & *vestiris ab eo.*

Serm. in Apoc. 12.

eo: vestis eum substantia carnis, & vestit ille Te gloria suæ maiestatis. Vestis Solem nube, & sole ipsa vestiris. Quantum splendoris habeat oportet, quæ sole vestitur? Quo loquendi genere in sacris litteris significatur abundantiæ quædam singularis, vt Psal. LXIV. 14. *Induti sunt arietes ouium, & valles abundabunt frumento:* sensus est; abundasse greges fœtibus, & valles frumẽto. Sic Iudicum VI. 34. *Spiritus Domini induit,* seu, vestiuit, *Gedeon*: quia copiosè in illum descendit: & quasi vndiq; texit. *Induantur confusione,* inquit Psalmistâ, Psa. XXXIV. 26. indicans maximã confusionem, quæ vndique se ostendat, nec oculi possit. Itaq; vestiri Sole iustitiæ est tantã luminis abundãtiam: id est, iustitiam, gratiam, sanctitatem accipere, vt alter Sol videatur. Vtitur hoc argumentandi genere S. Thom. vt probet virginẽ fuisse gratia plenissimam: *Quia,* inquit, Christo *Auctori gratiæ fuit propinquissima.* Haud dispari ratiocinandi modo, dicimus: Maria

Indui, vestiri, circumdari abundantiã significat in SS.

S. Tho. 1. p. q. 27. a. 5. ad 1.

in

in conceptione fuit luce ſanctitatis cumulatiſſimè plena; quia tunc, vt *Luna* in *Neomenia*, fuit Soli ſanctificanti viciniſſima: imò, eo veſtita.

Sed dum Mulierem amictam ſole contemplor, animaduerto illam habere *Lunam* ſub pedibus, vt eſt Apocalypſis XII. E quo haud ineptè conijcit Auctor imprimis grauis, ac pius, quod probare intendimus, immune illam fuiſſe in conceptu à peſtifero ſerpētis infernalis, ſeu peccati originarij contagio. Siquidem opinatur, *Lunā*, calceamentorum vicem ſubijſſe: ac proinde Virginis calceamenta excelſiora fuiſſe, quā vt eo venenatis dentibus Serpens poſſet adſurgere. Quippe qui ex maledictione habet, vt ſuper pectus gradiatur, humi reptans, & terram comedat cunctis diebus vitæ ſuæ: nempe, homines rebus terrenis inhiantes.

Luna pro calceamētis B.V.

Ant. Spinell. in Throno c. 7. n. 13.

Gen. 3.

Si Virgo benedicta fuit calceata *Luna*, non minus fortia fuere illius calceamenta, quam Aſer, filij Iacob, cuius

Calceamēta ex ferro & ære.

cuius fuit benedictio, Deut. XXXIII. 24. *Ferrum & æs calceamentum eius*, ad noxium serpentis caput conterendum: nec minus venusta, ac speciosa, quàm illius Sponsæ, de qua Ezech. XVI. 10. *Calceaui te hyacintho*, aut *ianthino*: nimirum, coloris cœlestis, ac violarum: quo significantur desideria rerum supernarum: quibus calceamentis, iam tunc, pedes affectuũ, ornata incedebat: vt audire posset dum per conceptum in mundum

Cant. 7. 1. veniret: *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis?* Pulchra calceamenta, quę Sponsi etiam oculos potuerunt rapere: quorum typus fuerunt sandalia formosissimæ Iudi-

Iud. 16. 2. thæ, quæ vel Holofernis infensissimi Iudæorum hostis captarunt.

Dies solemnitatis. *Dies absconsionis.* Verùm nos hodierno die, non tam Mulierem lunatis insignem cothurnis, quàm *Lunam* ipsam, quæ tamen à Matrona illa mysteriosissima non est diuersa, nouis fulgentem splendoribus contemplandam sumpsimus.

psimus. Est enim hæc festiua lux *Neomenia* Sodalium: in qua non nisi *Lunam nouam, Lunam-primam, Mariam-conceptam* ingeminamus, colimus, deprædicamus. *Buccinate*, Sodales, *in Neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestræ.* Interpres Latinus vocat *insignem diem solemnitatis:* quem ex originali Hebræo appellare possis, diem *operimenti*, vel *absconsionis*. Est enim in Hebræo vocula quædam, quæ significat *tegere*, & operire: seu, *absconsionem*, & operimentum. Vnde nonnulli, solemnitatem istam ad festum Tabernaculorum referunt, quo tegebantur Hebræi frondibus. Sed bellè admodum quadrat ea circumscriptio in *Nouilunium*, quoniam in eo, *Luna* lumen opertum, tectumq; videtur. At accommodatissimè trãsfertur ad *Lunam mysticam*, Virginem recèns conceptam. Quid enim aliud est Conceptionis festum, quàm dies operimenti, & absconsionis? in quo latet huius *Lunæ* fulgor, tegiturque,

Psal. 84. Chesch, à Chasa.

tum

tum concertationis ambiguæ, tum dubij vocabuli *Sanctificationis*, à quibusdam olim in officio diuino vsurpati (quod nunc per Sedem Apostolicam est vetitum) tum interpretationum quarundam perplexarum inuolucris. Est tamen idem *insignis dies solemnitatis* nostræ. Quem nos, Mariæ clientuli, singulari cultu, veneramur, vt originariam sanctitatem amantissimæ Matris nostræ; & illius indeficiens primæuæ sapientiæ lumen, pro virili tueamur.

In Maria Nouiluniũ est Plenilunium.

Iam nec illud mihi fas omittere: quod nos cantamus, *Buccinate in Neomeniâ tuba in insigni die solemnitatis*, quosdam eruditionis eximiæ viros referre ad *Plenilunium*. Siquidem phrasi Hebræâ id indicatur. Nã Prouerb. VII. 20. ab Interprete Latino vertitur, *In die plenæ Lunæ*. Non potest quidem, secundum naturæ leges, esse *Nouilunium*, & *Plenilunium*; vt, vel in pagis norunt agricolæ. Illud initio mensis; hoc in medio cõtingit. Illud est

Prou. VII. 20.

Chese. Aquila ἡμέραν πανσελήνου.

est exordiũ:hoc complementũ. In illo *Luna* occultatur: in hoc splendidissima fulget. Sed diuinitus fortasse factũ, vt idem vocabulum, quod non nisi semel, cum certis punctis, reperitur in Scriptura diuina, LVNAM designet, & NOVAM, & PLENAM. Quod quidẽ commodã habet intelligentiã, sẽsu mystico, de Dña nostra.

Chese cũ sex punctis psal. 80. 4.

In cuius Conceptione agnosco *nouilunium*, & *Plenilunium*. Exordiũ *Lunæ*, ac cõsumationem. Nouam, & antiquam. Obscuram, & fulgentem. Initium sumit Diua Mater in Concepru, vt *Noua-Luna*: in eodẽ cõsummationẽ gratię consequitur, vt *Luna-plena*. Noua, generatione: antiqua dierũ, prędestinatione: Obscura mortalium oculis: fulgẽs in cælo corã Deo. Noua sẽsu: plena, ac antiqua, intellectu. Supremâ illa infantis rerũ diuinarũ, & humanarũ intelligentia statim in Cõceptione supplebat tẽpus, vt idẽ momentũ esset *Luna-noua*, ac *plena*. Erat in puella cõcepta simul tẽ-

In Maria Plenilunium & Nouilunium.

poris

poris immaturitas, & sapientiæ senectus. In ea diuinitus communicata scientia maturitatem senilis ætatis supergrediebatur.

Cõcep ionis homi nu non est dies consummationis.

Non est quidem Conceptionis humanæ exordium, dies plenæ *Lunæ*, si consuetum naturæ cursum spectemus. At si gratiæ extraordinariæ donatiuum, ac prærogatiuam Matris Dei; idem punctum fuit *Lunæ* incipientis, & plenæ, atque absolutæ. Sanè, si in quibusdam adolescentulis Deo eximiè caris, dies pueritiæ, per gratiæ celeritatem appro-perantis fuêre senij ac vetustatis: cur non in Deo longè carissimâ, dicamus, diem Conceptionis fuisse quoque perfectionis? Gratulatur sibi D.

S. Bernar. epist. 42.

Bernardus, quod viderit iuniores quosdam: *Qui*, vt loquitur ipse, *moribus* antiquarent *dies*, *prauenirent tempora meritis: & quod ætati deerat, compensarent virtutibus*. Nonne meritò gratulemur nobis, quod Patronam habeamus, cuius consummatissima Sa-

pien-

pientia, & ſanctitas, primum eiuſdem non natalis modò, ſed conceptus quoque diem antiquauit?

FVIT *Virgo Maria* antiquandi dies peritiſſima. Sed multo magis ille, cuius benigna luminis transfuſione ad plenitudinem in primo ſui ortu hæc *Luna* peruenerat. Quid eſt *Antiquare dies*? Profanis quidem, *Antiquare*, idem eſt, quod abolere, abrogare, irritum facere. Quo pacto, legem antiquatam, ſeu ſublatam: rogationes antiquatas Romani Latinè dicebant. Hinc *Antiquatio* idem, quod *Abolitio*. Sic Deus in *Maria* antiquauit *Lunæ-nouæ* defectum, dum illam gratiæ, ac ſapientiæ lumine, velut in plenilunio, impleuit. In eadem antiquauit legem naturæ corruptæ de transfuſione labis hereditariæ in omnes Adæ poſteros, communicato illi in primo conceptionis momento ſanctitatis nitore. *Antiquare diem.*

SED aliud quidpiam, quod tamen eodē tendit, verbulo, *Antiquare*, ſigni- *Antiquo. Vetuſtum facio.*

significauit Bernardus, & cum eo Doctores Ecclesiastici. Quibus *Antiquare* in hoc genere, est antiquorũ, siue grauium, & annis prouectorũ, aut senum, mores induere, seu repræsentare: haud fictè tamen, seu histrionicè. denique, in pueritia, senẽ esse: quemadmodum in senectute quidam sunt, Plautinâ formulâ, *bis pueri*. Hoc modo, Latini, *Antiquè* vsurpant: *Antiquè dictum*: *antiquè factum*: hoc est; ad morem antiquorũ. Alio id vocabulo expressit Latinus Interpres Bibliorũ, Epistola ad Hebræos, ca. VIII. 13. vbi legitur: *Dicendo nouum*, veterauit *prius*. Græcè est πεπαλαίωκε: hoc est, *antiquauit*: seu vetustum fecit. Itaque iam tunc in Conceptu suo antiquauit tempus Virguncula Maria, cum *Neomeniam* in *Plenilunium* transtulit. Seu, dum ita sanctitate excelluit, vt multorum seculorum grandæuos superaret. Denique, cum virtutum officijs, ac meritorum cu-

Veterare.

mulo

mulo antiquissimos dierum post se reliquit.

At hoc eius factum est singulari gratia, qui honorifico apud Danielem Prophetam elogio salutatur, ANTIQVVS DIERVM. An passiuè, vel, intransitiuè, vt loquuntur Grammatici, quod ab æterno fuerit superstes Diuinitas? An, quia ipse plenus est dierum? An, quia fuit ante omnes dies & tempora? An, quia conditor est temporum? Atque in se, suáque æternitate eminenter continet omnem têporis antiquitatem? vt rectè scripserit Magnus Areopagita:

Deus, Antiquus dierum.

Dan. 7. 9.

DIERVM ANTIQVVS *laudatur Deus, propter hoc, quod omnium ipse est, & æuum, & tempus, & ante dies, & ante æuum, & têpus, & diem: sicut existens intransmutabilis, & immobilis: & in hoc quod semper mouetur, manens in seipso: & sicut æui, & temporis, & dierum causa.*

S. Dionys. ca. 10. de diuinis nominibus.

AN, quia Deus Pater (nam de illo agit Propheta) Filio suo est,

In senibus sapientia. quodam sensu, antiquior? nempe, prior origine, quà Filius est Deus: & tempore, quà Filius est homo. An quia immensam habet sapientiam, & prudentiam, quæ in senibus esse solet, vt dicitur Ecclesiastici XXVIII. 8. *Corona senum multa peritia.* Et Iob XII. 12. *In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia.* Ob quã caussam veteres Poëtæ fingebant, Saturnum, Iouis, Deorumq; patrem non solùm annis saturum, vnde vocatum Saturnum quidam putant, sed saturum quoque intellectu, & sapientiâ, quæ illius fuerit canities. Dicitur enim Græcè à κόρος, & νοῦς: quasi saturitas mentis. Quo intuitu Puella hodie concepta meritò *Antiqua dierum* appellatur: quippe, quę super omnes senes in vtero matris intellexit, plena sapientiâ, prudentiâ, intellectu, reliquisque diuini Spiritus charismatibus.

Saturnus Senex.

Maria in Conceptu, antiqua dierum.

Deus antiquans dies: abrogans.

AN fortasse *Antiquus-dierum* nominatur Deus, quasi *Antiquans-dies*?

Siqui-

Siquidem æternitate ſua tranſcendit omnes dies, ac tempora: vt ſic quodammodo ſe inferiores antiquet, abroget, aboleat: cum ipſe ſtabilis maneat, ac vegetus: expers omnis mutabilitatis, ſucceſſionis, ac defectus.

Deus antiquàs dies infantiæ, ac pueritiæ.

AN tandem, quod ad rem noſtram maximoperè conducit, dici poteſt Deus *Antiquus-dierum*, ſignatè magis, quàm *annorum*: quia dies, etiam infantiæ, aut pueritiæ, quod cum Daniele fecit, ſoleat antiquare? Poſſit quoque, quod ſoli contigit è puris creaturis, MARIÆ, antiquare, hoc modo, diem, imo punctum cõceptionis. Quod eſt, in *Nouilunio* plenam *Lunam* exhibere. In *Neomeniâ*, *Plenilunium* conſtituere.

Quod antiquatur. propè interitum eſt.

PORRO, quæ ſic antiquitatem adquirit, non metuit illud Pauli Apoſtoli, alioqui veriſsimum oraculum: *Quod* antiquatur, *& ſeneſcit, propè interitum eſt*: imò interitum præfert. Rectè enim ſenex quidam olim ſeſ-

Heb. 8. 13.

ſus, cùm ægrè lentéque incederet, interroganti, quid ageret? reſpondiſſe fertur: *paullatim morior*: ſignificans, ſenes, non tam viuere, quàm lentè mori. Quòd tamen huius æui ſenibus vix perſuaderi poteſt. *Alia genera mortis ſpei mixta ſunt*, aiebat ille; *deſinit morbus: incendium extinguitur: ruina, quos videbatur oppreſſura depoſuit: mare, quos hauſerat, eadem vi, qua ſorbebat, eijcit incolumes: gladium miles ab ipſa perituri ceruice reuocauit. Nihil habet, quod ſperet, quē ſenectus ducit ad mortē.*

Seno ep. 10.

NE metuas MARIA. Antiquauit Tibi Deus diem Conceptûs, non ad interitum; ſed ad profectum. Illis antiquatio, & ſenectus propinquum exitium indicit, quibus nouitatem aufert: quia florem iuuentæ deterit. Sic enim vetuſtate quodammodo tabefactæ in nihilum facilè recidunt. Non rebus, perſoniſue, quarum nouitati vetuſtas adiungitur: infantiæ ſenectus copulatur. Senectus ſolitaria eſt via ad interi-

B. Virgini dies Conceptionis antiquata.

teri-

teritum, vt docet Philosophus: non quæ ætatē floridam comitatur. Deniq;, senectus annorum, non morū: senectus ætatis, non sapientiæ: senectus naturæ, non gratiæ. *Arist li. de Senect. & iuu.*

Lunæ, quam conspicimus quotidie, conditio est, vt crescat, & decrescat: atque hæc naturalis eius est periodus. Initio mēsis tecta quadamtenus latet, vbi cōgressum cum sole inijt: tum ad septimum vsq; diē augescens medio orbe secta conspicitur: deinde, paullatim in rotundū circinatur: ac decimoquarto die, cū ex diametro Soli opposita est, recepto quoquoversum splēdore plena fit: inde senescens decremētum init, tandēmq; euanescit. At *Luna-mystica* MARIA initio sui splendidissimo lumine fuit plena, quod nunquam amisit: nec vnquam eius est passa diminutionem: imò auxit immensum quotidianis meritorum incrementis. Itaque, non est quod vereatur interitum. Vtinam

Luna quomodo crescat ac decrescat.

Plin lib. 2. cap. 18.

B. V. lumine plena in conceptu.

nobis esset eadem securitas. Plenitudo *Lunæ*, ipsiúsque perfectio ac consummatio Mariam in Conceptu exprimit. Ab ea autem absunt, quæ obscura sunt, àc fæda.

Qualis initio Luna sit facta.
Aug. lib. 2. de Gen. ad lit. cap. 15.
Iustin. in quæst. orthodox. q. 60.

QVALIS initio *Luna* facta sit, multi loquacissimè inquirunt, inquit D. Augustinus: vtrum ne plena, an non? Quidam dicunt, conditam fuisse in *Nouilunio*. Quia, cùm menses suo cursu definiat, conueniens erat, vt à prima *Luna*, atque adeò à *Nouilunio* primi mensis exordia ducerentur. Quod secus haberet, si *Luna* creata fuisset in plenilunio, cùm is dies non sit ei primus. Alij adfirmant, creatam fuisse Lunam in plenilunio, quod in hoc statu summam obtineat perfectionem, in qua illam produci à Deo conueniebat: sicuti & arbores cum fructibus, & animalia suis omnibus membris viribusq; absoluta. In quod inclinat Beda Venerabilis, ac D. Thomas.

S. Th. 1. p. q. 10. Ar. 1 Beda lib. de rat. tēp.

SIMILIS cōcertatio olim exercuit plu-

plurimos Theologos, cum inquireretur de *Luna-mystica*, in quo statu à Deo sit producta? in quo à parentibus concepta? obscuráne, ac lumine diuinæ gratiæ destituta? an clara, & diuini fulgoris radijs perfusa? Quid sentiendum, dicendumq́ue satis probat fidelium conspiratio. Quibus fauent Pontificiæ Pauli V. & Gregorij xv. sanctiones. A quibus nihil alienum adfirmamus, dum asserimus: *Neomeniam* nostram à *Plenilunio* non fuisse diuersam: seu, in ipso conceptu Mariam sanctitatis splendore fuisse plenam.

BVCCINATE igitur *in* Neomenia *tuba, in insigni die solemnitatis vestræ.* Tubæ clangorem postulat festiuitatis annunciator: quoniam per tibicinem indici solitam *Neomeniam* Philo tradit: nimirum, corneâ tubâ, vt admonet Genebrardus supra templi pinnam, siue tectum, quod παςοφόριον dicebatur.

Neomenia indicitur tuba.

Philo in Decal.

tur. In eadem verò anima tubis perſonabant, ad lætitiam, quam ex *Lunæ-nouæ* aſpectu concipiebant ſignificandam: & primitias temporis cum externa etiam gaudij ſignificatione Deo offerendas. Quod nobis multo magis faciendum hoc inſigni die ſolemnitatis noſtræ, qui *Lunam* ſplendidam, plenamque lumine in Conceptu colimus. Perſtrepent omnia ſpiritualibus tubis corneis, quæ ex mortuo animali conficiebantur; & animalis hominis mortem denotabant: ac perturbationum, adfectuumque turbidorum mortificationem: id eſt, animi tranquilli, diuiniſque contemplationibus dediti adſpirationibus, ac deuoti pectoris ſuſpirijs.

Luna Macula. At totum hoc Virginis Conceptæ Symbolum; & quicquid, eius gratiâ, hactenus diſputauimus, euertere videtur, tot Philoſophorum ſuffragijs ſtabilita *Lunæ Macula*. Si *Luna* maculam habet. Ergo non eſt *Immaculata*.

At

At nos Immaculatam Virginis Conceptionẽ deprædicamus: eamq; extremo conatu defendendam suscepimus. Virginem *Immaculatam* dicimus, ante, in, post partum: immunitatem à maculâ peccati originarij illi propriam asserimus. Quomodo igitur pulchram, vt *Lunam*, adfirmamus, cum *Luna* non sit sine macula? Quæso vos, si sudum sit hac nocte cælum, procedite mecum, vel solitariè in patentem aream: & oculos conijcite in venustissimam illam, quæ supra nos nitet testudinem, syderibus splendidius, quam gemmis inoculatam. Prima, quæ in conspectum se dabit erit Illustrissima Phæbe, sed maculata.

APPAREBIT enim in *Luna* macula quædam, referens formam, siue hominis, vt quidã sibi effingunt: siue, vt Albertus scribit, leonis: caudã versus ortum, caput versus occasum habentis. Verum, non ignoro præclaros quosdã Philosophos existimare, *Qualis forma macula lunaris.*

Apparens non vera macula in Luna.

nihil tale reipsa in *Luna* existere: ac inani specie allucinari aspectum. Quid si istiusmodi dicam esse maculã, quę appareat nonnullis in Virgine conceptâ? Haud peccabo in Dominam: quia cum eius generis maculâ, erit, vt fuit semper, *Immaculata*. Videtur esse quibusdam; non est: apparet; non inhæret: potest esse ludibrium hîc, non aspectus, sed intellectûs. An allucinantur ne qui maculam in Immaculata videre se putant? Fuerunt ne vnquam in sole tenebræ? Haud magis fuisse reor maculam in *Luna-mystica*.

Cur oculis macula lunaris semper apparet, vt vera.

AT occurrunt maculæ Lunaris patroni. Si in visu ac deceptio cõtingeret, emendaretur aliquando hic error, sublatâ interdum occasione. Quantum id valeat in *Luna*, quam oculis cernimus, non disputo. Si de *Luna-mystica* agatur, emendari potuit iam dudum ita opinantium sensus. Imprimis, grauissimorum Theologorum asseueratione, qui

qui Virginem planè *Immaculatam*, à primo Conceptionis punctulo fuisse dixerunt, scripseruntque. Tum admiranda Catholicorum, per orbem vniuersum, conspiratione, quâ eximitur mundissima Puellâ ab omni labe criminis hereditarij. Denique, Pontificum, Pauli, ac Gregorij decretis nouissimè promulgatis: quibus prohibetur omnibus, docere, aut defendere, esse, quam quidam in *Luna-Mystica* suspicati sunt maculam.

Deceptionis causa. Instat Philosophus, vt vocabulo artis vtar, cum *Luna* suæ maculam mordicus tuetur. Explicent, qui illam inesse negant, quæ-nam deceptionis sit causa, vel eam se dicant liberè excogitasse. Causam putatæ in *Luna-Mysticâ* maculæ, multiplicem adferre possem, si hoc ageretur. Princeps illa est, quæ pronunciatis quibusdam vniuersalibus continetur: ex quibus colligunt, omnes omninò homines peccatum cõtraxisse.

Enunciata vniuersalia de peccati transfusione.

Rom.5.12.

In Epiſtola ad Romanos, Paulus de primo parente diſſerens, exertè enunciat, *In quo omnes peccauerunt.* 1. Corinth.xv.22. *In Adam omnes moriuntur.* Ad Epheſ.2.3. *Eramus natura filij iræ, ſicut & ceteri.* 2. ad Corinth.5. 4. *Si vnus pro omnibus mortuus eſt. Ergo omnes mortui ſunt. Et pro omnibus mortuus eſt Chriſtus.* Verùm hæc, atque alia pleraque ad hanc cauſam accumulata nihil efficiunt; ſi dicatur: Deiparam fuiſſe naturâ, aut, eſſe debuiſſe filiam iræ: per gratiam eſſe potuiſſe, ac fuiſſe, ſtatim ab initio, filiam miſericordiæ. Item: præuentam fuiſſe gratiâ; ſicque præſeruatam à maculâ peccati initialis. Præterea: eodem, quo incepit eſſe momento, fuiſſe iuſtitiæ luce perfuſam, tam perfectè, vt nihil obſcuritatis permanſerit. Deinde: nullum eſſe præter Chriſtum, qui ex vi generationis à maculâ fuerit immunis. Rurſum: ne quidem Beatiſſimam Virginem naturâ ſua fuiſſe impeccabi-

Variè exponuntur.

cabilem. Denique, per gratiam in ipsâ creatione infusam, nec aliter, Mariam ab ortu Bellatricem vicisse peccati auctorem, aut instigatorem. Alias rationes, quæ in illam opinionem de maculâ *Lunæ mysticæ* quosdam impulerunt, adducere non attinet, suo loco recensitas, examinatas, refutatas.

Nec tamen idcirco negarim, vt propitios mihi Mathematicos habeam, in *Lunæ*, quam corporeis hisce spectamus oculis, maculam reuerà existere. Siue illa contrahatur ex sordibus vnà cum terræ vapore sublatis; atque *Lunæ*, quod terræ proxima sit, inhærentibus. Quod persuasum sibi habuit Plinius, sequutus Stoicos: & eorum fabulam, qui cælum animal esse crediderunt, terrenoque humori pasci. Nimirum, cælestia corpora (vt Philosophi Conimbricenses scitè regerunt) pastu, ac nutritione indigent. Et est verosimile disciplinis Philoso-

Macula in Luna.

Plin. lib. 2. cap. 9.

ſophicis erudito, aquę terræ-ve halitus vſque ad concauum Lunæ per interiectum ignis elementum peruadere poſſe, quin ab eo confeſtim abſumantur. Rideat Peripateticus. At ſint hæc ita: cur poſtquam Luna occumbens, vultum à paſtu conſpurcatum, oceano abluit, pura, nitidaque, deterſis maculis rurſum non exoritur: vt lepidè quærit Aguilonius.

Siue maculam lunarem dicas imagines montium, vallium, nemorum, atque opaciorum in terris locorum, quæ in globo Lunæ expreſſæ ad nos, quaſi è ſpeculo, reflectantur. Quod quidam opinari potuerunt, non cõſiderantes, cùm terræ tractus non vbique eandem ſui ſpeciem Lunæ offerant, fore, vt Lunæ macula non eadem effigie terrarum videretur. Cuius tamen contrarium obſeruamus. Accedit, quod cùm ſingulis horis, ac momentis, terrę Lunæque reſpectus mutetur, oporteret Lunæ maculas con-

continuò ſitum variare, ac neutiquam conſtantes eſſe. Denique: in confeſſo eſt apud Perſpectiuos, formas rerum obliquè in ſpecula incidentium in aduerſam partem abire. Eorum igitur, quæ in terris ſunt ſimulacra non ad nos redeunt, ſed in cælum prouolant.

Siue denique adfirmes, quod multis probatur, maculam illam non eſſe aliud, quàm Lunæ partes rariores: ac proindè minus lucidas: magis autem lucent denſæ, quam raræ. Siquidem cum opacum inæqualem habens denſitatem à luminoſo illuſtratur, plus luminis eiaculantur, ac reflectunt partes denſiores, quàm minus denſæ; quia hæ lucem ebibunt: Exiſtimant autem recẽtiores Aſtrologi, alterum Lunæ hemiſphærium exquiſitè diaphanum eſſe; alterum verò, quod ſcilicet humani vultus ſpeciem nobis oſtendit, medio-diaphanum tantùm: hoc eſt, quadam opacitate reſperſum, quæ aliquid lumi-

luminis transmittat: potiorem verò partem non solùm in extima superficie, verùm etiam in profunditate retineat. Quod etiam in lacteo cœli circulo fieri arbitrantur.

In Maria, non nisi apparens macula.

Verum, quicquid de his dicatur, hoc fidenter adfirmamus, in *Luna-mystica* apparentem solummodò, nó veram esse originariæ culpæ maculam: cùm in illa partes omnes æquè sint diuina gratiâ densatæ: & cùm in illa nihil sit, quod non perfectissimè cælestis fauoris lumen recipiat, ac eiaculetur. O *Lunam-Nouam*, & in primo sui cōceptu *Immaculatam*! Quam in hac Mariana Neomenia supplices veneramur. *Buccinate* ergo *in* Neomenia *tuba*: *in insigni die solemnitatis vestra.*

Nouiluniū destinatū orationi, ac sacrificiis.

At, ne sit sine mente sanus, & cassa fructu buccinatio, traducamus ad Christianam pietatem, quæ vel Synagogæ tempore ab Hebræis; vel ab alijs per orbem sparsis *Lunæ* admiratoribus vsurpata meminimus. Dies

Noua

Nouæ Lunæ, eſt accommodatus orationi, ſacrificio, hymnorum concentui, conuiuationi. *Cum eſt Noua Luna*, inquit Clemens Alexandrinus, *conuenientes ſacrificant: libantque & conuiuantur, & hymnos canunt*. Conuenimus ad celebrandam *Lunam nouam*. Eia, conuiuemur, & hilariter diem tranſigamus, non in comeſſationibus, & ebrietatibus, ſed ſpiritualibus animarum epulis, quæ ſacramentorum participatione, quã à veſtrum pleriſque factam confido; & virtutum exercitatione variarum, quæ mentis ſunt pabulum, conſiſtunt. Hymnos cantemus, non tam ſonorâ voce, ad aurium lenocinium; quàm ſincero perpurgatoque corde ad animorum refrigerium, Diuæque implorandum patrocinium. Sacrificemus Deo immortali, non tantùm hoſtia ſacrâ, quam manibus contrectamus, quod feciſſe hodierno die Sacerdotes Altiſſimi Marianos, peculiari erga

Cle. lib. 3. ſtro.

erga Patronam suam affectu, iustum est me credere: verùm etiam victimâ inuisibili, quam omnes mactare possunt: estque intellectus ac voluntatis subiectio, Deo, diuinisque legibus facta: seu plena animæ, ac potentiarum illius omnium resignatio. Sic, *Buccinate in* Neomeniâ *tubâ: in insigni die solemnitatis vestra.*

Luna silēs. *Silentia luna.*

HVNC diem, silentij, aut *Luna silentis* videtur vocare Philosophus, qui lib. 4. de generatione animalium cap. 10. *Sunt*, inquit, *Luna circuitus, complementa*, & silentia, & *interpositorum temporum sectiones*. Per *Silentia* intelligi debere *Neomenias*, sunt, qui opinentur. In *Neomenia* suâ siluit Deipara, secretì à Deo sibi commissi, & gratiæ concessæ tenax. Siluerunt Scripturæ, in quibus de Conceptione Deiparæ nulla mentio. Siluerunt Apostoli, è quorum epistolis nullum educitur de immunitate Virginis à culpâ originariâ testimonium. Siluerunt antiquiora Ecclesiæ

Con-

Concilia. Hinc tot de hoc titulo cõtrouersiæ. Sed & silere iubet Pontifex eos, qui minus propitiam de *Immaculata Conceptione* Virginis opinionem olim in vulgus sparserunt impunè. An-non etiam appositè in Neomeniâ suâ silere dici potest *Luna* nostra MARIA, vt audiat, & exaudiat, quæ per hymnos ac preces ab ipsâ postulantur à pijs Sodalibus? *Buccinate* igitur *in* Neomeniâ, *tuba, in insigni die solemnitatis vestræ.* Exaudiet sanè, si & nos sileamus à verbis ociosis, vanis, maledicis. Si sileamus à detractionib. murmurationibus, susurrationibus. Si sileamus à diris, maledictis, execrationibus, quæ à quibusdam, nullo personarum discrimine, fortasse etiam ab iis, in quorum ore, nugæ censentur esse blasphemiæ, profundi dicuntur Est *Neomenia Mariana*, quam inchoamus hodie, &, quæ nunquam hoc vitæ mortalis tempore occidet, dies non maledicendi, detrahendi, murmurandi,

sed

tectionis diuinæ.

sed orandi, psallendi, beneficia petendi, in bonis exultandi, & iubilandi. *Buccinate in* Neomenia *tuba, in insigni die solemnitatis vestræ.*

Initium anni politici à Neomenia Tisri.

A *Neomenia* mensis Tisri, vt Hebræi appellabant, quo festum tubarum celebrabatur, initium sumebat annus ciuilis, ac politicus. Felix anni exordium, quod à Maria concepta ducitur. Non poterit non prosperum habere progressum, & fortunatum exitum, si *Immaculata* Patronæ nitatur pręsidio: & illam velut *Lunam-nouam* die quolibet respiciat. Quod nobis potissimùm faciendum, qui in illius versamur Sodalitio. Ab illâ, tanquam illuminatrice, ac beneuolentissima Matre sumamus dierum, actionum, ac dicendorum initium: nec poterit malè cedere: Mariæ auspicijs magna aggredientem nunquam prosper euentus destituet:

Neomenia in memoriam pro-

EADEM *Neomenia* colebatur à Iudæis in memoriam protectionis pecu-

peculiaris, quâ suos Deus erat contutatus: mirabilium quoq; ab eo patratorum: ac demum acceptor. beneficiorũ. Quare inducitur Deus Psal. LXXX. commemorans beneficia sua, legem datam, liberationem ex Ægypto, protectionem, & prouidentiam admirandam. Nec minus præfigurabat dicta *Neomenia* illuminationem Ecclesiæ, vt arbitratur S. Thomas. A Virginis Mariæ Conceptione noua lux Ecclesiæ: nouæ liberationis spes à teterrima seruitute Cacodæmonis: noua protectio: nouum patrocinium aduenit. In eadem, Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus. *Buccinate* itaque *in* Neomenia *tuba, in insigni die solemnitatis vestræ.*

S. Thom. P. S. Q. 4. 02. Art. 4.

Cum his mirificè conuenit, quod monent Nicolaus Lyranus, ac Cardinalis Toletus, celebrari solitum Nouilunium in gratiarum actioné, pro plurimis à Deo acceptis beneficijs, & ad continuationem eorundem

Finis celebritatis Nouilunij, Lyra Nu. 28. Tol. cap. 7. Ioa. Anno 2. de

in

in posterum impetrandam: cùm sit *Nouilunium* præteriti temporis finis, & initium futuri. Ad eundem finem agi festum Deiparæ conceptæ fas est dicere: cùm in eo, præter memoriam præseruationis, ab iniuria communi originalis culpæ; recolantur antiqua & noua beneficia: eorumque perpetuitas meritò postuletur, cùm Maria sit veluti limes veteris, nouique temporis: ac epitome beneficiorum omnium: necnon pignus certissimum gubernationis ac protectionis diuinæ in humano genere continuandæ.

Cur Nouilunium celebratum. Tolet. l. c.

SED illud haud importunè sciscitantur diuinorum oculorum interpretes, quare concessum fuerit à Deo Iudæis, vt *Neomeniæ* celebritatem, seu *Lunæ-Nouæ* diem colendum susciperent: & non potius in *plenilunio* lætitiæ signa ederent? Respondent autem: ita genti peccatrici ex vna parte indultam fuisse aliquam cum Gentibus affinitatem, quæ *Lunam* venerabanraban-

rabantur, ac idola; ad quæ mirum in modum pronierant Iudæi : ex aliâ parte, voluisse Deum, vt in ipso Lunæ defectu id facerent: ne, si in Plenilunio, quemadmodum Gentilium mos erat, celebritatem instituerent, viderentur non vero Deo, sed *Lunæ* sacrificare, cùm virtus illius maximè viget. Sed aliæ quoque fuerunt rationes festi *Neomeniæ*, quam celebrem esse voluit Iudæorum Legislator, vt primitiæ offerentur Deo, non rerum duntaxat è terrâ nascentium, sed temporis etiam. Est enim *Nouilunium*, vt temporis præteriti clausula; ita aditus noui. Vnde ab Horatio, vt litterati quidam volunt, *Neomeniæ* Hebræorum vocantur *Tricesima Sabbata*: quoniam tricesimo quoque fere die ad finem mensis transacti, & exordium sequentis recurrebant.

Francisc. Ribera lib. 5. de temp. c. 2.

Lib. 1. Car. Saty. 9.

A nobis *Neomenia Mariana* colatur, festiuitas solemnissima Conceptæ Dominæ N. tanquam *Luna-nouæ*:

In Neomenia Primitia offerantur.

uæ: quam, non, vt Deum, Deám-ne reſpicimus; ſed vt Dei Genetricem à Sole Iuſtitiæ lumen ſuum mutuantem. Non tantùm, vt ſummo rerum Moderatori gratias agamus, pro tot ab ipſo per Mariam acceptis beneficijs: nec ſolum vt Lunæ noſtræ fauorem, patrociniúmq; perpetuum obtineamus: ſed vt primitias Deo donorum ſuorum, quæ eſt ipſa VIRGO GLORIOSA, dedicemus: imò, & primitias temporum: cùm Virginem Mariam, *temporum Genitricem, & æuorum ſinum* cum D. Ioanne Geometra ſalutemus.

Neomenia initium mutatæ in melius vitæ.

Denique, ne cauſam *Lunæ-nouæ* colendæ haud poſtremam negligamus, vt placato per preces, & ſacrificia Deo, felix, fauſtumque, non vnius menſis, ſed vitæ in melius mutatæ: quæ per omnes anni menſes, & per totius vitæ annos ducatur, initium accedat. Certè D. Auguſtinus ingenioſè, ac piè animaduertit, *Nouilunij* feſto indicari nouitatem ſpiritus

ritus, & Euangelij: item, finem impositum legi à Christo: denique, idololatriam expulsam. Hoc animi ad meliora deflectentis proposito, *Nouam-Lunam* veneremur, vt in nouitate vitæ ambulare tandem aliquando, post tantum vitæ inaniter transactæ, incipiamus: Cacodæmoni renunciemus: à lege peccati auertamur: legi Christi, eiusq; sanctis consilijs nos accommodemus: peccati virus expellamus: demum, iustè, castè, ac piè viuamus.

Sic & nos speciem quandam *Luna-noua* exhibebimus, sensu Origenis, qui cum illâ comparat, tum Ecclesiam; tum animam quamcumque Soli Iustitiæ appropinquantem, ac maximopere desiderantem, vt vnus spiritus cum eo fiat: & per ipsum innouata, veterem hominem abijciat: nec videri, comprehendi-ue humanis aspectibus optet: sed soli Deo se mâcipet; hominibus placere nequaquam curans. Felix Anima, cui

Quæ Anima sit Luna noua?
Orig. hom. 23. in nu.
Glos. 3 cap. num. 28.

ſic contigit in *Lunam - nouam* tranſformari.

Sed fruſtra hoc ſperas, niſi manum vtramque admoueris, gratiâ præeunte. Nã nõ accidit iſtiuſmodi metamorphoſis abſq; humana cooperatione, & laboris aſſiduitate. Quem non impedit feſtum *Neomeniæ.* Quod oppidò notandum. Siquidem, nec in *Nouilunio* Hebræorum vacabatur ab opere. Ob quam cauſam non collocatur *Neomenia* in catalogo ſacrorum dierum Leuitici XXIII. vt admonet Abulenſis. Quamuis illam ſuperſtitiosè admodum obſeruarent Zelotæ, vt Paulus Apoſtolus nominandam diſtinctè cenſuerit *Neomeniam*, admonens Coloſſenſes, ne inani quorundam ſuperſtitione, & multiplici dierum, ac ciborum obſeruatione, cultuque corrumpi ſe, aut inquinari paterentur. *Nemo*, inquit, *vos ſeducat. Nemo iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei feſti: aut* Neomeniæ, *aut ſabbatorum.*

Abul. in cap. 28, nu. q. 18.

Coloſ. 2. 16

Qua

Quaſi dicat: Nemo vos damnet propter cibum, vel potum: nominatim verò propter dies feſtos, ſiue illi ſint *Nouilunia*, ſiue Sabbata, ac dies quietis.

Non eſt *Nouilunium Marianum*, quod nobis toto vitæ tempore colendum indiximus, dies ocij: non deſidiæ: imò, nec quietis: ſed in eo eſt ſtrenuè laborandum, vt, quicquid in nobis eſt antiqui hominis, quicquid vetuſtatis damnatæ, quicquid vitioſitatis inolitæ euellamus, & in nouos homines transformemur. Non reprehendit in nobis laborem *Noua* noſtra *Luna*; ſed ocium: non curam; ſed ſocordiam: non ſollicitudinem, ſed incogitantiam. Optat nobis acceſſionem diuinæ gratiæ; incrementa virtutum: bonorum ſpiritualium affluentiam. Hæc à Diuâ noſtrâ expectemus. Nam à *Luna noua* omnia excreſcunt, & augentur, ex ruſticationis regulis. Quod vos, vt obtineatis, *Buccinate in Neomenia*

Neomenia Mariana ad laborandū accēdit.

D 3 *tubâ*,

tuba, linguæ, manus, cordiſque, in Dei Deiparæque ſincerum conſpirantium cultum: *in inſigni die ſolemnitatis veſtræ.* At, Tu, quod ante aram Miſericordiæ proſtrati ſupplices precamur,

Cœli gloria Noctiluca LVNA:
Verè gloria Syderum MARIA:
Eia perpetuos tui fauoris
Affulge radios SODALITATI.
O *ſemper* NOVA-LVNA! *Plena ſemper*
LVNA! *ſed maculis ſine, atque næuo.*
Verè gloria Syderum MARIA!

ORA-

ORATIO SECVNDA.

MARIA
In Purificatione
LVNA
Quasi
ECLIPSATA.


LVNA *deliquijs laborat, & Sol:*
Et suam patiuntur Astra noctem.
Eclipsim-ne etiam subit MARIA,
Pulchra vt Luna,*decora Solis instar,*
Stellarum decus, & poli corona?
Non illam scelerum graues tenebræ
Offuscant, nebulæ-ue criminosæ
Praui fomitis, & cupiditatum.
Sed en! LVNA *Deum ante non coruscat:*
Sed fusco tenebrescit atra vultu.
Ipsa MYSTICA-LVNA, *Virgo Mater*
Pallet ad radios Dei, velutq;
ECLIPSATA, *suos recondit ignes.*
Quid ni par patiare stirps Adami,

Vm-

Vmbrarum soboles, amorq́ue noctis?
LVNA, ô terq́ue quaterq́ue pulchra LVNA
ECLIPSATA, *tua sed absq́ue culpâ,*
Ne tuos radios, tuumq́ue lumen
Nostris subtrahe mentibus MARIA.

Ecce LVNA *etiam non splendet: & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius.*
Iob xxv. 5.

Eclipsis quid?


ST affectio quorundam planetarum Eclipsis. Quæ vox Græcanica, sed Latinis Astrologis vsitatissima, defectum significat. Hinc Rhetores, figuram illam, qua in oratione quidpiam reticemus, quod ad eius absolutionem est necessariũ, *Eclipsim* vocãt: Latinè, defectionem dicere possent. Apud Mathematicos nominatissima est Eclipsis Solis & Lunæ: quomodo defectum luminis, siue verum, siue apparentem illorum, inter sidera, principum, appellant. Frequenter etiã auditur in scholis Philoso-

losophicis, Lunæ obscuratio, & deliquium: quod non est aliud, quàm luminis à sole mutuati priuatio.

Cui similis quædam an in *Luna mystica* reperiatur, hoc potissimùm die excutiendum duxi. Cùm in eo, *Purificationis vocabulum*: *Purgationis Mariæ* descriptio Euangelica: ritus purgantium fœminarum: lex diuina per Mosen promulgata, de immunditia mulierum parientium: *Mulier, si suscepto semine pepererit masculũ, immũda erit septem diebus. Et die octauo circũcidetur infantulus. Ipsa vero triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Omne sanctum non tanget, nec ingredietur in sanctuariũ, donec impleantur dies purificationis suæ*: Oratio Sacerdotis ad mundationem instituta: Sacrificiũ turturis pro peccato: deniq; non tã antiquorum quorundã pietate, ac doctrina celeberrimorũ Patrũ, quam recentium, licet Catholicorũ Doctorum, de hac ipsa re loquutiones, vel ambiguę: vel minus beneuo-

An in Luna mystica eclipsis.

Luc. 11.

Luc. 2.

Leuit. 12.

læ: vel parum honorificæ Dei-Pare-ti: vel obscurę, nescio, quid deficientis luminis, in ea, quæ *pulchra* fuit, vt *Luna* videantur vel agnoscere, vel insinuare. Ac proinde MARIAM Eclipsim quoque esse passam. Quod Lunæ est proprium. Id quatenus sit admittendum, ne aut veritati detrahatur quidpiam; aut Immaculatæ Virginis puritati inuratur macula, paullò accuratius examinare est animus.

Eclipsis latè sumpta. Et quidem, si per Eclipsim Lunæ intelligamus, quemlibet luminis in lunari corpore defectum: siue offuscationem, per alterius rei interpositionem, vel interuentum factam: non est alienum à pietate, quâ Patronam nostram prosequimur, asserere, MARIAM, *Pulchram vt Lunam*, communem illam Eclipsis affectionem nonnunquam subijsse: aut, vt vulgò loquimur, fuisse eclipsatam. Quod vt omnes percipiant, præmitto: verissimum esse, quod do-

cent

cent Perſpectiui, & quotidianis experimentis ſatis conſtat.

Lumen *minus à maiore obſcurari.* Ex hac cauſsâ, in magnis ſolis defectibus, vt inquit Galenus, ſtellæ, quæ die claro à nobis non videntur, maximo Solis lumine, minimum, aut mediocre ſtellarum offuſcante, apparent. Quod ſuis temporibus accidiſſe Thucydides memorat. Refertq; Chriſtophorus Clauius, commentario in Sphæram Ioannis de Sacro-boſco, Conimbricæ in Luſitaniâ, anno partæ ſalutis 1559. ſe vidiſſe, cum circa meridiem Sol, multo tempore, poſt Lunæ opacitatem deliteſceret, ſtellas in cælo clariſſimè fulgentes. Nimirum, tantæ erant tenebræ per illam Eclipſim, vt vbi quis pedem figeret, non videret; auéſque ex aëre in terram deciderent, præ horrore tam tetræ obſcuritatis.

Lumen maius offuſcat minus.

Gal. li. 10. de vſu part.

Clau. in Sphær. c. 4

Antiquius est quod narrat Nicephorus, Alarici tempore, cum ab illo Roma eſſet capta, tantum Solis fu-

isse deliquium, vt stellę etiam medio die refulserint. Quod cōtigisse quoque anno 1535. 4. Non. August. Lun. 27. hora diei septimâ scribit Dodechinus. Non videtur lucere medio die stellæ, nisi solis lumen auferatur, q̄a lumē minus offuscatur à maiore.

Ob eandem causam profundo in puteo, interdiu notari, ac cōspici posse stellas, q̄ ibi solis lux, quæ minorū siderū lucē obumbrat, deficiat, asserūt eius rei exploratores. Idemq; habet Galen. lib. x. de partiū vsu, addēs: p̄sertim quādo sol nō est in meridie.

F. Aguiloni li. 5. opt. Prop. 19.

Ratio aūt istius enunciāti hęc datur ab Opticis: Quoniam excellentius lumen non modò eā araneæ tunicæ, seu sentientis organi partem illustrat, quę radijs à luminoso corpore in centrū visus destinatis attingitur: verùm etiā vniuersam araneam perfūdit. Quo fit, vt ceteræ eius partes maiore lumine præoccupatæ minus lumen externum non videant. Quod & ictericis vsu venire solet. Hi siqui-

ſiquidem flauos colores externos non dignoſcunt, flaua bile illorum oculos occupante. Ac vniuersè, cùm oculus inſigni aliquo colore imbutus eſt, obſcuriores colores, qui foris ſunt non dignoſcit.

NEQVE id in viſu tantùm locum habet: ſed commune eſt omnibus ſenſibus. Ingens aliquis ſonus, qualis eſt tympanorum, aut campanarum, humanam vocem, quippe magis exilem, abſorbet. Cōpoſitorum mixtilia ex odore, aut ſapore diſtingui nequeunt, vno præ ceteris eminente. Membrum vnum dolore maximo laceſſente, minor dolor partis alternis vix percipitur. Denique generatim minus à maiore obruitur. Cauſſa cur id contingat in ſenſibus, hæc adſignatur: Quia excellentiore ſenſibili organum externi ſenſus complēte; internus, qui communis dicitur, in illius tantummodò dignotionem incūbit: ſic, vt præter hoc ſolū, à quo auelli nulla vi poteſt, nihil aliud percipere valeat.

 Si-

Simile quid animaduertimus in rebus ad intellectũ, ac voluntatem ſpectantibus. Nam in ijs etiam, quæ excellentiâ reliquas ſuperat, totam potentiam rapit, & occupat: nec alijs immorari ſinit. In moralibus, quæ æſtimatione humana attolluntur, aut deprimuntur idem euenit. Minus à maiore obſcuratur. In militia, centurionum, ac tribunorum ſplendor nõ apparet, cùm Imperator eſt præſens. In republica ſenatorum amplitudo contrahitur ad Conſulum conſpectum. In Eccleſia Præſidum aliorum fulgor offuſcatur Epiſcopali iubare. Non ignorant, qui Romæ fuerunt, quantoperè violam purpura inumbret: purpuræ autem nitor, quo obſcuritatis velo ad rutilantis tiaræ aurum obuoluatur. Nonne feſta minora obtenebrantur, ſi ſic loqui licet, per concurrentiam maiorum, vt rituales libri noſtri habent? Imò penitus extinguitur illorum lumẽ, ſi primæ claſſis feſtum occurrat.

Hoc

Hoc pacto Dominã nostram, pulchram vt Lunam, non tantùm, cùm hic in terris nobiscum ageret, eclipsim esse passam: sed etiam-num eclipsari, dicere non vereor, si cum luminis indeficientis fonte; qui DEVS est, comparetur. Maximum enim ac incomprehensibile Diuinitatis lumen, quia increatum, eoq; omni ex parte infinitũ; creatũ quodlibet. quippè limitatũ, ac defectibile, quoniam ex nihili abysso emergens, quale fuit MARIÆ, offuscat. Obscuratur itaque *Mystica Luna* ad conspectum æterni Solis: quod est, deliquium pati, & luminis defectu, non quod habere deberet; sed, quo Sol abundat, laborare.

Quomodo B.V. eclipsetur.

Comparata Deo.

INDICAT hanc Eclipsim diuinus Sermo; tũ alibi, tũ clarissimè in Iobi Historia; In qua disputans Eliphaz Themanites hanc profert sententiã; quã nullibi falsitatis obelo dispunctã reperio: *Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis.* Per sanctos, siue intelligas,

Iob 15. v. 15

gas,

gas Deo caros Patriarchas, Abrahamũ, Mosen, Dauidẽ, vt Græci Interpretes; siue Angelos, vt Latini: siue vniuersim quoslibet sanctitate prędictos, ne excipiatur Deipara; certũ est, neminem reperiri, seu hominum, seu Angelorum, tam inconcussæ, constantisque naturæ, ac sanctimoniæ, vt mutari non possit. Quod Dei propriũ est. Itaq; oẽs huius comparatione, firmitatis innatæ, ac nõ flexibilis robore destituuntur. q; est eclipsari.

Cæli Angeli. ATTENDE id, quod subditur. *Et cœli non sunt mundi in conspectu eius.* Cęlorum nomine, cum Chaldæo, D. Augustinus intelligit Angelos, quia propter spiritualitatem, incorruptibilitatem, ordinem, subordinationẽ, lucem, gubernationem corporum similes sunt cælis. Vel per synecdochem; quia sunt in cælo. Vel per metonymiam; quia Angeli moderantur, ac mouent cælos, vt ingeniosè exponit Pineda. Addit S. Augustinus, posse intelligi Sanctos, in quibus, tanquam

quam in cælis habitare dicitur Deus. Et sanè Doctores antiqui, aliquando per *cælum* Beatos intelligunt, vt D. Ambrosius: *a* interdum Cælos dicunt Angelos, *b* vt Origines, præter Ambrosium: *c* nonnunquam vniuersaliter, Sanctos aut animam fidelem, vt Origenes, *d* Augustinus, *e* Ambrosius, *f* Gregorius, *g* Bernardus: *h* frequenter Apostolos, quomodo passim exponunt illud Psalm. 18. *Cæli enarrant gloriã Dei*. Quicquid dixeris: *Cæli non sunt mundi in conspectu eius*. Tanta est mundities, puritas, sinceritas supremi Numinis, vt quicquid est in natura intellectuali siue humana, siue Angelica, mundissimum, ac purissimum, illius respectu, immundũ, impurúmq; censeri possit.

a *In Psalmum Beati quorum. v.* 1.
b *Hom.* 1. *in Gen.*
c *Lib.* 2 *Hexam.*
d *Tract* 30 *in Matth.*
e *de serm. Dom. in mon.* 2.
f *Lib. de Abrah.*
g *Hom.* 14 *in Ezech.*
h *Serm* 27. *in Cant.*

Verùm, non est dissimulandum, plerosq; Iobi enarratores, tam Græcos, quam Latinos, simplicissimè, sententiam illam de corporibus cælestibus accipere, quæ videntur esse maximè limpida, pura, lucida: adeò, vt

Mortalium conditio, quamuis sanctissimorũ, est misera, vilis, abiecta, inconstans: maximè, si cum Deo instituatur comparatio. Certè, ad lumen diuini oculi omnia contuentis, nemo omninò est, aut potius, apparet mundus, purus lucidus. Nemo ex hominum genere *comparatus Deo*, seu, *præ Deo*: aut, vt LXX. reddunt, *coram Deo*, videtur splendere. Nam maximum illud lumen absorbet quodlibet inferioris ordinis.

Quod confirmat argutus ille disputator, argumento ducto à maiori; admista etiam similitudine, sumpta ex LVNA ac Stellis. Sed non eodem modò omnes hoc capiunt, & exponunt. *Primò* enim, vt monet Ioannes Pineda, quidam exemplum de *Luna* ac stellis sub hac similitudine, ac dissimilitudine accipiunt. LVNA in cælis suum fert deliquium: & stellarum splendor aliquantisper à nubium caligine intercidilur: cùm tamen in hoc nemo Deum incuset, quasi

Isidorus.

quasi indignè cum illis agat. Quid igitur malè audit Deus, si hominem iustum al quantulo tempore affligat, mox denuo refocillandum? Nihil ergo mirum, quod præclarum virum tantisper obscurari permittat, & inuolui ærumnarum tenebris, mox disijciendis, ac illuminandis.

Secundò: nonnulli de Lunæ defectu interpretantur; ad quam interdum Sol non pertingit suis radijs ac lumine. Tum de immunditiâ id est, obscuritate, & offuscatione stellarum: quæ in conspectu Solis, id est, orto iam Sole, non comparent. Quãto magis homo obscurus, & impurus erit coram Deo? *Astunica. Hebraizantes.*

Tertiò: multi nõ de Lunæ deliquio, aut defectu, vt Hebræi existimant, sed potius de illius candore, luce, ac pulchritudine sententiam illam exponunt. Vt pote, quæ in sui auctoris conspectu minimè candida, lucidáne censeri debet. Sicut neque pulcherrimæ stellæ ad sui Creatoris lu- *Luna splẽdor coram Deo tenebra.*

cem

læ: vel parum honorificæ Dei-Parẽti: vel obſcurę, neſcio, quid deficientis luminis, in ea, quæ *pulchra* fuit, vt *Luna* videantur vel agnoſcere, vel inſinuare. Ac proinde MARIAM Eclipſim quoque eſſe paſſam. Quod Lunæ eſt proprium. Id quatenus ſit admittendum, ne aut veritati detrahatur quidpiam; aut Immaculatæ Virginis puritati inuratur macula, paullò accuratius examinare eſt animus.

Eclipſis latè ſumpta. Et quidem, ſi per Eclipſim Lunæ intelligamus, quemlibet luminis in lunari corpore defectum: ſiue offuſcationem, per alterius rei interpoſitionem, vel interuentum factam: non eſt alienum à pietate, quâ Patronam noſtram proſequimur, aſſerere, MARIAM, *Pulchram* vt *Lunam*, communem illam Eclipſis affectionem nonnunquam ſubijſſe: aut, vt vulgò loquimur, fuiſſe eclipſatam. Quod vt omnes percipiant, præmitto: veriſſimum eſſe, quod docent

cent Perſpectiui, & quotidianis experimentis ſatis conſtat.

Lumen *minus à maiore obſcurari.* Ex hac cauſsâ, in magnis ſolis defectibus, vt inquit Galenus, ſtellæ, quæ die claro à nobis non videntur, maximo Solis lumine, minimum, aut mediocre ſtellarum offuſcante, apparent. Quod ſuis temporibus accidiſſe Thucydides memorat. Refertq; Chriſtophorus Clauius, commentario in Sphæram Ioannis de Sacro-boſco, Conimbricæ in Luſitaniâ, anno partæ ſalutis 1559. ſe vidiſſe, cum circa meridiem Sol, multo tempore, poſt Lunæ opacitatem deliteſceret, ſtellas in cælo clariſſimè fulgentes. Nimirum, tantæ erant tenebræ per illam Eclipſim, vt vbi quis pedem figeret, non videret; auéſque ex aëre in terram deciderent, præ horrore tam tetræ obſcuritatis.

Lumen maius offuſcat minus.

Gal. li. 10. de vſu part.

Clau. in Sphær. c. 4

Antiquius e[illegible] quod narrat Nicephorus, Alarici tempore, cum ab illo Roma eſſet capta, tantum Solis fu-

isse deliquium, vt stellę etiam medio die refulserint. Quod cōtigisse quoque anno 1535. 4. Non. August. Lun. 27. hora diei septimâ scribit Dodechinus. Non videtur lucere medio die stellæ, nisi solis lumen auferatur, qa lumē minus offuscatur à maiore.

Ob eandem causam profundo in puteo, interdiu notari, ac cōspici posse stellas, q̃ ibi solis lux, quæ minorū siderū lucē obumbrat, deficiat, asserūt eius rei exploratores. Idemq; habet Galen. lib. x. de partiū vsu, addēs: pſertim quādo sol nō est in meridie.

F. Aguilonii li. 5. opt. Prop. 19. Ratio aūt istius enunciati hęc datur ab Opticis: Quoniam excellentius lumen non modò eā araneæ tunicæ, seu sentientis organi partem illustrat, quę radijs à luminoso corpore in centrū visus destinatis attingitur: verùm etiā vniuersam araneam perfūdit. Quo fit, vt ceteræ eius partes maiore lumine præoccupatæ minus lumen externum non videant. Quod & ictericis vsu venire solet. Hi siqui-

ſiquidem flauos colores externos non dignoſcunt, flaua bile illorum oculos occupante. Ac vniuersè, cùm oculus inſigni aliquo colore imbutus eſt, obſcuriores colores, qui foris ſunt non dignoſcit.

NEQVE id in viſu tantùm locum habet: ſed commune eſt omnibus ſenſibus. Ingens aliquis ſonus, qualis eſt tympanorum, aut campanarum, humanam vocem, quippe magis exilem, abſorbet. Cōpoſitorum mixtilia ex odore, aut ſapore diſtingui nequeunt, vno præ ceteris eminente. Membrum vnum dolore maximo lacceſſente, minor dolor partis alternis vix percipitur. Denique generatim minus à maiore obruitur. Cauſſa cur id contingat in ſenſibus, hæc adſignatur: Quia excellentiore ſenſibili organum externi ſenſus complēte; internus, qui communis dicitur, in illius tantummodò dignotionem incūbit: ſic, vt præter hoc ſolū, à quo auelli nullâ vi poteſt, nihil aliud percipere valeat.

Simile quid animaduertimus in rebus ad intellectũ, ac voluntatem spectantibus. Nam in ijs etiam, quæ excellentiâ reliquas superat, totam potentiam rapit, & occupat: nec alijs immorari sinit. In moralibus, quæ æstimatione humana attolluntur, aut deprimuntur idem euenit. Minus à maiore obscuratur. In militia, centurionum, ac tribunorum splendor nõ apparet, cùm Imperator est præsens. In republica senatorum amplitudo contrahitur ad Consulum conspectum. In Ecclesia Præsidum aliorum fulgor offuscatur Episcopali iubare. Non ignorant, qui Romæ fuerunt, quantoperè violam purpura inumbret: purpuræ autem nitor, quo obscuritatis velo ad rutilantis tiaræ aurum obuoluatur. Nonne festa minora obtenebrantur, si sic loqui licet, per concurrentiam maiorum, vt rituales libri nostri habent? Imò penitus extinguitur illorum lumẽ, si primæ classis festum occurrat.

Hoc

Hoc pactoDominā nostram, pulchram vt Lunam, non tantùm, cùm hic in terris nobiscum ageret, eclipsim esse passam: sed etiam-num eclipsari, dicere non vereor, si cum luminis indeficientis fonte, qui DEVS est, comparetur. Maximum enim ac incomprehensibile Diuinitatis lumen, quia increatum, eoq; omni ex parte infinitū, creatū quodlibet, quippè limitatū, ac defectibile, quoniam ex nihili abysso emergens, quale fuit MARIÆ, offuscat. Obscuratur itaque *Mystica Luna* ad conspectum æterni Solis: quod est, deliquium pati, & luminis defectu, non quod habere deberet; sed, quo Sol abundat, laborare. *Quomodo B.V. eclipsetur.* *Comparata Deo.*

INDICAT hanc Eclipsim diuinus Sermo; tū alibi, tū clarissimè in Iobi Historia; In qua disputans Eliphaz Themanites hanc profert sententiā; quā nullibi falsitatis obelo dispunctā reperio: *Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis.* Per sanctos, siue intelli- *Iob 15. v. 15*

gas,

gas Deo caros Patriarchas, Abrahamũ, Mosen, Dauidẽ, vt Græci Interpretes; siue Angelos, vt Latini: siue vniuersim quoslibet sanctitate prędiros, ne excipiatur Deipara; certũ est, neminem reperiri, seu hominum, seu Angelorum, tam inconcussæ, constantisque naturæ, ac sanctimoniæ, vt mutari non possit. Quod Dei propriũ est. Itaq; oẽs huius comparatione, firmitatis innatæ, ac nõ flexibilis robore destituuntur. quod est eclipsari.

Cæli Angeli. ATTENDE id, quod subditur. *Et cæli non sunt mundi in conspectu eius.* Cęlorum nomine, cum Chaldæo, D. Augustinus intelligit Angelos, quia propter spiritualitatem, incorruptibilitatem, ordinem, subordinationẽ, lucem, gubernationem corporum similes sunt cælis. Vel per synecdochem; quia sunt in cælo. Vel per metonymiam; quia Angeli moderantur, ac mouent cælos, vt ingeniosè exponit Pineda. Addit S. Augustinus, posse intelligi Sanctos, in quibus, tanquam

quam in cælis habitare dicitur Deus. Et sanè Doctores antiqui, aliquando per *cælum* Beatos intelligunt, vt D. Ambrosius: *a* interdum Cælos dicunt Angelos, *b* vt Origines, præter Ambrosium: *c* nonnunquam vniuersaliter, Sanctos aut animam fidelem, vt Origenes, *d* Augustinus, *e* Ambrosius, *f* Gregorius, *g* Bernardus: *h* frequenter Apostolos, quomodo passim exponunt illud Psalm. 18. *Cæli enarrant gloriā Dei*. Quicquid dixeris: *Cæli non sunt mundi in conspectu eius*. Tanta est mundities, puritas, sinceritas supremi Numinis, vt quicquid est in natura intellectuali siue humana, siue Angelica, mundissimum, ac purissimum, illius respectu, immundū, impurúmq; cēseri possit.

a *In Psalmum Beati quorum. v. 1.*
b *Hom. 1. in Gen.*
c *Lib. 2 Hexam.*
d *Tract 30 in Matth.*
e *de sermo Dom. in mon. 2.*
f *Lib. de Abrah.*
g *Hom. 14. in Ezech.*
h *Serm 27. in Cant. 8.*

Verùm, non est dissimulandum, plerosq; Iobi enarratores, tam Græcos, quam Latinos, simplicissimè, sententiam illam de corporibus cælestibus accipere, quæ videntur esse maximè limpida, pura, lucida: adeò, vt

vt cælorum vocabulo significetur, quicquid lucidum, purum, mundũ, in creaturis inueniri poteſt ; hoc autem, quicquid tandem, & vbicumque reperiatur, aſſerit ſapienter Eliphaz, ad diuinæ Majeſtatis claritatem, munditiam, ſplendorem obtenebreſcere, ac offuſcari. Quod quid eſt aliud, quàm Eclipſim pati? Et quidem, quod Latinus Interpres vertit, *non ſunt mundi*, ex originali ad lumen, ac ſplendorem refertur: & eſt idem, quod, non ſunt *lucidi*: vt intelligatur, quod lucidiſſimum, pulcherrimũ, ac ſplendidiſsimum in ſe eſt, aut videtur, cuiuſmodi ſunt Cæli, Sol, Luna, ſi ſolitariè ſpectentur: cum Deo collatum, obſcurũ, deforme, minúſq; purum apparere.

Cælum B.V. AT cur non per *Cælũ* intelligimus ſignatè *Myſticum*, quod eſt MARIA? quæ non vnius retulit ſimilitudinẽ: ſed omnium ad inſtar obtinuit cælorum, atque illorum ordinẽ expreſsit. Quod perſuaſum fuit Guarrico Abbati,

bati, qui intra virginei vteri angustias octo cælestes sphæras ingeniosè distinguit, ac disponit. De his etiam cælis verissimum est : *Cæli non sunt mundi*, id est, lucidi, *in conspectu eius*. Non quod Deus in ijs lumen non conspiciat, quo nunquam caruerunt. Sed, quod ad diuini luminis immensitatem, claritas illorũ, quamuis in se maxima, obscuretur: Quemadmodũ ad maioris luminis præsentiã, minus, si nõ extinguitur, certè offuscatur.

Quo argumento vtitur quoq; Baldad Suhites, disputans cũ Iobo, eiq; Dei Majestatẽ, Potentiã, ac Iustitiã identidẽ ingerens, ne se cum illo cõponat, & innocentiã suã nimiũ æstimet, aut deprædicet. Quid enim? *Numquid*, inquit, *iustificari potest homo* Iob 25.4.5. *cõparatus* DEO: *aut apparere mundus nat⁹ de muliere*: *Ecce* LVNA *etiã non splendet. Et Stellæ nõ sunt mundæ in conspectu eius. Quanto magis homo, putredo: & filius hominis, vermis?* Sensus est:

Mor-

Mortalium conditio, quamuis sanctissimorũ, est misera, vilis, abiecta, inconstans: maximè, si cum Deo instituatur comparatio. Certè, ad lumen diuini oculi omnia contuentis, nemo omninò est, aut potius, appareret mundus, purus lucidus. Nemo ex hominum genere *comparatus Deo*, seu, *præ Deo*: aut, vt LXX. reddunt, *coram Deo*, videtur splendere. Nam maximum illud lumen absorbet quodlibet inferioris ordinis.

Quod confirmat argutus ille disputator, argumento ducto à maiori, admista etiam similitudine, sumpta ex LVNA ac Stellis. Sed non eodem modò omnes hoc capiunt, & exponunt. *Isidorus.* *Primò* enim, vt monet Ioannes Pineda, quidam exemplum de *Luna* ac stellis sub hac similitudine, ac dissimilitudine accipiunt. LVNA in cælis suum fert deliquium: & stellarum splendor aliquantisper à nubium caligine intercidltur: cùm tamen in hoc nemo Deum incuset, quasi

quaſi indignè cum illis agat. Quid igitur malè audit Deus, ſi hominem iuſtum al.quantulo tempore affligat, mox denuo refocillandum? Nihil ergo mirum, quod præclarum virum tantiſper obſcurari permittat, & inuolui ærumnarum tenebris, mox diſijciendis, ac illuminandis.

Secundò: nonnulli de Lunæ defectu interpretantur; ad quam interdum Sol non pertingit ſuis radijs ac lumine. Tum de immunditiâ id eſt, obſcuritate, & offuſcatione ſtellarum: quæ in conſpectu Solis, id eſt, orto iam Sole, non comparent. Quãto magis homo obſcurus, & impurus erit coram Deo? *Aſtunica. Hebraizantes.*

Tertiò: multi nõ de Lunæ deliquio, aut defectu, vt Hebræi exiſtimant, ſed potius de illius candore, luce, ac pulchritudine ſententiam illam exponunt. Vt pote, quæ in ſui auctoris conſpectu minimè candida, lucidáne cenſeri debet. Sicut neque pulcherrimæ ſtellæ ad ſui Creatoris lu- *Luna ſplẽdor coram Deo tenebræ.*

cem diuinam comparatæ. Cælestia igitur, cùm in Dei conspectu multo verius, quàm coram Sole, reliqua lumina offuscentur, quanto magis terrenus, & vermiculans homuncio? Profectò, si nihil, quod effectum à Deo sit, coram suo Auctore puritatem suam gloriosè ostentare potest, quanto minus homo, cuius pater est putredo, sorores sunt vermes? Quẽ sensum Pineda dicit esse lenem, beneq; cohærentẽ; & institutũ nostrũ mirificè confirmat. Nimirum: corã diuina luce obscura sunt alia omnia.

Ecce Luna *etiam non splendet.* LXX. Interpretes legunt, *Luna præcipit, & non lucet.* Quod ad potentiam Dei ostendendam deriuat Nicetas. Quasi dictum sit: Qui Lunæ potest suum innatum lumẽ adimere. Commodius ad sanctitatis diuinæ fulgorem, & munditiem referes: vt, *Non splendet*, idem sit, quod, censenda est nõ splẽdere: aut, Censet Deus: & ita res se habet: nullam esse suarũ

crea-

creaturarum, licet cæleſtiũ, pulchritudinẽ, præ ſuâ diuinâ luce. Clariſſimè Franciſcus Vatablus: Ne LVNA quidem lucida eſt cum Deo collata.

FORTASSE ſermo eſt de LVNA-MYSTICA, vt ſuſpicatur inſignis Apocalypſeos illuſtratos, Ludouicus Alcaſarius. Quæ quidem deſignat, tum Virginem Mariam, tum Chriſti Domini Humanitatem. Stellæ autem myſticæ, viros ſanctiſsimos; imprimuſque Apoſtolos. Siquidem omnis creata lux, ſiue illa gratiam, & ſanctitatem, ſiue ſapientiam, ſiue alias quaslibet corporis, aut animæ dotes denotet: quamuis Chriſti etiã Humanitas. & Deiparæ decor omnis comprehendatur, verè dicitur in cõſpectu Dei nõ ſplendeſcere. Quo intellectu energiã habet ea ſententia, quæ alioqui, vt inquit ille, languet, ſi de *Luna* corporea accipiatur. Nam nec Sol vnus, nec mille Soles poſſunt cum luce Diuinitatis conferri, multo minus

Luna myſtica.
Humanitas Chriſti
Deipara.
Alcazar Apoc. 12. verſ. 1. Not. 5.

minus *Luna*. Exiſtimat Auctor antea laudatus., myſterio haud carere, quod de *Luna* dicatur, *non ſplendet*: deinde cum de Stellis eſt ſermo, ſubiungatur: *non ſunt munda*. Quoniam *Luna-myſtica* ab omni non ſcelerum tantùm, ſed leuiſsimi quoque delicti contagione fuit immunis: Cuius cõtrarium accidit, in Stellis myſticis. Siquidem Chriſto Ieſu, ac ipſius Sanctiſsimâ Matre exceptis, *omnes peccauerunt, & egent gloria Dei*.

Qualis Eclipſis Lunæ myſticæ.

Ex his manifeſtum eſſe reor, quod initio adfirmabam, ſuam pati Eclipſim MARIAM, *Lunam-myſticam*. Quid mirum, cùm eandem ſubeat Chriſti Humanitas? A quâ, ſicut etiã à Maria, eclipſantur reliqua ſidera. Nam quod dixit S. Hieronymus, Virginem Deiparam veteris æui matronarum, Saræ, Debboræ, Iaëlis, Eſtheris, Iudithæ, & aliarum, eius ſortis igniculos, vti clariſsimum lumen, abſcondiſſe, ad virorum etiam ordinem ſanctiſsimorum eſt deriuandum.

ATQVE hoc est proprium, & maximè solidum in *Mariâ* fundamentum humilitatis. Quæ cùm definiatur esse *virtus, quâ homo verissima sui agnitione sibi ipsi vilescit*, dubitare posset quispiam, vtrum ea in Dei Matre esse potuerit? Quomodo enim sibi vilescat, quæ in se omnia, quæ in diuersis æstimantur summoperè, decora conspicit? Quæ nullam in se maculam videt? Quæ nullius impuritatis admissæ est rea? Quæ ab omni criminis etiam suspicione est libera? Quæ ab omni pænæ ac supplicij reatu est alienissima? In quâ nihil est impurum, sordidum, piaculare? In quâ nihil non candidum, elegans, lucidum? Sciebat hæc Maria, & in se conspiciebat. Nihilominus, & vilitatem suam agnoscebat, sibique humillima Virginum vilescebat. Nam illud frequenter meditabatur: *Ecce* LVNA *etiam non splendet. Et Stellæ non sunt mundæ in conspectu eius.*

Fundamentum humilitatis in Mariâ.

S. *Bernar. tract. de gradib. humilit.*

Quamuis enim, instar LVNÆ speciosissimæ, pulcherrimorumque syderum lumen habeam, habuerímque ab ortûs mei initio: quo in Ecclesiæ cælo fulgeo, ac longè, latéque splendoris clarissimi radios emitto: tamen, si mecum Creatoris diuinâ luce, tanquam cum verissimo Sole, confero, lutea cùm sim, vt ceteri hominum, ex eadem argillâ, eiusdem figuli opera formata, & è nihili fossâ extracta, non secùs, quàm coram Sole minores stellæ, fusca nigráque videbor. Nonne DEVS, totius bonitatis, ac luminis fons, innatam, infusámque *Lunæ* lucem adimere, illiusq; per omnia vagantes radios potest cohibere? Nonne idem, claritatis totius in creaturâ auctor, quę syderibus splendorem impertitur, denegare, cùm placuerit, valet? Si corã Deo cælestia illa corpora, quæ, peculiari quadam ratione, diuinam lucem repræsentant, & corruptionis omnis

exper-

expertia, præ Dei tamen puritate, ac luce ſplendidiſsimâ, impura cenſentur, ac ſunt: quanto magis ego, licet diuino munere, *Pulchra vt Luna*, homuncio tamen; ideoque longiſſimè à naturâ ſtellarum, æternorumque corporum, materiæ vilitate ſecreta: ac non multum à vermibus, & putredine diſtans, ſupremi Numinis comparatione obfuſcatam me fateri debeo, magis quàm *Lunam*, cùm *Eclipſim* patitur? Agnoſco primogeniam vilitatem meam: deliquium, quo coram Sole meo laboro, non diſſimulo: obſcuritatem, quam ex me habeo, ſponte profiteor. Sed, *Magnificat anima mea Dominum. Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo. Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna, qui potens eſt: & ſanctum nomen eius.*

Mariam, Deam non facimus.

Atque hoc pacto LVNÆ-MYSTICÆ *Eclipsim* agnoscimus. Quocirca imponunt populo; & mendacijs Orthodoxos onerare conantur, qui spargunt, à nobis Deiparam ad Diuinitatem ipsam planè fuisse sublatam: è creaturarum numero exemptam: *Deam* dictam, ac habitam. Falsum est. MARIAM, vt Dei Matrem, Deo volente, ac approbante, colimus: Deo parem esse inficiamur: infinitis illam partibus Deo inferiorẽ asserimus. Eapropter, claritatẽ illius, ad Dei præsentiam, obscurari, & *eclipsim* pati cõtendim⁹.

...undam ẽ ...m Christiana hu... ilitatis.

AB illâ discamus, quomodo, quãuis in summo sanctitatis, vel sapientiæ gradu positi, secundum Christianam modestiã, nobis vilescere possimus, ac propriæ excellentiæ contemptum inducere. Quod quibusdam, & ijs maximè, quos in dignitatibus constitutos adulatorum caterua circumstat, ac cælo penè adscribit, est per quam necessarium. Quẽ

Te

Te esse putas? Cur superbis? Quia claro natus genere: splendidus, illustrisque natalibus, scientiâ, opibus, dignitate: &, quod magis æstimandum, internis animi dotibus diuinitus communicatis, gratiâ, & sanctitate. Neminem habeo parem. Splendeo inter homines, velut in cælo, Hor. l. 1. Car. Od. 12.

---micat inter ignes
LVNA *minores.*

Conferat mecum decus omne priscum Sen. Hipp. Act. 2.
Fama miratrix senioris aui:
Pulchrior tanto mea forma lucet,
Clarior quanto micat orbe pleno,
Cum suos ignes coëunte cornu
Iunxit, & curru properante pernox
Exserit vultus rubicunda Phœbe,
Nec tenent stellæ faciem minores.

Audio vbique *Clarissimus, Illustrissimus, Serenissimus.* Petroni.

Quà mare, quà terræ, quà sidus currit vtrumque:

Hæccine alta de Te sentiendi, & arrogantię est occasio? Ad solem tuũ

Te conuerte. *Nunquid superbire potest homo comparatus Deo? Ecce Luna etiam non splendet. Et Stellæ non sunt mundæ in conspectu eius.* Quæ est optima, atque expeditissima ad submissionem animo ingenerandam via.

Via ad humilitatem comparare se cum Deo.

Quam calcandam monent, & nunquam deserendam perfectioris vitæ Magistri: imprimisq; S. Ignatius Loyola, in libello Exercitiorum spiritualium; vbi, vt homini contemptum sui suadeat, ac doceat meditatione procurare. *Considerare, inquit, oportet meipsum, Quis-nam, aut Qualis sim, additis exemplis, quæ me in maiorem mei contemptum trahant. Vt sit mecum reputem quantulus sim ad hominum omnium catum comparatus. Quid deinde, sit multitudo vniuersa mortalium, si cum Angelis, Beatisq; omnibus conferatur. Post hæc attendendum, quid rei sit tandẽ, quicquid est creatum, præ ipso Deo Creatore. Iam quid homuncio ego vnus esse possum? Demum inspiciam corruptionem*

Hebdo. 1. Exercit. 2.

nem

nem mei totius: prauitatẽ animæ, atq; corporis fœditatem: ac me, tanquam vlcus, siue apostema esse ducam, ex quo tanta sanies peccatorum, tantaq; vitiorum lues defluxerit. Denique cogitandum, quid sit DEVS, *collectis, cõparatisq; perfectionibus attributis Deo, vt proprijs, cum oppositis meis vitijs, atq; defectibus. Summã scil. eius potentiã, sapientiam, bonitatẽ, & iustitiam cum extrema mea infirmitate, ignorantia, malitia, & iniquitate conferendo.*

Suggessit hoc argumentũ sibi caro in paucis voluntatis suæ Interpreti Isaiæ Deus ipse. Qui illud deinde elegãter tractauit, & ingeniosè. Nã obijcientibus sibi quibusdã, sui æstimatione tumidis: homines habere, vnde sibi placeant: quippè, nobilissimos animaliũ; forma elegãti; robore incredibili; admirãda solertia; ferarũ domitores; orbis dominos; Deos terrestres. Respondet, postquam Dei Maiestatem declarauit repetitâ interrogatiunculâ: *Quis mensus est*

Hominis Symbola ex Isaia cap. 40 1.

 pugillo

pugillo aquas , & cælos palmo ponderauit? Quis appendit tribus digitis molem terræ , & librauit in pondere montes, & colles in statera? respondet, dico:

Homo stilla situlæ.
Irenæ. li. 5. cap. 29.
Ambr. in Psal. 1.

Ecce *Gentes quasi stilla situlæ*. S. Irenæus legit: *Vt stillicidium de cado*. D. Ambrosius: *Vt stillicidium de vrceo.* additque caussam comparationis: Quoniam *sicut terra ad cælum est instar puncti: sic omnes gentes ad multitudinem Angelorum sunt quasi stilla situlæ.*

Chry. in 1. ad Ephes. serm. 3. & Hom. 2. de incóp. Dei natura.
Atha. li. 1. de Substãt. Trinitatis.

Cogita ergo, infert S. Chrysostomus, agens de incomprehensibili Dei natura, *quantula huius stillæ, vel guttulæ pars tu sis, & quantus tu sis respectu Dei.* Ex eodem colligit D. Athanasius, neminem à diuinitatis intuitu se posse subtrahere, cùm totus orbis sit quasi gutta. Hinc & Plato, ac Plotinus rogati: *Quomodo Deus videre possit omnia?* responderunt, *quia tota hæc rerum machina in conspectu Dei est instar puncti.*

Clem. li. 7. Stromat.

Eadem similitudine vsus est Theognis, cuius verba refert Clemens Alexandrinus: *Vos Megarenses,*

neque

neque tertij estis, neque quarti, neque duodecimi : nec vllo in numero aut ratione: sed, vt puluis, quem proijcit ventus, & vt gutta cadi.

Perpende quid sint res terrenæ omnes ; quid Tu ex ijs pars minima, licet toti orbi dominareris. *Quid est homo, quod eius sis memor Domine? Quid est, quod superbit homo*, inquit S. Hieronymus, *qui est quasi stilla è situla decidua & neglecta?* Dicere potuisset: Qui stillę huius pars est minima, nec centies quidē millies millesima. *Quomodo si à situla modica stilla fluat, à portante negligitur: ita vniuersa gentium multitudo supernis ministerijs comparata, & Angelorum multitudini pro nihilo ducitur.* Quid si comparetur Deo? Cornel. in Isai.

Addit diuinus Orator : *Et quasi momentum Staterę.* Quod expressit etiam Sapiens ijs verbis : *Tanquam momentum staterę, sic est ante te orbis terrarum. Et tanquam gutta roris antelucani, quę descendit in terram.* Aptissima symbola exilitatis humanæ. *Momentū staterę.* *Sap. 11. 23.*

Gutta roris antelucani, seu, *matutini*: quæ ante lucem descendit, & statim ortu Solis, & lucis siccatur, sorbetur, euanescit. Rorem lucis nominat

a ca. 26. 19. Isaias: *a* Rorem mane pertranseun-
b ca. 13. 3. tem Oseas: *b* Et *Momentum statera*, seu, ex lancibus. Quod Franciscus Vatablus intelligit de ipso stateræ libramento, seu æquatoria cuspide, quę lancem vtramque ex æquo sustinet, ac suspendit: vt sensus sit: Quēadmodum propensio lancis minima est, & minimi momenti, sic & mundus, quantus est, respectu Dei, est minimus.

Forerius. Cantacuzenus. Sunt qui per *Momentum stateræ*, designari velint leuem puluisculum (quales sunt atomi, qui in radijs Solis circumagitantur) qui in bilance pondus nō auget. Sic homo, & creaturarū vniuersitas corā Deo nullius est precij, nec Deo additus quicq̃ adauget. Deus enim solus: quippe immensus ac infinitus, tantus est, tantumq; efficit, quantum DEVS & Mundus simul iuncti. Quod placuit

cuit D. Bonauenturæ, qui vocat *Modicum*, quo ſtatera huc atque illuc inclinatur: & ait, dici *Momentum* à mouendo. Græcũ vocabulũ ῥοπὴ, propriè eſt, propenſio, diuergentia, inclinatio lancis, quæ cum ſemper agitetur, alterutra ſemper magis, minuſque pendula inclinat ſurſum, aut deorſum. Quod veteres Latini, *momentare* dicebant. Talis eſt homo, & mundus vniuerſus Deo comparatus. Tã inſtabilis, vt iſtiuſmodi propenſio. Tam facilè à Deo mobilis, quàm lancis inclinatio. In Hebræo, שחק, *Sachar*, idem eſt, quod *Leuitas*, qualis in contuſo puluere, quæ, ſi cũ Deo, qui Rupes immobilis in diuinis oraculis nominatur, conferenda ſit, annon ilicò euaneſcet? שחק *Sachack*

Subiũgitur aliud Symbolũ à Proph. *Ecce inſulæ quaſi puluis exiguꝰ*. Per Inſulas intelligũt Hebręi regiones transmare ſitas, licet eſsẽt terra cõtinẽs, vt Italia, Hiſpa. Gręcia. Hę inſulę, oẽsq; in ijs commorãtes, ſũt reſpectu Dei, *Puluis exiguus.*

 quaſi

quaſi *Puluis*. LXXX. habent, quaſi *Sputum*, aut *Saliua*. Certè, in Hebræo eſt vocula, דק *dac*: quæ vniuersè ſignificat tenue, ac minutum, quod tam ſaliuæ, quàm pulueri cõuenit. Optimè Latinus interpres expreſſit puluerem, quem ventus proijcit. Nam reuerà, quotquot ſunt vbiq; homines, ſunt inſtar ſcrupi leuis, aut oculos fallentis arenæ. *Terra*, inquit Boëthius, *eſt punctũ puncti, ſcilicet mundi, qui punctum eſt, ſi cum Deo comparetur*. Cogita igitur, quis Tu, quis Deus? vt Te cognoſcas, ac deprimas: Deũ admireris, ac colas. Hac cõtẽplatione ad ſubmiſsionẽ eruditus dicebat Abraham: *Loquar ad Dominum, cùm ſim puluis & cinis*. Et Moſes interrogans nomẽ Dei, audit: *Ego ſum, qui ſum*. Ac ſi dicat: *Ego ſum, Tu non es*. Hunc in modũ S. Franciſcus meditabatur, & ſuauiſsimè integras noctes traducebat, aliud nõ ingeminãs, quã; *Quis Tu, Domine, quis ego? Tu abyſſus eſſentiæ, ſapiẽtiæ, ſanctitatis, & bonorũ omniũ. Ego abyſſus* nihili,

Boeth. li. 2. de Conſol.

Exodi. 3. 14

Gẽ. 18. 27.

nihili, ignorantiæ, peccatorum, & miseriarum omnium.

Bene *abyssum nihili* se vocat humillimus Franciscus, sed exilius quid insinuat sacer vates, qui superioribus coronidem nectit: *Omnes gētes quasi non sint, sic sunt corā eo. Et quasi* Nihilum & *inane reputatæ sunt ei.* Ex Hebræo vertit eruditissimus Forerius: *Plusquam nihilum.* Ergo non tantum vnus aliquis homo, sed quotquot sunt, erunt, fuerunt, sunt nihil, & plusquam nihil coram Deo. Dubitas Philosophe? Collationem instituamus. Si *Nihilum* cum quolibet ente creato comparemus, innotescet, minus illud ab eo distare (cum vtrumque sit finitum: finiti autem à finito distantia sit finita) quam distet ens quodlibet, imò entium omnium collectio, & mundus vniuersus à Deo: huius enim infinita est distātia. Deus namque in infinitum entia omnia creata transcendit: atque idcirco ab ijs non tantùm negatiuè, sed & positiuè di-

Plus quā nihilum.

ſtat in infinitum : cum ens à *Nihilo* poſitiuam diſtantiam habeat finitã, vt obſeruat Cornelius in Iſaiam.

Qui rectè ſubiungit. Sicut *Ens* eſt finitum: ſic etiã huius oppoſitũ, puta *Non-ens*, ſiue *Nihil* eſſe finitum. Siquidem eſt negatio, vel priuatio entis finiti. Itaque *Nihil* per ſe, ac quaſi poſitiuè eſt finitum, quoniam minus eſſe habet, quàm ens: imò nullũ eſſe habet. Quamuis negatiuè, *Nihil* aliquo modo ſit infinitum, quia negat omne ens, ac omnes res etſi eæ eſſent abſq; numero infinitæ: negat igitur infinita quæ ſunt, aut eſſe poſſunt. Sed poſitiuè eſt ſolummodò finitũ, ac finitè tantum diſtat ab ente creato, finito. Si autem *Nihilum* cum Deo conferas eſt infinita quędã, diſtantia. Et excogitari nõ poteſt, quod magis diſtet à Deo, quã *Nihil*, ſiue *Phyſicum*; ſiue *Morale*, ꝙ vocatur *Peccatũ*. Quãobrẽ, dũ dicuntur Gentes corã Deo pluſquã *Nihilũ* eſſe, ſenſus eſt: Cũ entia omnia à Deo diſtent ſummè & in-

infinitũ; si posset dari maior distãtia, quã sit *Nihili* à Deo, magis, quã *Nihilũ* distarent à Deo oẽs homines. Quo allusisse videtur Apostolus, cũ dixit, scribens ad Corinth: *Elegit Deus ea quæ non sunt*: id est, ea, quę non solùm nullius sunt precij, ac momenti: sed quæ cũ ipso cõparata, in *Nihili* ordine esse censerentur. An non igitur admirabundus exclamet Sapiens: *Nunquid superbire potest homo cõparatus Deo? Ecce gentes, quasi stilla situlæ, & quasi momentũ stateræ reputatæ sunt. Ecce insulæ, quasi puluis exiguus. Oẽs gentes quasi nõ sint, sic sunt corã eo. Et quasi nihilũ & inane reputata sunt ei. Ecce* LVNA *non splendet; & Stellæ non sunt mundæ in conspectu eius.* Ipsa *Luna mystica* MARIA, quâ nihil, inter homines puros, splẽdidius, obscuratur, *Eclipsim* suã professa, si cum Diuinitatis luce cõparetur; quanto magis homo, tenebris à natiuitate obsitus; filius, & amator tenebrarũ? 1 Corinth. 1. 28.

Verùm, ista *Eclipsis* in Domina nostrâ tantùm fuit comparatiua: *Eclipsis comparatiua.*

quam

quam Philoſophi noſtrates, formulâ vulgari, *ſecundum quid* indigitarēt: nō abſoluta, ac *ſimpliciter*. Eâ lumen non fuit ablatum ab illo ſydere, ſed obſcuratum ſolummodò. Nam coram Deo tantùm, ob immenſum Diuinitatis fulgorem non apparet, cùm in ſe, aliorumque ſyderum reſpectu, ſit ſplendidiſſima. Quo pacto, quod de ſignis extremi iudicij diſſerens, aiebat Chriſtus: *Sol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum* Matthæi 24. ſeu, vt Marcus refert: *Sol contenebrabitur, & Luna non dabit ſplendorem ſuum*; comparatiuè exponunt aliqui. Inter quos S. Hieronymus clariſſimè, *Sol*, inquit, *& Luna obſcurabuntur, non diminutione luminis. Cum legamus* Iſaiæ 30. *Solem ſeptuplum habiturum luminis. Sed ad comparationem veræ lucis omnia viſui tenebroſa ſunt.* Nimirum, quo ad apparentiam. Quod magis exprimit, dum ſubiungit: *Sol, & Luna, & ſtella in aduentu Chriſti in tenebras reputabuntur*. Chryſoſto-

Matth. 24. 29. Marc. 13. 24.

ſoſtomus quoque: *Sol*, ait, *obſcurabitur, non quia deſtruetur: ſed quia luce aduentus Chriſti ſuperabitur.* In eandem ſententiam Euthymius & Theophylactus: *Sol obſcurabitur, non diſparens, ſed ſuperatus lumine aduentus Chriſti: cum non erit nox, ſed apparebit ſol iuſtitiæ.* Vniuerſè Beda: *Apparente vera lucis gloria, omnia mundi lumina tenebris, vmbriſq́; comparantur.* Denique S. Auguſtinus: *Tanta*, inquit, *erit eminentia ſplendoris in Chriſto, vt etiam clariſſima cæli luminaria præfulgore luminis diuini abſcondantur.*

Beda Luca 21.

Atenim, amplius quidpiam requiritur, vt *Luna* dicatur ſimpliciter *eclipſin* pati. Hoc enim poſtulat mutationem in ipſo planeta, & luminis diminutionem, aut ablationem, vel omnimodam priuationem. Quod, vt omnes intelligant, OBSERVO: magnum eſſe diſcrimen inter *Eclipſim* Solis & Lunæ. Nam ſol dum eclipſatur, lumen inſitum non perdit. Siquidem eclipſari dicitur princeps illud

Diſcrimen inter eclipſim Solis & Lunæ.

Ioan. de Sacro Boſco c. 4. Sphæræ.

illud astrũ, quia, cùm Luna est in capite, vel cauda Draconis, aut propè, & in cõiunctione cũ Sole, seu nouilunio, tunc corpus Lunare interponitur inter aspectum nostrũ, ac corpus Solare. Vnde obumbrat nobis claritatẽ Solis: nõ igitur deficit lumine, sed deficit nobis, propter interpositionẽ Lunæ inter aspectum nostrum, & solare corpus. At Luna in eclipsi suâ destituitur lumine. Cum n. lumen suum, vel totum, vel pręcipuũ habeat à Sole, in eo plenilunio, in quo reperitur vel in capite, vel cauda Draconis, ingreditur Luna vmbrã terræ, vt demonstrãt Planetarij, per quã impeditur, quo minus à Sole illustretur. Itaq; necesse est eam tunc deficere, lumineque destitui, quod à Sole mutuatur. Siquidem tunc terra interponitur præcisè inter Solem & lunam. Ob quam caussam dicere soliti sunt Philosophi, *Eclipsim* Lunæ esse interpositionẽ terrę inter Solem & Lunam. Quia verè in Eclipsi Lunæ

existit terra in eadē diametro, in qua dicti Planetæ collocantur eo tēpore, & secundum quam opponuntur, vt monet Christophorus Clauius. Clauius in Spha. c. 4.

Iam verò, cùm hactenus à nobis sit demonstratum, *Lunæ-mysticæ* splēdorem, ob propinquitatem cum Diuinitatis Sole, præ cuius fulgore offuscantur creata omnia, quamuis in se lucidissima, occultari: inuestigandum est, ad perfectā Eclipsios lunaris rationē: An reapse aliquando luminis deliquium sit passa, ob aliquā impuri corporis, aut affectus terreni inter illā, & Deum, à quo, vt à Sole lumen omne suum mutuatur, interpositionē. Tunc. n. in Theologiâ arcanâ, siue Symbolicâ, dicitur eclipsari anima, cuius typus est Luna, cum inter illā ac Deum, peccatum aliquod, siue originale, siue actuale: aut affectus incompositus, seu perturbatio rationi cōtraria: aut immunditia spiritualis, veluti terræ opacitas, interponitur.

Hic

An in Conceptione Eclipsin sit passa.

Hic mihi primò occurrunt ij, qui in conceptu statim *Eclipsim* passam fuisse contendunt, originariâ labe obscuratam. Ita pertinacissimè asseuerant, & cum indignatione, partisque contrariæ damnatione, quidam ex iuratis MARIÆ MASTYGIBVS. Quibus vexillum erexit Caluinus, qui tam securè id pronunciat, ac si tubo optico gratiæ initialis, veluti luminis, defectum in eâ deprehendisset. Et, quod magis mirere, homo impudentissimus, Augustinum nominare audet, tanquam eiusdem contemplationis socium. Locus est apertus in Antidotis Concilij Tridentini. Hinc in Epistola ad Montbelgartenses improbat cōsuetudinem celebrandi Conceptionem Mariæ Virginis.

Caluinistas designamus: non Catholicos DD. qui suum Ecclesiæ iudicio subdunt: nec contrariam partem damnant.

Anno 1543

Caluino accinunt Theodorus Beza, & Lambertus Danæus, quorum hæc sunt effata: *Scholastica* Theologia *posterior fuit longè impudentior, cum sine* pec-

In Enchiridi. Aug. cap. 36.

peccato originali. Mariam *conceptam fuisse contendit.* Et mox. *Fuit ergo* Maria Virgo *& ipsa in peccato originali concepta: & naturâ peccatrix.* Sarcerius eiusdem fur furis homo in Postilla Euangelica, & Hieronymus Vellerus in libro eiusdem tituli, necnon Gulielmus Rodingus Oratione contra Scholas Iesuitarum idem asserunt. Centuriatores autem Magdeburgici irâ efferuescunt in D. Anselmum, Idiotam, & alios quosdam Virginis laudatores, quod immaculatam illius puritatem, ac perpetuam sanctitatem tueantur. Ipsi vero, ac si obtenebratam vidissent *Lunam* in ortu, contendunt originis labe fuisse aspersam.

Cent. 9. cap. 10. Centur. 10 cap. 4. Centur. 11. cap. 4.

Sed quomodo allucinentur istiusmodi, non tam syderum, quàm turpitudinum inspectores, quamuis sibi planè oculei videantur, ex proximè antecedente Commentatione liquet: in quâ Diuam Nostram in suo Conceptu, nouam ęquè, ac sanctita-

te

re originaria plenam Lunam fuisse ostendimus: absque conuicio eorum, qui è Catholicis Doctoribus contrarium sentiunt.

Lutherus de immaculata B. V. sententia.

At est-ne visa in *Luna-mystica Eclipsis* ista ab omnibus, eiusdẽ, siue regionis, siue religionis, aut sectæ hominibus? Nequaquã. Id diuinitus factum reor, vt arguantur à suis, qui alterius fidei, sed veræ, hominibus fidẽ non adhibent. Prodeat Martinus Lutherus, omniũ quæ nunc grassantur hæreseôn parens. Quem tanti fecit Beza, vt scripserit, eum *ore toto diuinitus adflatam animi magnitudinem præ se tulisse.* Quid ille censet de *Eclipsi* hac Mariana? Eius hæc sunt verba sermone de Conceptione: *Potuit Maria ab omni originali peccato præseruari.* Addit, Mariæ *conceptio piè creditur sine originali peccato facta esse.* Quod, vt probet, auctoritate vtitur diuinæ Scripturæ; *Maria*, inquit, *iuxta corpus quidem sine gratia: iuxta animam autem plena gratia concepta est.*

Beza in li. Iconum.

Serm. de Concept.

Hoc

Hoc sibi volunt verba illa, Benedicta tu inter mulieres. *Non enim ad eam dici posset*, Benedicta Tu, *si aliquando maledictioni obnoxia fuisset.*

Ex quibus sic ratiocinatur, apud Franciscum Feu-ardentium, Doctor Catholicus. *Si piè creditur Immaculata Virginis Conceptio*, Caluiniani *secus credentes, & docentes iure impietatis rei arguuntur. Cumquè id expressis Scripturæ verbis fundetur, Deo, & Angelis eius iniurij sunt Ministrorum congreges, qui huic doctrinæ resistunt.* At fortasse Lutherus, quâ fuit inconstantiâ, pristinam reuocauit opinionem? Nullibi id lego. Imò contrariũ constat. Siquidẽ iam senex scripsit in Euangelium Annuntiationis, vbi hæc habet; *Angelus vocando Virginem* plenam gratiâ, *significabat, eam esse puram ab omni peccato. Quodq; Deus cumulando eã felicitate, diuinas operationes in ea perficiebat: eamq; ab omni incõmoditate præseruabat.* Itaque, vel Lutherus, cæcus in multis, hic oculat⁹, dũ videt

Lib. 10. Theomachia cap. 5.

Luth. Luc. 1.

quid-

quidpiam in Scripturarum cælo, quod immaculatam Deiparæ Conceptionem roborat, totum diſcipulorũ ſuorum gregem, & aſſeclarum ſuorum condemnat, inquit idem Doctor, contra Caluinianos diſputans.

Eraſmus Roterodamus.

Quibus opponit etiam Eraſmum Roterodamum, quem agnoſcunt hominem eloquentia, ac eruditione ſingulari, ac à partibus ſtetiſſe ſuis indicat in Iconibus Beza. Ille igitur proteſtatur ſe in omnibus ſcriptis ſuis eorum acceſſiſſe opinioni, qui Virginem ſine peccato originali cõceptam fuiſſe defendunt. In cuius rei fidem allegat ſuum *Paeana*, *Preces ad Virginem Mariam*: *Liturgiam*, & *Concionem ſuam* ſcriptam aduerſus obtrectatores B. Virginis. In reſponſione quoque ad apologiam Natalis Bedæ ſcribit in eadem ſe perſeuerare ſententiâ, quicquid alibi contra diſputet. Denique ſic eam alloquitur in *Paeane*: *Tu felix illa Plantula*

Apologia ad Albertum Pium.

de

de Iessaa radice subnata: nihil tamen inde genitalium sordium trahens.

Guilielmus etiam Budæus, quem magni faciunt Caluinistæ, ac inter suos numerare non veretur Beza, adfirmat, singulari prouidentia Dei esse factum, vt *Mater eius, qui Deus & homo pariter est, à nauo natalitio immunis fuerit.* Quid, quod eadem persuasione imbuti, sint Angli, quamuis grauissimis alijs implicati erroribus? Siquidem in libro precum publicarũ, & publicæ administrationis, quã vocant, Ecclesiasticæ, excuso Londini, priuilegio Elizabethę Reginæ, eo intuitu, pręcipitur, vt in peruigilio Cõceptionis ieiunetur, ac celebretur festum. Quod etiam mandatur de peruigilio, ac die Natiuitas Deiparæ. Et sanè, qui arbitratur illam non fuisse eclipsatam in Conceptu; opinari nõ potest, eam peccato obscuratam fuisse in Natiuitate. Quamuis non omnes, qui cum sanctitate natam asserunt; in gratia æquè conceptam adfirment.

Lib. 3. trãslatio.

Beza in Icon.

 Sed

Eclipses non vbiq; videntur.

Sed quî fit, vt non omnibus eodem modo, aut diuinæ gratiæ lumine fulgens, aut eo destituta videatur nostra Luna? Accidit & hîc quidpiam simile illi, quod experimur, dum vel Sol, & Luna eclipsantur. Nec enim ab omnibus, vel in quolibet climate conspiciuntur obscurata. Consulite huius anni ephemeridem, seu Calendarium, Almanakam, vulgus, Arabica voce, dicit. In limine statim monent eius architecti triplicem fore eclipsim, vnam Lunæ: duas Solis: illam non videndam à nobis, sed ab Antipodibus: priorem Solis ab habitatoribus sinus Gangetici, ac incolis regnorum Sian, Camboiæ, Malaccę: posteriorē à nonnullis Americæ populis. Nimirum, secūdum aspectus varietatē, & vmbrę rationē, syderum illorū defectus in oculos incurrunt. Ita sanè etiā tū prout affecti sunt, qui *Lunam-mysticam* contemplātur, tū prout illuminatos habent perspicacesque ad superiora

An. 1629

ocu-

oculos penetranda, aut ſecus, tum prout rationibus, in contrariũ agentibus rapiuntur; ita in Mariâ, vel clariſſimam lucẽ, vel tenebras videre ſe adfirmant. Nos illud conſtanter, cũ illuminatiſſimis pleriſq; Eccleſię Doctoribus, profitemur, *Lunam* noſtram, neque in ortu, neque in conceptu verè eclipſatam fuiſſe.

Verũ, licet ob hereditariæ labis tenebras nõ fuerit in deliquio, fortaſſe tñ in lucẽ edita, vitę mortalis tempore ſub obſcuritate peccati delituit. Hoc loco non poſſum cõmittere, quĩ cõpendio enarrem, quid olim, & noſtris tẽporib. maledicẽtiſſimi homines, Antidicomarianitarum væſania furioſi, in ſanctiſſ. Virginẽ effutierint, quid in illâ reprehenſione dignũ duxerint, quibus obnoxiã culpis finxerint, in quarũ illã ordine collocarint, vt illam velut Lunã maculis fædã, & multiplici criminũ eclipſi tenebroſam mendaciter, hominũ ſibi credulorũ oculis obijcerent, illiuſq; odiũ

An vitæ mortalis tempore eclipſata Luna myſtica.

ingeneraret, quã non ignorant hęresũ hæreticorumq́; omniũ esse de triumphatricem. Hoc n. plurimum faciet, tum ad detestationem sectariæ improbitatis: tum ad veritatẽ de putatiuâ solùm *Eclipsi Lunæ mysticæ* comprobandã; tum deniq; ad honorem lucentissimi syderis augendum: quẽ luculẽto Ecclesię Catholicę testimonio, de nunquã amissâ, aut diminutâ luce astri Mariani, comprobabimus.

Lutheranorum & Caluinistarum in B.V. conuitia.

Itaq; tam Lutherani quidam, quã Caluinistæ Sanctissimam Virginem peccatorum fœditate contaminare conantur. Iacobus Schenteius, ex disciplinâ Lutheri, sic scribit, in explicatione Euangelij de Christi conceptione: *Virgo illa, perinde, ac Adam, Noë, Loth, & ceteri in hac vita peccatrix, adeóque damnabilis persona extitit.* Ergon' rebellionis, ac ambitionis, velut Adam; ebrietatis, velut Noë, incestæ libidinis, velut Loth, Maria insimulatur! O blasphemiam!

Spangenbergius in Postilla Dom.

pri-

primæ post Epiph. ait, *eam commisisse crimen, quod æterno supplicio Deus vindicabit.* Brentius clamat, eam *æterna dãnatione dignam fuisse.* Philippus Melanthon plenam impietatis, ac blasphemiæ prosopopæiam, Deo affingit, quâ Virginẽ sic alloquatur: *Scias Te non plus esse apud me, quàm, vel mulier peccatrix, vel Syrophanissa.* Centuriatores Magdeburgenses reprehendunt antiquos Ecclesiæ Doctores, quod docuerint, Virg. Mariã speciali gratiâ, & priuilegio Dei seruatam fuisse, ne peccaret vnquam. Anselmum vehementer allucinari scribunt, cùm ait, Omnes peccato mortuos esse extra solam Matrem Dei. Idiotam tota errare viâ, quoniã nihil vitij, peccati, aut turpitudinis in Mariæ animâ substitisse testetur.

Annot. in c. 2. Ioann.

Cen 11. c. 4. Cent. 9. c. 10.

Mitius in speciem, sed virulentius Caluinus, qui in cap. 1. Lucæ, *nõ magnoperè*, inquit, *est laborandũ, vt Mariam purgemus ab omni vitio.* Nimirũ, parũ interest, si dicatur Dei-parentem la-

borasse ijs vitijs quibus reprobi sunt infames. Ne aũt sine teste innocentissimam in suspicionem trahat, nominat, proh scelus? Augustin. de quo ita in Antidoto cõtra Tridentinum: *Quin etiam propè disertis verbis, eam in peccatorum ordinem aggregat, cùm ad Marcellinum scribit.* Quod putidum est mendacium. Cùm. n. varias ad Marcellinum epistolas scripserit August. in nulla habetur, quod Caluinus fingit. Nam in prima ne verbulo q̃dem fit de sanctiss. Virgine mentio. In altera, circa finẽ, cõfutat illos, qui credere nolunt Deiparam post partum mansisse Virginem. Tertia non habet quicquam de hoc argumẽto. In quartâ disputatur contra Pelagianos, probaturque infantes, licet à parentibus natos fidelibus, originale peccatum habere, à quo non nisi per baptismum liberentur. Nihil aũt in eâ occurrit, quod innuat Augustini sensu, Mariam peccatorib. esse adnumerandam. Caluino tñ applaudit

In Enchir. Aug. c. 36.

Da-

Danæus, qui ſic etiam ſcribit: *Nō vult Auguſtinus, Mariam, ἁπλῶς, dici,* Gratiâ plenā: *quaſi peccare non potuerit: ſed κατά τι tantùm.* Tolerari id poſſet, ſi solùm vellet, Deiparam, nō fuiſſe naturâ impeccabilē. Hoc enim veriſſimum eſt. Quomodo ſcripſit Tertullianus, Solum Deum eſſe in quem nō cadat peccatum: & Hieronymus; Soli Filio Dei ſeruabatur, vt peccare non poſſet. Quapropter vt Auguſtinus loquitur: Cuicumque naturæ præſtatur, vt peccare non poſſit, hoc eſt gratiæ, non naturæ. Atque ita impeccabilitas Virginis, non ex naturâ, ſed gratiæ diuinæ abundantiâ profluxit. Quæ ſtatim initio conceptionis illi collata ita gratioſiſſimam puellam roborauit, ne vnquam peccare poſſet. Quod non agnoſcit Caluiniſta, qui addit: *Non dicitur Maria plena gratia, ſed tantum gratis accepta, & gratiam conſequuta.* Agnouit Auguſtinus, qui exertè ſcribit, cum de peccato, & peccatoribus eſt diſ- *Lib. de natura & gra. ca. 16.*

disceptatio nolle se Virginem includere, si quidẽ illi gratia data sit supra omnes creaturas ad debellandum ex omni parte peccatũ. Hac vna exceptâ, posse oẽs siue Sanctos, siue Sanctas, vno ore cõtestari, cũ Ioanne Apostolo; *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est.*

1. Ioan. 1.

Sed nondũ finis est calumniarũ ab hostibus intemeratæ Virginis, qui eo vel maximè obscuratam murmurãt, quod votũ perpetuæ virginitatis susceperit, vt Orthodoxi magno cõsensu adfirmãt. Id opinari *absurdũ*, ac *ridiculũ* esse scribit ex Caluino Marloratus. Ex eo sequi, *Virginẽ passum* fuisse *marito se collocari, vt eũ luderet*. Item: fuisse hanc perfidiam graui reprehẽsione dignam. Sic.n. sanctũ coniugij fædus, non sine Dei ludibrio spreuisset. En *Eclipsim* in matrimonij celebratione cũ Iosepho, ex Caluini figmento. Quod approbãt Beza, Pellicanus, Brentius, Gualterus, Aretius:

In cap. 1. Luc.

ne que

neq; obſcurè Cẽturiatores, qui apertè ſcribunt: *Liquidò conſtare*, tam Mariam, quàm Ioſephum, *ita fuiſſe affectũ, vt ſtatuto tempore, more aliorum coniugum, voluerint liberos procreare.* Ita caſtitatis profligatores. Ob quã cauſam Vermilius in cap. 4. ad Roman. negat perpetuam Mariæ virginitatẽ ad fidẽ pertinere. *Quod Virgo*, inquit, *perpetuò mãſerit Maria, cùm id Sacræ litteræ diſertim non adfirment, non eſt recipiendũ inter ea, quæ neceſſariò credi debẽt.* Idẽ repetit libro aduerſus Smitheũ.

Aliam in *Luna-myſtica Eclipſin* ſe vidiſſe peierãt noui Marcionitę ac Manichæi, dum ex ijs, quæ acciderunt in Annunciatione Angelica impingunt illi maculas incredulitatis, infidelitatiſq;: & aſſerunt, quod ſe oppoſuerit verbo, ac operibus Dei: reuelatis aũt à Deo nõ crediderit: deniq;, malignè reſtrinxerit Dei potentiã. Occaſionẽ ſic ſuſpicãdi ſuis dedit Lutherus, qui Poſtilla in Euang. Annunc. ita blaterat: *Ipſa profectò in ſe incredulitatis ſenſũ, & in-*

& insultũ habuit: alioqui non interrogasset: Quomodo erit istud? Quare Sarcerius auget obscuritatẽ in hac *Eclipsi*: audite, ac videre quas tenebras inducat: *Maria verbis, & operibus Dei ab Angelo reuelatis ex rationis, ac humanæ sapientiæ argumentis se opponit*. Iterũ in Scholijs ad Euangelium Lucæ: *Maria iudicio rationis perculsa verbis Angeli non credit*. Magis enormiter ac blasphemè Culmannus: *Maria est infirma, ac infidelis; non enim credit verbis Angeli. Est exemplum eorum hominũ, qui naturâ se opponunt verbo*. Impudentissimè Caluinus: *Videtur non minus malignè restringere potentiam Dei, quàm prius Zacharias*. Quis indignationem contineat, aut lacrymas, ad tam fœdam in optimam & inculpatissimam Matrem contumeliarum proluuiem?

In Euang. Annun. · *In ferijs Annunc.* · *In cap. 1. Luc. v. 34.*

Quã augent penè immẽsũm, accumulatis non tam criminibus, quã cõuitijs, quibus eã onerare nituntur, imò opprimere, quod nunquã cõtinget, quòd puerũ Iesum triduo Ierosolymis

Post. Dom. post Epiph.

ymis reliqu erit. Lutherus eã arguit, quod *tũc in fide nutarit*. Georgius Maior scribit, *fuisse infelicissimã, quæ præoptarit eã nunquã concepisse, quàm amisisse per negligentiã*. Spangembergius ore impuro sacrilegã hãc censuram euomit, qua *dignã* fuisse *supplicijs sẽpiternis enunciat*. Brentius ait: Nihil *aliud*, *quã extremam internecionẽ, & perpetuam dãnationẽ meruit*. Iterum: *Mater deploratæ spei nõ amplius credebat eum esse Messiam, & Redemptorem*. Coruinus ex eodem grege: *Non solùm puerum perdidit, sed omnem fiduciam erga Deum*. Centuriatores, eam æquè peccasse autumant, atq; Euam, cum genus humanum vniuersum peccato perdidit. Melancthon, Lossius, Culmañus paria sentiunt, & loquuntur. Quid superest, nisi vt æternis mancipent supplicijs, quã ijs dignam arbitrantur, Deo cælitibus inuisi homines, Tartari victimę?

Ibid.

Ibid.

Ead. Dom.

Cent. 1. l. 1

A quibus *Luna* nostra erroris spissâ nube inuoluitur ad nouam *Eclipsim*. Reprehendunt enim Virginẽ, quod Filij sui responsum non intellexe-

rit: quod regnum Messiæ terrenū ac tēporaneum crediderit: quod idcirco contra Prophetarum oracula turpiter errauerit. Scribunt Lossius & Brentius: *Eam penitus imbutā fuisse carnali persuasione de regno Messia, quod imaginabatur temporaneum, atq; terrenum fore, iuxta communem Iudæorum hallucinationem, ideoq; non intellexerit verba, qua ipsis loquutus erat.* Assonat Spangenbergius, qui, *Rerum*, inquit, *sarrarum ignari parentes Christi, Maria, & Ioseph, vt putarent velut potētem, & pompaticum Regem Israel inter expeditos exercitus arma tractaturum, non autem scriptura Doctorem euasurum.*

In Euang. Dom. 1. post Epiph.

Porro in nuptijs, Canę, vt tenebrarum densitate latentē exsibilant, vel vt canes *Lunam* allatrant; dū humanitatem, caritatemq; illius traducunt. Et Oecolampadius quidē cùm eam *ambitione ac inani gloria captam, voluisse videri Filium sibi esse præstantiorē omnib.* Brētius magis illā obnubilat, scribēs: *Ambit honorē Messia, & cupit esse quasi socia*

In cap. 2. Ioann.

cia administrandi eius officij. Quod vel cogitare est sacrilegum. Aliquã huic calumniæ caussam prætexũt, Christi D. reprehensionem, quam commiscuntur factam acri illâ interrogatiuncula: *Quid mihi, & tibi est mulier?* Quâ increpitam à Filio Matrem cõtendit Oecolampadius, quasi illa teneretur pari adfectu, quo nonnulli ex consanguineis, qui dicebant: *Si hæc facis, manifesta teipsum mundo*. Quod animum humanæ ac inanis gloria apperentia tumidum indicat. Addit Brentius: *Christus eam durissimè alloquitur, vt contineat ipsam intra terminos suæ vocationis*. An igitur tantoperè exorbitarat? Sic sentit Melancthon, qui, *Christum*, inquit, *Matrem reiecisse, vt illam alijs hominibus æquaret*: & mulieri peccatrici, vel Syrophænissæ non præferendam doceret. Similis fuit Lutheri impudentia, scribere non verentis, quod *Christus se difficilem, ac immitem ostenderit, Matremquè durè repulerit, quam adeò &*

Hom. 21. in Ioan.

Annot. in 1. Ioan.

Postil. in Euang. de Nupt.

responso in humano corã tot cõuiuis pudefecerit. Quod eius rei argumentũ? vocula, *Mulier:* Quid *tibi & mihi est Mulier?* Quod tã ignominiosum Luthero visum, vt cõmentario ad Galatas dixerit, Paulũ, quasi per cõtumeliã Virginẽ Matrẽ Filij Dei *Mulierẽ* appellasse. Verũ nihil honorificẽtius illo nomine potuisset Patronæ nostræ obtingere: sic enim declarabatur, illa esse κατ' ἐξοχὴν, *Mulier*, quæ cõtritura erat caput serpentis inferi. Vnde & vltimo elogio illã affatus Christ⁹, dixit, *Mulier ecce Filius tuus. Absit*, aũt, *vt quis cogitet in hoc agone nouissimo Filium Dei, quasi per contemptum Matrẽ suam* Mulierem *appellasse*, inquit Auctor, eiusdem cum superioribus professionis, consciẽntiâ adactus.

In cap. 4.

Georg. Maior exposit. in Dom. 2. post Epiph.

Breuiter ac verissimè Augustin. *In his nõ negat Matrẽ, vt hæretici dicunt, nec inhonorat eam; sed hoc tantũ docere vult: Naturã suã diuinã per quam illud miraculũ effecturus erat, non esse sumptã à Virgine, quemadmodũ erat humanitas eius; sed*

August. tract. 8. in Ioan.

à Deo

à Deo duntaxat; ad cuius honorem & gloriã miraculũ referre volebat, ac debebat.

Ceterùm, alio tempore *Lunam* nostrã multiplici offusam fuisse caligine, vt *Eclipsatam* sugillent, ijdem toties nominati criminatores prædicant; dum illam faciunt ambitiosam, arrogantem, inanis gloriæ cupidam, importunam, inciuilem, inhonestam, cælestis doctrinæ interpolatricem, pudorem Filio inijcientẽ: &, quod horret proferre lingua, blasphematricẽ. Quàm execranda est isthæc *Eclipsis*? at nõ fuit, nisi in fanatico delirantiũ cerebro. Quo rotabatur in gyrũ, vt impij solent, dũ hæc chartis illineret Caluinus, explicans Christi responsum: *Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Non dubium est, quin his verbis carpatur Mariæ importunitas. Et certè, præposterè doctrinæ eius cursum abrumpere tentabat.* Addit Brent. *Est vehemẽter inhonestũ; & inciuile concionantẽ interpellare. Nõ possumus de Matre, & cognatis Iesu aliud sentire, quã, quod importuna*

In cap. 12. Matth. & 8. Luc.

Hom. 88. in Luc.

suæ

ſua euocatione leges publicæ honeſtatis violarint. Multa argumenta indicant, Matrem & cognatos euocaſſe Ieſum arrogantia quadam, & elatione animi. Ambitio iſta eſt blaſphemia in nomen Domini noſtri. Mater igitur, & cognati Ieſu ambitione ſua tam grauiter peccant, vt etiam palam per Chriſtum pudefiant. Ioannes Oecolampadius, Lucas Loſſius, Eraſmus Sarcerius, & Ioannes Agricola eodem furore perciti ſuperioribus attexunt: *Carnali adfectu prædita non niſi vanam gloriam ex Chriſti excellentia venatur.*

Lib. 10. Theom. cap. 7. Poſſet ne fingi quidpiam à tartareis monſtris in Dei Matrem contumelioſius? An-non quæ enumerata ſunt, ſeptem cenſeri debent peccata lethalia? Quibus, vt benè monet Franciſcus Feuardentius, profligata natio maledicorum ſanctiſſimam Virginem diffamare molitur, non ſecus, ac capulares iſti, ac Acherontici duo ſenes pœnam & infamiam deteſtandæ libidinis ſuæ in fœminã inte-

integerrimæ castitatis Susannam de- ,,
riuare conati sunt. Quo tandem ma- ,,
lignitatis fine ac precio, nisi vt om- ,,
nes pios auertant, ac deterreant ab ,,
æstimandis, ac honorandis dotibus, ,,
quas plena manu DEVS in sanctissi- ,,
mam Virginem effudit. At, quid as- ,,
sequentur? Vt apud bonos omnes ,,
testata sit eorũ improbitas, & insa- ,,
nabile maledicẽdi cacoëthes. Quos ,,
vniuersa piorum natio meritò dete- ,,
stabitur, tanquam architectos ca- ,,
lumniarum, atque adeò æmulatores ,,
Iudæorum, qui Filium innocentissi- ,,
mæ Virginis postularunt, velut ho- ,,
minem ebriosum, lurconem, sedi- ,,
tiosum, & blasphemum: cùm tamen ,,
esset, non tantùm ab hisce flagitijs a- ,,
lienissimus, verùm etiam in contra- ,,
rium omni virtute, ac laude cumu- ,,
latissimus. Hæc censura est viri illius ,,
præclari. Qui addit, dubitandum
non esse, quin Turcæ, qui cum hono-
re, ac reuerentia mentionem Mariæ
in Alchorano faciunt, nunquam im-
punè

punè paterentur tam atroces cõtumelias, ſed illarũ auctores igni exurerent, aut palo inſpicarẽt, aut viuos excoriarent. Illud mirum, Satanam perpetuum, ac infenſiſſimum Virginis inimicum neminem ex veteranis illis ſuis militibus, Arianis, Neſtorianis, Manichæis, Marcionitis, Valentinianis, Gnoſticis reperiſſe, qui tanto furore atque amentia aduerſus eam ſint debacchati, atque hoc æuo faciunt ſectarij.

Qui vſq; ad Filij crucẽ illam perſequuntur, & variè tunc quoq; *Eclipſatam* fuiſſe in circulis ſuis muſsitant: *Diſcipuli & Mater eius*, inquit Brent. *videntes eum à Pontificibus condẽnatum, & turpi cruci adfixũ, offendebantur in eo; adeoq; apparebat tunc ipſorũ cogitationes vanas & corda impia eſſe.* Itaq; ſcandali, vanitatis, ac impietatis tenebras ſplendidiſsimæ Lunæ adfingunt.

Brent. Hom. 17. in Lucam.

Simeonem etiã optimum ſenem, de quo in hodierno Euangelio eſt per honorificum elogiũ in ſuas partes

tes pertrahere conantur, dũ impijssimam illi hanc orationẽ tribuũt: *Cælum ipsum in hac terrâ expectas, sed inferni dolores potius te propter ipsum in hac vita obruẽt.* Quod horribile dictu est. *Ser. de orig. in Deip.*

Aliam *Eclipsim* confingunt ex verbis eiusdẽ Prophetæ *Tuam ipsius animã pertransibit gladius. Magnos ac priscos auctores aliquos non deesse qui dicant Mariam* Deiparam *dubitatis ac infidelitatis gladio fuisse per cussam, vt ei Simeon senex prædixerat* scribit Brentius. At enim Simeonẽ nõ de gladio dubietatis, sed doloris, tristitiæ, angustię, quo transfixa fuit anima Matris, cùm dilectissimo Filio crucifixo cõpateretur, loquutũ fuisse, veteres Ecclesiæ Doctores adfirmant. si vnũ Origenẽ excipias non vnius erroris conuictũ, & ab eo deceptos posteriores paucos Græcos. Quamuis Origenes etiã suã emendasse videtur sententiã, scribens: *Mariã æstimabilẽ ac plenißimã sanctitatem habuisse, imò & iustitiam perfectam ac consummatam.* Quomodo aũt *Gladius animã Virginis penetrans, qualis.* *Hom. 17. de diuers.*

infi-

disceptatio nolle se Virginem includere, si quidẽ illi gratia data sit supra omnes creaturas ad debellandum ex omni parte peccatũ. Hac vna exceptâ, posse oẽs siue Sanctos, siue Sanctas, vno ore cõtestari, cũ Ioanne Apostolo; *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est.*

1. Ioan. 1.

Sed nondũ finis est calumniarũ ab hostibus intemeratæ Virginis, qui eo vel maximè obscuratam murmurãt, quod votũ perpetuæ virginitatis susceperit, vt Orthodoxi magno cõsensu adfirmãt. Id opinari *absurdũ*, ac *ridiculũ* esse scribit ex Caluino Marloratus. Ex eo sequi, *Virginẽ passum* fuisse *marito se collocari, vt eũ luderet.* Item: fuisse hanc perfidiam graui reprehẽsione dignam. Sic. n. sanctũ coniugij fædus, non sine Dei ludibrio spreuisset. En *Eclipsim* in matrimonij celebratione cũ Iosepho, ex Caluini figmento. Quod approbãt Beza, Pellicanus, Brentius, Gualterus, Aretius: neque

In cap. 1. Luc.

neq; obſcurè Cẽturiatores, qui apertè ſcribunt: *Liquidò* conſtare, tam Mariam, quàm Ioſephum, *ita fuiſſe affectũ, vt ſtatuto tempore, more aliorum coniugum, voluerint liberos procreare.* Ita caſtitatis profligatores. Ob quã cauſam Vermilius in cap. 4. ad Roman. negat perpetuam Mariæ virginitatẽ ad fidẽ pertinere. *Quod Virgo*, inquit, *perpetuò mãſerit Maria, cùm id Sacræ litteræ diſertim non adfirment, non eſt recipiendũ inter ea, quæ neceſſariò credi debẽt.* Idẽ repetit libro aduerſus Smitheũ.

Aliam in *Luna-myſtica Eclipſin* ſe vidiſſe peierãt noui Marcionitę ac Manichæi, dum ex ijs, quæ acciderunt in Annunciatione Angelica impingunt illi maculas incredulitatis, infidelitatiſq;: & aſſerunt, quod ſe oppoſuerit verbo, ac operibus Dei: reuelatis aũt à Deo nõ crediderit: deniq;, malignè reſtrinxerit Dei potentiã. Occaſionẽ ſic ſuſpicãdi ſuis dedit Lutherus, qui Poſtilla in Euang. Annunc. ita blaterat: *Ipſa profectò in ſe incredulitatis ſenſũ,*

& insultũ habuit: alioqui non interrogasset: Quomodo erit istud? Quare Sarcerius auget obscuritatẽ in hac *Eclipsi:* audite, ac videte quas tenebras inducat: *Maria verbis, & operibus Dei ab Angelo reuelatis ex rationis, ac humanæ sapientiæ argumentis se opponit.* Iterũ in Scholijs ad Euangelium Lucæ: *Maria iudicio rationis perculsa verbis Angeli non credit.* Magis enormiter ac blasphemè Culmannus: *Maria est infirma, ac infidelis; non enim credit verbis Angeli. Est exemplum eorum hominũ, qui naturâ se opponunt verbo.* Impudentissimè Caluinus: *Videtur non minus malignè restringere potentiam Dei, quàm prius Zacharias.* Quis indignationem contineat, aut lacrymas, ad tam fœdam in optimam & inculpatissimam Matrem contumeliarum proluuiem?

In Euang. Annun.

In ferijs Annunc.

In cap. 1. Luc. v. 34.

Quã augent penè immẽsũm, accumulatis non tam criminibus, quã cõuitijs, quibus eã onerare nituntur, imò opprimere, quod nunquã cõtinget, quòd puerũ Iesum triduo Ierosolymis

Post. Dom. post. Epiph.

ymis reliqu erit. Lutherus eā arguit, quod *tūc in fide nutarit*. Georgius Maior scribit, *fuisse infelicissimā, quæ præoptarit eā nunquā concepisse, quàm amisisse per negligentiā*. Spangembergius ore impuro sacrilegā hāc censuram euomit, qua *dignā* fuisse *supplicijs sēpiternis enunciat*. Brentius ait: *Nihil aliud, quā extremam internecionē, & perpetuam dānationē meruit*. Iterum: *Mater deploratæ spei nō amplius credebat eum esse Messiam, & Redemptorem*. Coruinus ex eodem grege: *Non solùm puerum perdidit, sed omnem fiduciam erga Deum*. Centuriatores, eam æquè peccasse autumant, atq; Euam, cum genus humanum vniuersum peccato perdidit. Melancthon, Lossius, Culmañus paria sentiunt, & loquuntur. Quid superest, nisi vt æternis mancipent supplicijs, quā ijs dignam arbitrantur, Deo cælitibus inuisi homines, Tartari victimę?

Ibid.

Ibid.

Ead. Dom.

Cent. 1. l. 1.

A quibus *Luna* nostra erroris spissâ nube inuoluitur ad nouam *Eclipsim*. Reprehendunt enim Virginē, quod Filij sui responsum non intellexe-

rit : quod regnum Messiæ terrenũ ac tẽporaneum crediderit: quod idcirco contra Prophetarum oracula turpiter errauerit. Scribunt Lossius & Brentius: *Eam penitus imbutã fuisse carnali persuasione de regno Meßia, quod imaginabatur temporaneum, atq; terrenum fore, iuxta communem Iudæorum hallucinationem, ideoq; non intellexerit verba, qua ipsis loquutus erat.* Assonat Spangenbergius, qui, *Rerum,* inquit, *sarrarum ignari parentes Christi, Maria, & Ioseph, vt putarent velut potẽtem, & pompaticum Regem Israel inter expeditos exercitus arma tractaturum, non autem scripturæ Doctorem euasurum.*

In Euang. *Dom. 1. post* Epiph.

Porro in nuptijs, Canę, vt tenebrarum densitate latentẽ exsibilant, vel vt canes *Lunam* allatrant; dũ humanitatem, caritatemq; illius traducunt. Et Oecolampadius quidẽ cùm eam *ambitione ac inani gloria captam, voluisse videri Filium sibi esse præstantiorẽ omnib.* Brẽtius magis illã obnubilat, scribẽs: *Ambit honorẽ Meßia, & cupit esse quasi socia*

In cap. 2. Ioann.

cia administrandi eius officij. Quod vel cogitare est sacrilegum. Aliquã huic calumniæ caussam prætexũt, Christi D. reprehensionem, quam commiscuntur factam acri illâ interrogatiuncula: *Quid mihi, & tibi est mulier?* Quâ increpitam à Filio Matrem cõtendit Oecolampadius, quasi illa teneretur pari adfectu, quo nonnulli ex consanguineis, qui dicebant: *Si hæc facis, manifesta teipsum mundo*. Quod animum humanæ ac inanis gloria apperentia tumidum indicat. Addit Brentius: *Christus eam durissimè alloquitur, vt contineat ipsam intra terminos suæ vocationis*. An igitur tantoperè exorbitarat? Sic sentit Melancthon, qui, *Christum*, inquit, *Matrem reiecisse, vt illam alijs hominibus æquaret*: & mulieri peccatrici, vel Syrophænissæ non præferendam doceret. Similis fuit Lutheri impudentia, scribere non verentis, quod *Christus se difficilem, ac immitem ostenderit, Matremquè durè repulerit, quam adeò &* respon-

Hom. 21. in Ioan.

Annot. in 1. Ioan.

Postil. in Euang. de Nupt.

responſo in humano corã tot cõuiuis pude-fecerit. Quod eius rei argumentũ? vocula, *Mulier*: Quid *tibi & mihi eſt Mulier?* Quod tã ignominioſum Luthero viſum, vt cõmentario ad Galatas dixerit, Paulũ, quaſi per cõtumeliã Virginẽ Matrẽ Filij Dei *Mulierẽ* appellaſſe. Verũ nihil honorificẽtius illo nomine potuiſſet Patronæ noſtræ obtingere: ſic enim declarabatur, illa eſſe κατ' ἐξοχὴν, *Mulier*, quæ cõtritura erat caput ſerpentis inferi. Vnde & vltimo elogio illã affatus Chriſt⁹, dixit, *Mulier ecce Filius tuus. Abſit*, aũt, *vt quis cogitet in hoc agone nouiſsimo Filium Dei, quaſi per contemptum Matrẽ ſuam* Mulierem *appellaſſe*, inquit Auctor, eiuſdem cum ſuperioribus profeſsionis, conſciẽntiâ adactus.

In cap. 4.

Georg. Maior exposit. in Dom. 2. poſt Epiph.

Breuiter ac veriſsimè Auguſtin. *In his nõ negat Matrẽ, vt hæretici dicunt, nec inhonorat eam; ſed hoc tantũ docere vult: Naturã ſuã diuinã per quam illud miraculũ effecturus erat, non eſſe ſumptã à Virgine, quemadmodũ erat humanitas eius; ſed*

Auguſt. tract. 8. in Ioan.

à Deo

à Deo duntaxat; ad cuius honorem & gloriã miraculũ referre volebat, ac debebat.

Ceterùm, alio tempore *Lunam* nostrã multiplici offusam fuisse caligine, vt *Eclipsatam* sugillent, ijdem toties nominati criminatores prædicant; dum illam faciunt ambitiosam, arrogantem, inanis gloriæ cupidam, importunam, inciuilem, inhonestam, cælestis doctrinæ interpolatricem, pudorem Filio inijcientẽ: &, quod horret proferre lingua, blasphematricẽ. Quàm execranda est isthæc *Eclipsis*? at nõ fuit, nisi in fanatico delirantiũ cerebro. Quo rotabatur in gyrũ, vt impij solent, dũ hæc chartis illineret Caluinus, explicans Christi responsum: *Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Non dubium est, quin his verbis carpatur Mariæ importunitas. Et certè, præpostere doctrinæ eius cursum abrumpere tentabat.* Addit Brent. *Est vehemẽter inhonestũ, & inciuile concionantẽ interpellare. Nõ possumus de Matre, & cognatis Iesu aliud sentire, quã, quod importuna*

In cap. 12. Matth. & 8. Luc.

Hom. 88. in Luc.

sua

sua euocatione leges publicæ honestatis violarint. Multa argumenta indicant, Matrem & cognatos euocasse Iesum arrogantia quadam, & elatione animi. Ambitio ista est blasphemia in nomen Domini nostri. Mater igitur, & cognati Iesu ambitione sua tam grauiter peccant, vt etiam palam per Christum pudefiant. Ioannes Oecolampadius, Lucas Lossius, Erasmus Sarcerius, & Ioannes Agricola eodem furore perciti superioribus attexunt: *Carnali adfectu prædita non nisi vanam gloriam ex Christi excellentia venatur.*

Lib. 10. Thom. cap. 7. Possetne fingi quidpiam à tartareis monstris in Dei Matrem contumeliosius? An non quæ enumerata sunt, septem censeri debent peccata lethalia? Quibus, vt benè monet Franciscus Feuardentius, profligata natio maledicorum sanctissimam Virginem diffamare molitur, non secus, ac capulares isti, ac Acheronrici duo senes pœnam & infamiam detestandæ libidinis suæ in fœminã

inte-

integerrimæ castitatis Susannam de- „
riuare conati sunt. Quo tandem ma- „
lignitatis fine ac precio, nisi vt om- „
nes pios auertant, ac deterreant ab „
æstimandis, ac honorandis dotibus, „
quas plena manu DEVS in sanctissi- „
mam Virginem effudit. At, quid as- „
sequentur? Vt apud bonos omnes „
testata sit eorũ improbitas, & insa- „
nabile maledicẽdi cacoëthes. Quos „
vniuersa piorum natio meritò dete- „
stabitur, tanquam architectos ca- „
lumniarum, atque adeò æmulatores „
Iudæorum, qui Filium innocentissi- „
mæ Virginis postularunt, velut ho- „
minem ebriosum, lurconem, sedi- „
tiosum, & blasphemum: cùm tamen „
esset, non tantùm ab hisce flagitijs a- „
lienissimus, verùm etiam in contra- „
rium omni virtute, ac laude cumu- „
latissimus. Hæc censura est viri illius „
præclari. Qui addit, dubitandum non esse, quin Turcæ, qui cum honore, ac reuerentia mentionem Mariæ in Alchorano faciunt, nunquam im-

punè

punè paterentur tam atroces cõtumelias, ſed illarũ auctores igni exurerent, aut palo inſpicarẽt, aut viuos excoriarent. Illud mirum, Satanam perpetuum, ac infenſiſſimum Virginis inimicum neminem ex veteranis illis ſuis militibus, Arianis, Neſtorianis, Manichæis, Marcionitis, Valentinianis, Gnoſticis reperiſſe, qui tanto furore atque amentia aduerſus eam ſint debacchati, atque hoc æuo faciunt ſectarij.

Qui vſq; ad Filij crucẽ illam perſequuntur, & variè tunc quoq; *Eclipſatam* fuiſſe in circulis ſuis muſsitant: *Diſcipul i & Mater eius*, inquit Brent. *videntes eum à Pontificibus condẽnatum, & turpi cruci adfixũ, offendebantur in eo; adeoq; apparebat tunc ipſorũ cogitationes vanas & corda impia eſſe.* Itaq; ſcandali, vanitatis, ac impietatis tenebras ſplendididiſsimæ Lunæ adfingunt.

Brent. Hom. 17. in Lucam.

Simeonem etiã optimum ſenem, de quo in hodierno Euangelio eſt per honorificum elogiũ in ſuas partes

tes pertrahere conantur, dũ impijssimam illi hanc orationẽ tribuũt: *Cælum ipsum in hac terrâ expectas, sed inferni dolores potius te propter ipsum in hac vita obruẽt.* Quod horribile dictu est. *Ser. de ortu Deip.*

Aliam *Eclipsim* confingunt ex verbis eiusdẽ Prophetæ *Tuam ipsius animã pertransibit gladius. Magnos ac priscos auctores aliquos non deesse qui dicant Mariam* Deiparam *dubitatis ac infidelitatis gladio fuisse per cussam, vt ei Simeon senex prædixerat* scribit Brentius. At enim Simeonẽ nõ de gladio dubietatis, sed doloris, tristitiæ, angustię, quo transfixa fuit anima Matris, cùm dilectissimo Filio crucifixo cõpateretur, loquutũ fuisse, veteres Ecclesiæ Doctores adfirmant. si vnũ Origenẽ excipias non vnius erroris conuictũ, & ab eo deceptos posteriores paucos Græcos. Quamuis Origenes etiã suã emendasse videtur sententiã, scribens: *Mariã æstimabilẽ ac plenißimã sanctitatem habuisse, imò & iustitiam perfectam ac consummatam.* Quomodo aũt *Gladius animã Virginis penetrans, qualis.* *Hom. 1. de diuers.*

infi-

infidelis dubietas consistere potest cum sanctitate consummata?

An iuxta crucem Eclipsata.

Minus peccant, peccant tamen in constantissimam Virginis fortitudinem, qui illam iuxta crucem in deliquium incidisse, ac gestus minus cōpositos, instar fœminæ, in rebus desperatis, edidisse, pingendo, scribendoque insinuant, vt imperitè Sanazarius:

At Mater, iã non Mater, sed flentis & orba,
Infelix simulacrum: ægra, ac sine viribus umbra.

S. Ansel. serm. super stabat,

Si vnquam aliàs, certè tunc inuictum robur ostendit Martyrum Regina. Quando, vt loquitur Anselmus, stabat Maria in fide Iesu constantissima, & patientissima. Nam Discipulis fugientibus, cunctisque viris recedentibus, in gloriam totius fœminei sexus inter tot pressuras Filij sui constanter illa stabat in fide Iesu firma, & pulchrè stabat, vt decet pudicitiam virginalem. Non se laniabat in tantâ amaritudine: non male-

dice-

dicebat, non murmurabat, nec vindictam hostium à Deo petebat. Sed stabat disciplinata, verecunda, Virgo patientissima, lacrymis plena, doloribus immersa.

Audistis quoties *Eclipsim* passa sit splendidissima *Luna*, si maleuolis aduersariorum commentis fides detur. Singulis refellendis non immoramur, cùm id proprio loco faciendũ sit. Omnibus opponimus iudicium Ecclesiæ, quod infallibile est, quippè ipsius veritatis. Ea, vt patitur adfirmari, quod ab originaria labe non fuerit obscurata: ita iubet, vt certum haberi, quod à nullo, quamuis minimo delicto actuali fuerit obtenebrata. Verba Concilij Tridentini sunt: *Si quis dixerit, hominem posse in tota vita peccata omnia, etiam venialia vitare, nisi ex speciali Dei priuilegio, quemadmodum de B. Virgine tenet Ecclesia, anathema sit.* Itaque Ecclesia, vel definiuit, vel definitum esse declarauit Synodus Oecumenica, Mariam ex

Ecclesiæ sensus de peccatis actualibus B.V.

Sessione 6. can. 23.

priui-

priuilegio singulari, nulla, quamuis leuissima, cõmisisse peccata venialia. Quocirca, communior est Doctorũ sententia, immunitatẽ Virginis à veniali esse iã de fide; oppositam verò, post Tridentinũ, censeri debere hæreticam. Tam certum est, *Lunam mysticã* toto vitæ mortalis tẽpore nunquam fuisse, vel minimã, à peccato passam *Eclipsim*. Si qui ex antiquioribus minus clarè, aut beneuolè de hoc ipso loqui videantur, pia interpretatione ad sensum catholicũ deducẽdi sunt.

An in Purificatione Eclipsata.

Illud in hoc genere superest disquirendũ: An non in Purificationis solẽnitate, tanquam *Luna eclipsata* comparuerit. Id enim ex eorum videtur sequi opinione, qui existimant Deiparam legi Purificationis fuisse obnoxiam. Hoc enim si admittatur, aliqua illã partûs immunditia coinquinatã adfirmare necesse est. Id verò dignitati, ac puritati intemeratę Virginis minus consentaneum esse fidenter asserimus; ideoq; ne tũc quidẽ *Eclipsim* passam.

Abulen. in c. 12. Leui q. 2. 3. & 20. Oleaster ib. Iãsen. cap. 12. Concor.

ſam. Imprimis enim, oēm, quę à peccato eſt impuritatē ab illa excluſim⁹. Impuritatē naturæ, quæ infirmitatē debilitatemq; puerperarū, ac fœtus cum inuolucris ſordidis impuritatē cōplectitur, Patres ab eâ remouent, dum ſaluâ virginitate, q. fides docet, hilaré, & interna externaque lætitiâ perfuſam, ſine dolore, laboreque peperiſſe pronunciant. Sic enim

--- Chriſtus ab aluo
Proceßit ſplendore nouo: velut ipſe decoro
Sponſus ouans thalamo, forma ſpecioſus amœnâ
Prænatis hominum, cuius radiante figura
Blādior in labijs diffuſa eſt gratia pulchris.

Velut aqua exit è petra, inquit Ambroſius: velut maturus ab arbore baiulâ fuctus, ſine vellicatione elabitur, ait D. Cyprianus: velut ſolaris radius dum cryſtallum penetrat. *Ambr. in Luc. Cypr. Ser. de Nati. cap. 3.*

Haud aliter, quā cū purū ſpecularia Solē
Admittunt, lux ipſa quidē pertranſit & oēs
Irrūpēs laxat tenebras, & diſcutit vmbras:
Illa manent illaſa.

Actius de partu Virg.

Tandem nulla fuit in Virgine legalis infirmitas: nulla immunditia, quæ non adhærebat, nisi illis puerperis, quæ ex virili conceperant semine. Legis verba clarissima sunt: quibus destinatò, singulari Dei prouidentiâ exceptam B. Virginem Patres communiter docent. Horum agmen ducit Origenes, qui Leuit. 12. *Ad discretionem*, inquit. *Virginis, quæ sine semine concepit, & peperit, istum sermonem præ ceteris mulieribus legis-lator adiecit.* Chrysostomus quoque, postquam impletos dixit dies purificationis, subiungit: non fuisse necesse Virgini, vt purificaretur, legem tamē fuisse impletam. Et Theophylactus, notat Euangelistam dicere, secundū legem impletos esse dies purificationis, non secundum veritatem, cum nulla necessitate Virgo adstringeretur expectare dies purificationis. Eodem modo Euthymius, *Dei Genitrix*. inquit, *huic legi subiecta nō erat, eo quod semen non susceperat.* Ex Latinis, post mul-

Theoph. in Luc.

Euth. in Luc.

multos alios, Venerabilis Beda: *Dum dicitur*, Mulier, quæ ſuſcepto ſemine peperit, *deſignatur immunda, rituqúe legis docetur eſſe mundanda, ad diſtinctionem illius, quæ Virgo concepit, & peperit*. Gemina ſunt, quæ ſcribunt, Anſelm. *a* Titus Boſtrenſis, *b* S. Bernar. *c*. D. Thom. *d* Rupertus, *e* Rudolph⁹, *f* Euſebius Emiſſenus, *g* Guaricus, *h* Rhaban⁹, Ildefonſus, Lyranus Haymo, Eligius. deniq; duo lumina Eccleſiæ; Latinæ, Auguſtinus; Græcæ, Cyrillus. Recentiores abſq; numero; nec eſt veterũ vllus, qui idcirco purificatam ſcribat, quod expiatione ob immunditiam, egeret.

Bed. Luc. 2.
a *In Luc.*
b *Luc. 2.*
c *Serm. de Pur.*
d 3. *Par.*
e *lib. 2.*
f *lib. 4.*
g *Serm. de Pur*
h *Cyr. li. 1. de fide.*

Itaque *Luna-myſtica* fuit in ſe ſemper lucidiſſima, extra omnẽ tenebroſi deliquij aleã. Vtinam nobis quoq; ſplẽderet ſemper. Sed contrariũ frequẽter accidit. Quod .n. inter ſigna extremi iudicij refertur: *Sol obſcurabitur*, ſeu *cõtenebrabitur, & Luna nõ dabit lumẽ*, vel *ſplendorẽ ſuũ*, myſtico ſenſu, obſcuritatẽ quandã Solis ac Lunę

Myſtica Solis ac Lunæ obſcuratio.

responso in humano corã tot cõuiuis pudefecerit. Quod eius rei argumentũ? vocula, *Mulier*: Quid *tibi & mihi est Mulier*? Quod tã ignominiosum Luthero visum, vt cõmentario ad Galatas dixerit, Paulũ, quasi per cõtumeliã Virginẽ Matrẽ Filij Dei *Mulierẽ* appellasse. Verũ nihil honorificẽtius illo nomine potuisset Patronæ nostræ obtingere: sic enim declarabatur, illa esse κατ' ἐξοχὴν, *Mulier*, quæ cõtritura erat caput serpentis inferi. Vnde & vltimo elogio illã affatus Christ⁹, dixit, *Mulier ecce Filius tuus*. *Absit*, aũt, *vt quis cogitet in hoc agone nouissimo Filium Dei, quasi per contemptum Matrẽ suam* Mulierem *appellasse*, inquit Auctor, eiusdem cum superioribus professionis, consciẽntiâ adactus.

In cap. 4.

Georg. Maior exposit. in Dom. 2. post Epiph.

Breuiter ac verissimè Augustin. *In his nõ negat Matrẽ, vt hæretici dicunt, nec inhonorat eam; sed hoc tantũ docere vult: Naturã suã diuinã per quam illud miraculũ effecturus erat, non esse sumptã à Virgine, quemadmodũ erat humanitas eius; sed*

August. tract. 8. in Ioan.

à Deo

à Deo duntaxat; ad cuius honorem & gloriã miraculũ referre volebat, ac debebat.

Ceterùm, alio tempore *Lunam* nostrã multiplici offusam fuisse caligine, vt *Eclipsatam* sugillent, iidem toties nominati criminatores prædicant; dum illam faciunt ambitiosam, arrogantem, inanis gloriæ cupidam, importunam, inciuilem, inhonestam, cælestis doctrinæ interpolatricem, pudorem Filio inijcientẽ: &, quod horret proferre lingua, blasphematricẽ. Quàm execranda est isthæc *Eclipsis*? at nõ fuit, nisi in fanatico delirantiũ cerebro. Quo rotabatur in gyrũ, vt impij solent, dũ hæc chartis illineret Caluinus, explicans Christi responsum: *Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Non dubium est, quin his verbis carpatur Mariæ importunitas. Et certè, præposterè doctrinæ eius cursum abrumpere tentabat.* Addit Brent. *Est vehemẽter inhonestũ; & inciuile concionantẽ interpellare. Nõ possumus de Matre, & cognatis Iesu aliud sentire, quã, quod importuna*

In cap. 12. Matth. & 8. Luc.

Hom. 88. in Luc.

sua-

sua euocatione leges publicæ honestatis violarint. Multa argumenta indicant, Matrem & cognatos euocasse Iesum arrogantia quadam, & elatione animi. Ambitio ista est blasphemia in nomen Domini nostri. Mater igitur, & cognati Iesu ambitione sua tam grauiter peccant, vt etiam palam per Christum pudefiant. Ioannes Oecolampadius, Lucas Lossius, Erasmus Sarcerius, & Ioannes Agricola eodem furore perciti superioribus attexunt: *Carnali adfectu prædita non nisi vanam gloriam ex Christi excellentia venatur.*

Lib. 10. Theom. cap. 7. Possetne fingi quidpiam à tartareis monstris in Dei Matrem contumeliosius? An non quæ enumerata sunt, septem censeri debent peccata lethalia? Quibus, vt benè monet Franciscus Feuardentius, profligata natio maledicorum sanctissimam Virginem diffamare molitur, non secus, ac capulares isti, ac Acherontici duo senes pœnam & infamiam detestandæ libidinis suæ in fœminā inte-

integerrimæ castitatis Susannam de- „
riuare conati sunt. Quo tandem ma- „
lignitatis fine ac precio, nisi vt om- „
nes pios auertant, ac deterreant ab „
æstimandis, ac honorandis dotibus, „
quas plena manu DEVS in sanctissi- „
mam Virginem effudit. At, quid as- „
sequentur? Vt apud bonos omnes „
testata sit eorũ improbitas, & insa- „
nabile maledicẽdi cacoëthes. Quos „
vniuersa piorum natio meritò dete- „
stabitur, tanquam architectos ca- „
lumniarum, atque adeò æmulatores „
Iudæorum, qui Filium innocentissi- „
mæ Virginis postularunt, velut ho- „
minem ebriosum, lurconem, sedi- „
tiosum, & blasphemum: cùm tamen „
esset, non tantùm ab hisce flagitijs a- „
lienissimus, verùm etiam in contra- „
rium omni virtute, ac laude cumu- „
latissimus. Hæc censura est viri illius „
præclari. Qui addit, dubitandum
non esse, quin Turcæ, qui cum hono-
re, ac reuerentia mentionem Mariæ
in Alchorano faciunt, nunquam im-
punè

tes pertrahere conantur, dũ impijssimam illi hanc orationẽ tribuũt: *Cælum ipsum in hac terrâ expectas, sed inferni dolores potius te propter ipsum in hac vita obruẽt*. Quod horribile dictu est. Ser. de orat. Deip.

Aliam *Eclipsim* confingunt ex verbis eiusdẽ Prophetæ *Tuam ipsius animã pertransibit gladius. Magnos ac priscos auctores aliquos non deesse qui dicant Mariam* Deiparam *dubitatis ac infidelitatis gladio fuisse percussam, vt ei Simeon senex prædixerat* scribit Brentius. At enim Simeonẽ nõ de gladio dubietatis, sed doloris, tristitiæ, angustię, quo transfixa fuit anima Matris, cùm dilectissimo Filio crucifixo cõpateretur, loquutũ fuisse, veteres Ecclesiæ Doctores adfirmant. si vnũ Origenẽ excipias non vnius erroris conuictũ, & ab eo deceptos posteriores paucos Græcos. Quamuis Origenes etiã suã emendasse videtur sententiã, scribens: *Mariã æstimabilẽ ac plenissimã sanctitatem habuisse, imò & iustitiam perfectam ac consummatam*. Quomodo aũt infi-

Gladius animã Virginis penetrans, qualis.

Hom. 18. de diuers.

infidelis dubietas consistere potest cum sanctitate consummata?

An iuxta crucem Eclipsata.

Minus peccant, peccant tamen in constantissimam Virginis fortitudinem, qui illam iuxta crucem in deliquium incidisse, ac gestus minus cópositos, instar fæminæ, in rebus desperatis, edidisse, pingendo, scribendoque insinuant, vt imperitè Sanazarius:

At Mater, iã non Mater, sed flentis & orba,
Infelix simulacrum: ægra, ac sine viribus umbra.

S. Ansel. serm. super stabat,

Si vnquam aliàs, certè tunc inuictum robur ostendit Martyrum Regina. Quando, vt loquitur Anselmus, stabat Maria in fide Iesu constantissima, & patientissima. Nam Discipulis fugientibus, cunctisque viris recedentibus, in gloriam totius fæminei sexus inter tot pressuras Filij sui constanter illa stabat in fide Iesu firma, & pulchrè stabat, vt decet pudicitiam virginalem. Non se laniabat in tantâ amaritudine: non maledice-

dicebat, non murmurabat, nec vindictam hostium à Deo petebat. Sed stabat disciplinata, verecunda, Virgo patientissima, lacrymis plena, doloribus immersa.

Audistis quoties *Eclipsim* passa sit splendidissima *Luna*, si maleuolis aduersariorum commentis fides detur. Singulis refellendis non immoramur, cùm id proprio loco faciendũ sit. Omnibus opponimus iudicium Ecclesiæ, quod infallibile est, quippè ipsius veritatis. Ea, vt patitur adfirmari, quod ab originaria labe non fuerit obscurata: ita iubet, vt certum haberi, quod à nullo, quamuis minimo delicto actuali fuerit obtenebrata. Verba Concilij Tridentini sunt: *Si quis dixerit, hominem posse in tota vita peccata omnia, etiam venialia vitare, nisi ex speciali* Dei *priuilegio, quemadmodum de* B. *Virgine tenet* Ecclesia, *anathema sit*. Itaque Ecclesia, vel definiuit, vel definitum esse declarauit Synodus Oecumenica, Mariam ex

Ecclesiæ sensus de peccatis actualibus B.V.

Sessione 6. can. 23.

priui-

priuilegio singulari, nulla, quamuis leuissima, cõmisisse peccata venialia. Quocirca, communior est Doctorũ sententia, immunitatẽ Virginis à veniali esse iã de fide; oppositam verò, post Tridentinũ, censeri debere hæreticam. Tam certum est, *Lunam mysticã* toto vitæ mortalis tẽpore nunq̃ fuisse, vel minimã, à peccato passam *Eclipsim*. Si qui ex antiquioribus minus clarè, aut beneuolè de hoc ipso loqui videantur, pia interpretatione ad sensum catholicũ deducẽdi sunt.

An in Purificatione Eclipsata.

Illud in hoc genere superest disquirendũ: An-nõ in Purificationis solẽnitate, tanq̃ *Luna eclipsata* comparuerit. Id enim ex eorum videtur sequi opinione, qui existimant Deiparam legi Purificationis fuisse obnoxiam. Hoc enim si admittatur, aliqua illã partûs immunditia coinquinatã adfirmare necesse est. Id verò dignitati, ac puritati intemeratę Virginis min⁹ consentaneum esse fidenter asserimus; ideoq; nę tũc quidẽ *Eclipsim* passam.

Abulen. in c. 12. Leui q. 2. 3. & 20. Oleaster ib. Iãsen. cap. 12. Concor.

ſam. Imprimis enim, oẽm, quę à peccato eſt impuritatẽ ab illa excluſim⁹. Impuritatẽ naturæ, quæ infirmitatẽ debilitatemq; puerperarũ, ac fætus cum inuolucris ſordidis impuritatẽ cõplectitur, Patres ab eâ remouent, dum ſaluâ virginitate, q, fides docet, hilarẽ, & interna externaque lætitiâ perfuſam, ſine dolore, laboreque peperiſſe pronunciant. Sic enim

--- *Chriſtus ab aluo*

Proceßit ſplendore nouo: velut ipſe decoro
Sponſus ouans thalamo, forma ſpecioſus amœnâ
Prænatis hominum, cuius radiante figura
Blãdior in labijs diffuſa eſt gratia pulchris.

Velut aqua exit è petra, inquit Ambroſius: velut maturus ab arbore baiulâ fuctus, ſine vellicatione elabitur, ait D. Cyprianus: velut ſolaris radius dum cryſtallum penetrat. *Ambr. in Luc. Cypr. Ser. de Nati. cap. 3.*

Haud aliter, quã cũ purũ ſpecularia Solẽ
Admittunt, lux ipſa quidẽ pertranſit & oẽs
Irrũpẽs laxat tenebras, & diſcutit vmbras:
Illa manent illæſa.

Actius de partu Virg.

Tan-

Tandem nulla fuit in Virgine legalis infirmitas: nulla immunditia, quæ non adhærebat, nisi illis puerperis, quæ ex virili conceperant semine. Legis verba clarissima sunt: quibus destinatò, singulari Dei prouidentiâ exceptam B. Virginem Patres communiter docent. Horum agmen ducit Origenes, qui Leuit. 12. *Ad discretionem*, inquit, *Virginis, quæ sine semine concepit, & peperit, istum sermonem præ ceteris mulieribus legis-lator adiecit.* Chrysostomus quoque, postquam impletos dixit dies purificationis, subiungit: non fuisse necesse Virgini, vt purificaretur, legem tamē fuisse impletam. Et Theophylactus, notat Euangelistam dicere, secundū legem impletos esse dies purificationis, non secundum veritatem, cum nulla necessitate Virgo adstringeretur expectare dies purificationis. Eodem modo Euthymius, *Dei Genitrix.* inquit, *huic legi subiecta nō erat, eo quod semen non susceperat.* Ex Latinis, post mul-

Theoph. in Luc.

Euth. in Luc.

multos alios, Venerabilis Beda: *Dum dicitur*, Mulier, quæ suscepto semine peperit, *designatur immunda, rituqúe legis docetur esse mundanda, ad distinctionem illius, quæ Virgo concepit, & peperit*. Gemina sunt, quæ scribunt, Anselm. *a* Titus Bostrensis, *b* S. Bernar. *c*. D. Thom. *d* Rupertus, *e* Rudolph⁹, *f* Eusebius Emissenus, *g* Guaricus, *h* Rhaban⁹, Ildefonsus, Lyranus Haymo, Eligius. deniq; duo lumina Ecclesiæ; Latinæ, Augustinus; Græcæ, Cyrillus. Recentiores absq; numero; nec est veterũ vllus, qui idcirco purificatam scribat, quod expiatione ob immunditiam, egeret.

Bed. Luc. 2.
a *In Luc.*
b *Luc.* 2.
c *Serm. de Pur.*
d 3. *Par.*
e *lib.* 2.
f *lib.* 4.
g *Serm. de Pur*
h *Cyr. li.* 1. *de fide.*

Itaque *Luna-mystica* fuit in se semper lucidissima, extra omnẽ tenebrosi deliquij aleã. Vtinam nobis quoq; splẽderet semper. Sed contrariũ frequẽter accidit. Quod .n. inter signa extremi iudicij refertur: *Sol obscurabitur*, seu *cõtenebrabitur*, & *Luna nõ dabit lumẽ*, vel *splendorẽ suũ*, mystico sensu, obscuritatẽ quandã Solis ac Lunę

Mystica Solis ac Lunæ obscuratio.

indicat, quæ nobis ſummoperè eſt metuenda, contingit tamē nō rarò. Diſſimulo, ꝙ placuit Auguſt. & myſticū eſt, Solē, & Lunā dici Eccleſiā, quę obſcurabitur Antichriſti tēpore. Omitto etiā, ꝙ inculcat Ambr. eodē penè ſenſu; & quod Origenes ſcribit, Solē obſcurandū, i.e. Diabolum: Lunā verò, cōgregationē impiorū: Aio, *Solē & Lunam-Mysticā*, IESVM, & MARIAM obtenebrari nobis interdum, & non dare lumē ſuū. Quod eſt, *Eclipſari*, nō in ſe, per luminis amiſſionē, ſed in nobis, quoniam ad nos lumen ipſorum non deriuatur.

S. Auguſt. Epiſt. 80.

S. Ambro Luc. 21.

Quomodo id futurum ſit, in Solis, ac Lunæ, quam conſpicimus noctu, ante diē iudicij, obſcuratione, quęrunt anxiè diuinæ Scripturæ Interpretes. Epiſcopus Abulenſis quatuor modos ſuggerit. *Primò*, per ſubtractionē productionis radiorū, ita, vt non mittant ad inferiora lumen. *Secundò*, per interpoſitionem corporis alicuius opaci. *Tertiò*, per ſubtractionem

Abulen. Matt. 24 q. 155.

nem lucis, ita vt eo tempore non ſint corpora luminoſa. *Quartò*, per *Eclipſim*. Arridet autem Toſtato maximè ſecundus modus, vt interiectis nubibus, & alijs corporibus denſis, Sol & Luna tenebreſcãt. Quod etiam probant Dionyſius Carthuſia. Nicolaus Lyranus, Sebaſtianus Barradas alijq; non pauci. Cardinalis Caietanus in Marci c. 13. arbitratur, Solem obſcurandum, abſq; eclipſi, ac nubibus. Et de Luna dum explanat Domini cõminationem: *Luna non dabit lumen ſuum*, ſic commentatur. *Non dicit*, non habebit lumen, *quia ſimiliter abſque eclipſi ac nubibus ſubtrahetur ſplendor eius.* Et in Matthæi 24. *Luna*, inquit, *non dabit lumẽ ſuum. Hinc ſignificatur quod* Luna *habens lumẽ ſuũ, nõ dabit illud, vt intelligamus, quod nõ loquatur de* Eclipſi, *ſed de miraculo: quia in* Eclipſi *Luna non habet lumen*. Et de Sole: *Non intelligo*, ait, *per interpoſitionẽ Lunæ obſcurandũ, ſed miraculoſa obſcuratione*. Nimirum, veriſimilius putat, nã cõiecturis hic

Tom. 3. l. 9. c. 10.

agitur: nihil certi habemus, Lunam, vti Solem, habituram lucem, ſed non exhibiturã: quoniam De⁹ impediet lucis fluxũ: quod poteſt, ſublato cõcurſu, ne ſplendorem emittat. Cuius illuſtre exemplum eſt in fornace Babylonicâ, in quâ Deus igni concurſum denegauit ad comburendum.

B V. Obſcuratur hominibus.

Id facilius intelligitur euenire in *Luna-myſticâ*, in cuius obſcuratione quatuor illi modi ἀναλόγως conueniunt. Nam primò, interponitur, quorundã malitiâ, inter homines, & lucentiſsimam Diuam, opacitatis velum. Deinde ſubtrahit ipſa benignitatis, fauoriſque ſui lumen. Quo fit, vt videatur, lumine amiſſo, tenebroſa. Et ſic verè, non ſibi, ſed nobis eclipſatur. Nonne inter ſe, ac ſplendidiſſimum Aſtrum, *Mariam*, velut opaciſsimum corpus interponunt ij, qui negligẽtes in illius cultu, quotidie in pietate deficiũt? qui immemores obligationis, quâ ſe Reginæ cælorum conſecrarunt, illius venerationem

tione m

tionem, neque in alijs promouent, neque in se exhibent? qui ad ipsius memoriam à flagitijs nõ abstinent? q nullius virtutis Marianę imitatione ducũtur, siqui sunt tales? Sed multo magis si reperiantur, qui, quamuis Sodalium nomine glorientur, nihil tamen minus, quã Marianorum formam coloremque referunt? Qui rarò Ecclesiæ Sacramenta frequentant: rarò religionis sacrosanctæ munia obeunt: nunquam amplius, postquam ludo litterario valedixerunt, ad Parthenici cætus congressum se conferunt. Qui frequentius, non in plateis modò, campis, foro, quod tolerandum esset: sed fortasse etiam in cauponâ, ganeâ, & similib⁹ vinolentiæ ac libidinis diuersorijs quàm in tẽplo reperiũtur. Qui corde, linguâ, manu sunt fædi, ac execrabiles. Vt nihil dicam de ijs, qui nomine tenus Christiani, quales inter fidei orthodoxæ iuratos hostes plurimi, ore spurcissimo, honorẽ Filio, ac Matri

detrahunt: qui eius patrociniũ, & omnẽ cũ illâ cõsuetudinẽ abiurant: vt facere coguntur, aut ſponte faciunt, poſt Dei ipſiuſmet abnegationẽ, venefici: qui blaſphemijs illã inceſſunt.

His meritò puritatis aſtrum, MARIA, obſcuratur, ſcelerum opacitate inter ipſos, ac *Lunam* illam interpoſitâ. His videtur tenebreſcere, quamuis in ſe ſplendidiſſima ſit. His clariſſimos benignitatis ſuę radios ſubtrahit, ac verè ijs eclipſatur. Sed meminerint, qui tales ſunt, ac ſibi caueant: *Eclipſim*, ſiue Solis, ſiue *Lunæ*, ſi diuturna ſit, vel frequens, aut inſolita, magni mali eſſe prognoſticon. Quẽadmodũ in Ægypto ſub Pharaone, quando *extendit Moſes manum in cælum, & facta ſunt tenebræ horribiles in vniuerſa terra AEgypti*, ita, vt tribus diebus nemo videret fratrẽ ſuũ, nec moueret ſe de loco, in quo erat. Vti etiã, Chriſto in crucẽ acto, quando *Eclipſis* cõtigit cõtra naturæ curſum & ordinẽ, Siquidẽ virtute diuina, Luna reli-

Eclipſis mali prognoſticon.

ᵭo

cto suo proprio cursu, ad Solē accessit, illūq; hominib⁹ occultauit. Quapropter B. Diony. Areopagita exclamasse eo tempore in Græcia dicitur: *Aut Deus naturæ auctor patitur, aut mūdi machina dissoluetur.* In morte etiā Romuli fuisse *Eclipsim* admirandā referunt Annales. Et Scipione aduersus Hannibalē, propè Carthaginē, pugnante, ac vincēte, integrū fuisse Solis defect scribit Zonaras. Ideq; inter prodigia sub Augusti mortē memorat, ꝙ Sol tot⁹ defecerit: cælū latè ardere sit visū, & stellæ crinitæ sanguineo colore sint cōspectę. Terrorē intulit orbi Romano, quando Vitellio Imperatore, breui interuallo, *Luna* bis deficere visa est, præter solitū, & 4. & 7. die obscurata. Quod etiam accidit Constante Heraclij nepote imperante.

Aug lib. 3. de Ciuit. c. 15.

Zonaras Tom. 2.

Nicephor. li. 1. c. 17.

Zonar. in Vitellio.

Id. in Cōstante.

Ab eodē signo infelicitatē superioris, ante aliquot lustra æui, anguratus est, ac descripsit deinde tēporū curiosus obseruator. Quādo, inqt, frequētiores

 tiores

Terruit plurimos, Imperatoribus Veſpaſianis, obſcuritas magnorũ luminariũ: cũ diebus duodecim vtrũq; ſydus Sol & Luna quæſita ſunt: ſed fruſtra: diuturna pertinaciq; caligine latentes. Sicut & Irenes tẽpore, cùm Cõſtantino Auguſto oculi eruerentur: tunc enim XVII. diebus ſidus maximũ radios ſubtraxit. Ac Leone IV. imperante, ſeptendecim diebus idẽ ſidus adeò nusq̃ viſum eſt, adeoq; ſplendorẽ mũdo negauit, vt mari nauigantes, vias amiſerint, errauerintq; grauiſsimè, vt Theophanes Iſauricus refert, apud Anaſtaſ. Bibliothecariũ, oculatus teſtis. Quæ oſtẽdunt, nõ omninò, abſq; probabili argumento perſuaſionẽ concipi, *Eclipſim* frequẽtẽ, aut inſolitã calamitatum indicem eſſe, ac portẽdere morbos, clades, interitũ. Quod etiãſi fallat interdũ in Eclipſi, quã oculis his corporis conſpicimus: nunq̃ tamẽ non veriſsimũ eſt in Eclipſi myſtica, quæ ob interpoſitionem iam dictam contigit.

Plin. lib. 2. cap. 13.

Ionaras.

Anaſt. anno 783.

 Nam

est in Ephesina Synodo dānata perfidia: sed maiores etiam blasphemiæ pœnas soluit, dum iustissimo Dei iudicio damnatus horribili est absumptus exitio.

Cōstant. Copronym⁹ Imperator Oriētis, cū eo impietatis ac amentiæ prorupisset, vt oēm S.S. Virginis inuocationē, & cultū detestaretur ipse, & à Christianis implorari Virginem, lege latâ, vetuisset; Venere, libidinū magistra in locum Deiparæ substitura, interijt miserrimè. Siquidem moriturus, carbunculum, morbi genus abominabile, sensit, quo pedes inflammati condolebant: ardentissimis etiam iactatus est febribus, quę tales fuerunt, vt à medicis remediū inueniri nō posset. Accessit elephantia, deformis aspectu, perniciosa cōtagio. Ergo rebus omnibus desperatis, clamare, ac vociferari coact⁹ est, se violatæ Deiparæ Virg. pænas dare: & propter impias in Dei Matrē detestandasque blasphemias, vel viuū flāmis illis tradi, quæ nullis seculorū *Const. Copronymus.*

ſpacijs, ac terminis extinguuntur. Precari proinde, vt Maria meritis laudibus exornetur, quibus ſibi placetur irata. Paulò poſt impius deceſſit indignus diuinæ Parentis auxilio.

Conſtans Imp. Peſſimum etiam exitum habuit Conſtans Imparator miſerè trucidatus, poſtquam nobiliſſimum templũ Sanctę Virg. ad Martyres, quod Pantheon dixit antiquitas, ſpoliaſſet.

Leo Armenus. Quã malè perierit Leo Armenus, cùm veſtigijs Copronymi inſiſteret, refert Zonaras in Annalibus. *Simon Metaph. in vita S. Theoctiſtæ in Nouem.* Quid acciderit in hoc genere Præfecto Tiberij Imperator. & Anatolio memorat illius temporis Hiſtoricus. Quid Niſiro Arabi ſceleratiſsimo prædoni habet Simeon Metaphraſtes. *Benno in vita S. Vdalrici. Trithemius li. de Orig. Bauaror.* Quid tribus ſacrilegis narrat Benno Abbas Augienſis. Quid Duci Arnoldo Trithemius. Quid alijs, in omni penè orbis parte, certis cõſtat bonæ fidei teſtibus. Iucũdior eſt, nec infructuoſa commemoratio illorum, qui ſua in colendâ Virgine, vel indiligentiæ *Exempla eorum qui mitius puniti.*

ve-

vel imprudentiæ, impudentiæque pœnas, aut salutares, aut non mortiferas dependerũt. Quorum magnus est numerus, opportuno tempore nominatim exprimendus. Cùm nũc tantùm hoc agamus, vt demonstremus, *Eclipsim* Marianam, quæ criminum, crassis veluti nebulis, inter Patronam lucidissimam, & criminosos intercurrentibus, efficitur, malorum imminentium, ac sępe exitij luctuosi esse indicium.

Est-ne verò alia species *Eclipsis*, quâ *Luna* M*ystica* obnubilari, & quodammodo deliquium pati existimetur? Est sanè. Quam vtinam sæpè nõ patiatur MARIA. Quæ verè, meo sensu, est *Luna eclipsata*. Huius rei gratiâ, *Obseruo*. Per Solem, aut Lunam obscuratam, intelligi apud Sapientes, ingentem quandam tristitiam, quâ afficiantur, & quodammodo absorbeantur, vel per fictionẽ oratoriam, seu prosopopæiam, ipsa Sidera, vel per verum affectum, side- *Eclipsis mæstitiam indicat.*

rum inſpectores, homines. Quo
vſque adeò verum eſt, vt non defue
rint, qui, quod Chriſtus dixit, de te
pore iudicium extremum præceden
te: *Sol obſcurabitur*, & Luna *non dab*
lumen ſuum, retulerint, non ad vera
obſcurationem, aut deliquium, ſe
communem orbis mæſtitiam. Quo
tunc talis ſit futura mundi facies, v
non tantùm homines, ſed magna e
iam illa vniuerſi luminaria, angi, a
mœrore confici videri poſſint. Iten
Sol & Luna obſcurabitur: hoc eſ
inquiunt, in ſummis dolorum, ma
ſtitiæq; tenebris verſabuntur hom
nes, perinde, ac ſi Sol illis & Lunæ n
hil luminis præberent.

Iſaias 13. Sic de Babylonis euerſione lo
quens Iſaias Propheta: *Stellæ cæl*
ait, & *ſplendor earum non expandent lu*
men ſuum. Obtenebratus eſt Sol in ort
ſuo: & Luna *non ſplendebit in lumin*
ſuo. Cuius oraculi ſenſum ſcribit eſſ
S. Hieron. Quod cùm dies Domin
aduenerit, & furor eius vniuerſa va

ſta

ſtauerit, tunc timoris magnitudine cuncta tenebreſcēt mortalib. vt Sol, Luna, aſtraq; rutilantia ſuum videātur negare fulgorē. Vnde, & cælum ſacco induitur, quod ſcilicet tenebrę cuncta operiāt, & prementibus malis nihil aliud ſentiant homines, niſi quod mens videre compellit. Amos quoque Propheta de captiuitate populi Iſraëlitici vaticinans, ſcribit: *Et erit in die illa*, dicit Dominus, *occidet Sol in meridie, & tenebreſcere faciam terram in die luminis: & conuertam feſtiuitates veſtras in luctum, & cantica veſtra in planctum.* Nimirum, occidere dicitur Sol in meridie hominibus, cùm ſplendor, ac lætitia omnis extinguitur. Idem cap. 5. *Numquid non tenebræ dies Domini, & non lux, & caligo, & non ſplendor in eo?* *Amos 5. 8.*

Iſtiuſmodi *Eclipſim* accidiſſe temporibus ſuis, Antiochię auctor eſt D. Chryſoſtomus; qui illam facundiſſimè deſcribit hac exaggeratione: *Ipſa aeris natura, & ſolarium radiorū cir-* *Chryſoſt. hom. 2. ad pop. Antiochen.*

culus, nunc mihi quodammodo mærere, obtusior lucere videtur. Non elementis n turam mutantibus; sed nostris oculis, q tristitiæ nube turbati sunt, non valentib purè, neque cum eadem virtute rad rum lumen suscipere. Hoc est, qu *olim Propheta lugebat, dicens:* O cidet illis Sol in meridie, & obt nebrabitur dies. *Hoc autem dic bat, non quod Planeta absconderetur: n que, quod dies euanesceret: sed quod m rentes ne quidem in meridie propter dol ris caliginem, lucem cernere possin Quod & nunc factum est.* Certè, *qu cumque quis respexerit, siue in te ram, siue in parietes, siue in vrbis colun nas, siue in proximos, noctem & obsc ritatem profundam cernere videtur.* S *omnia plena sunt tristitia, ac confusi nis.*

Huius ista est ratio communi Quoniam cùm tenebræ causa sin angoris, hic earum effectus, ac ma stitia, tum quæuis calamitas, nom

ne caliginis, ac tenebrarum ſignificatur, vt docet S. Gregorius. Cum lumine, lætitia omnis extinguitur. S. Gregor. Iob. 18. Ita ſenſit Tobias ſenior, qui ſalutatus ab Angelo, *Gaudium tibi ſit ſemper:* reſpondit *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris ſedeo, & lumen cœli non video?* ac ſi dixiſſet, Ah! quale gaudium Tob. 5. 11. 12. habere iam poſſim, qui in tenebris miſer vitam ago, iucundiſſimaque lucis vſurâ nullâ fruor. Contra verò, cum lux lætitiam cauſſet, ac ſignificet: Sol ac Luna ſplendens lætitiam indicant. Quare de lætitia populi interpretantur quidam illud Iſaiæ 30 *Et erit lux Lunæ, ſicut lux ſolis: & lux ſolis erit ſeptempliciter: ſicut lux ſeptem dierum in die, qua alligauerit Dominus vulnus populi ſui.* Nempe, omnia erunt lætiſſima, ac ſplendidiſſima, perinde ac ſi Luna in Solem conuertatur, ac Sol multo ſplendidior compareat.

Itaque *Luna myſtica* eclipſata dicetur, cùm vel ipſam, quodam quaſi *Maria Virgo nubilo tecta.*

mæ-

mæſtitiæ nubilo tectam : vel eius ſpeculatores admiratoreſq; calamitatũ nebuloſa caligine inuolutos licebit cõcipere, aut adfirmare. Quod ſi vllo vnquã tempore fuit, certè hoc exulceratiſſimo eſt perquã oportunũ. Quando non ſolùm cõmunibus ac vſitatis reipublicæ malis, quę belli, peſtis, famiſq; nominibus deſignãtur, ſed inauditis etiã, certè non vulgaribus, à Cacodęmone inuectis, orbis Chriſtianus, penè obruitur: Veneficis lõgè, lateq. graſſantib. Quorum tam horrenda memorantur facinora, vt ſi lacrymas fũdere poſſent ſydera, nũquam ceſſaret diluuium: ſi imminuto ſplendore obtenebreſcere poſſent Cęlites, certè & Sol ille lucis diuinæ ſcaturigo obſcuraretur & Luna noſtra non daret lumen ſuum immenſitatẽ doloris cõcepti ꝓfeſſa.

Sed quid iſtis Orci Cerberis commercij *cum Luna myſtica?* Fortaſſe, vt illi, tanquam canes ſtygij, allatrent? vt illam, ſi quomodo poſſint, exagi-

gitent? vt illius lumen, quod in votis habent, imminuant? Certè olim nullum genus hominum magis infestum fuit Lunæ splendenti, quàm artis veneficæ, si tamen ars est illa, quæ ex tartaro prodijt disciplina, addicti. Quod ex Poëtis discimus, qui Lunæ *Eclipsim* veneficarum cantionibus adscribunt. Et fuit sanè vetus opinio, è cunctis astris Lunam subiectam esse magicę superstitionis carminibus *Luna subdita veneficarũ cantionibus.*

Vir. Eclo. 7

Carmina vel cælo possunt deducere Lunã.

canebat Poëta. Cùm igitur vel inuita, ac reluctando, vt scribunt profani, rapiebatur incantamentis ad terram, tunc eclipsim pati, nec comparere amplius, & veluti interire dicebatur.

Inimica Virgini purissimæ est secta exitialis, si qua alia, veneficorum, qui aperto cum illa Marte depugnare velle videntur. Nam sacramento ad id auctorati sunt ab hoste illius capitalissimo: ideoque

nihil

Nam certissimã pestem illis, quibus lumen Lunæ nostræ idcirco eripitur, aliasque calamitates prænunciat.

Impij in B. B. Hic recensenda essent exempla illorum, qui, vel ob sceleratam suã audaciã, quâ in Virginem sacrosanctã fuerunt iniurij, grauissima supplicia passi sunt: vel ob negligentiã in cultu ei debito, ac addicto cõmissã leniùs quidẽ fuerũt castigati, punitionẽ tamẽ meritò metuendã nõ euaserunt. Nolo longa historiarũ enarratione tẽpus laudationi Marianæ præscriptum plus æquo extrahere: nomina tantum indicabo quorundã, quibus pessimè cessit scelerum suorum spissitudine Lunam Mysticam opacasse; quibus idcirco benignitatis ac patrocinij subtractus splendor. hinc calamitatum fuit initium; indeque certus interitus.

Nestorius. Notus est ex historia Ecclesiasticâ impius, ac turpissimus hæresiarcha *Nestorius*, qui Sanctiss. Virginem Dei esse Matrẽ insiciabatur. Cuius quidẽ

est

eſt in Epheſina Synodo dānata perfidia: ſed maiores etiam blaſphemiæ pænas ſoluit, dum iuſtiſſimo Dei iudicio damnatus horribili eſt abſumptus exitio.

Cōſtant. Copronym⁹ Imperator Oriētis, cū eo impietatis ac amentiæ prorupiſſet, vt oēm S.S. Virginis inuocationē, & cultū deteſtaretur ipſe, & à Chriſtianis implorari Virginem, lege latâ, vetuiſſet; Venere, libidinū magiſtra in locum Deiparæ ſubſtituta, interijt miſerrimè. Siquidem moriturus, carbunculum, morbi genus abominabile, ſenſit, quo pedes inflammati condolebant: ardentiſſimis etiam iactatus eſt febribus, quę tales fuerunt, vt à medicis remediū inueniri nō poſſet. Acceſſit elephantia, deformis aſpectu, perniciosa cōtagio. Ergo rebus omnibus deſperatis, clamare, ac vociferari coact⁹ eſt, ſe violatæ Deiparæ Virg. pænas dare: & propter impias in Dei Matrē deteſtandaſque blaſphemias, vel viuū flāmis illis tradi, quæ nullis ſeculorū *Conſt. Copronymus.*

ſpacijs, ac terminis extinguuntur. Precari proinde, vt Maria meritis laudibus exornetur, quibus ſibi placetur irata. Paulò poſt impius deceſſit indignus diuinæ Parentis auxilio.

Constans Imp. Peſſimum etiam exitum habuit Conſtans Imparator miſerè trucidatus, poſtquam nobiliſſimum templũ Sanctę Virg. ad Martyres, quod Pantheon dixit antiquitas, ſpoliaſſet.

Leo Armenus. Quã malè perierit Leo Armenus, cùm veſtigijs Copronymi inſiſteret, refert Zonaras in Annalibus. Quid acciderit in hoc genere Præfecto Tiberij Imperator. & Anatolio memorat illius temporis Hiſtoricus. Quid Niſiro Arabi ſceleratiſsimo prædoni habet Simeon Metaphraſtes. Quid tribus ſacrilegis narrat Benno Abbas Augienſis. Quid Duci Arnoldo Trithemius. Quid alijs, in omni penè orbis parte, certis cõſtat bonæ fidei teſtibus. Iucũdior eſt, nec infructuoſa commemoratio illorum, qui ſuæ in colendâ Virgine, vel indiligentiæ, vel

Simon Metaph. in vita S. Theoctistæ in Nouem. Benno in vita S. Vdalrici. Trithemius li. de Orig. Bauaror. Exempla eorum qui mitius puniti.

vel imprudentiæ, impudentiæque pœnas, aut salutares, aut non mortiferas dependerũt. Quorum magnus est numerus, opportuno tempore nominatim exprimendus. Cùm nũc tantùm hoc agamus, vt demonstremus, *Eclipsim* Marianam, quæ criminum, crassis veluti nebulis, inter Patronam lucidissimam, & criminosos intercurrentibus, efficitur, malorum imminentium, ac sępe exitij luctuosi esse indicium.

Est-ne verò alia species *Eclipsis*, quâ *Luna* M*ystica* obnubilari, & quodammodo deliquium pati existimetur? Est sanè. Quam vtinam sæpè nõ patiatur MARIA. Quæ verè, meo sensu, est *Luna eclipsata.* Huius rei gratiâ, *Obseruo.* Per Solem, aut Lunam obscuratam, intelligi apud Sapientes, ingentem quandam tristitiam, quâ afficiantur, & quodammodo absorbeantur, vel per fictionẽ oratoriam, seu prosopopæiam, ipsa Sidera, vel per verum affectum, side- *Eclipsis mœstitiam indicat.*

rum inſpectores, homines. Quod vſque adeò verum eſt, vt non defuerint, qui, quod Chriſtus dixit, de tẽpore iudicium extremum pręcedente: *Sol obſcurabitur*, & Luna *non dabit lumen ſuum*, retulerint, non ad veram obſcurationem, aut deliquium, ſed communem orbis męſtitiam. Quod tunc talis ſit futura mundi facies, vt non tantùm homines, ſed magna etiam illa vniuerſi luminaria, angi, ac mœrore confici videri poſſint. Item: Sol & Luna obſcurabitur: hoc eſt, inquiunt, in ſummis dolorum, mæſtitiæq; tenebris verſabuntur homines, perinde, ac ſi Sol illis & Lunæ nihil luminis præberent.

Iſaias 13. Sic de Babylonis euerſione loquens Iſaias Propheta: *Stellæ cæli*, ait, *& ſplendor earum non expandent lumen ſuum. Obtenebratus eſt Sol in ortu ſuo*: & Luna *non ſplendebit in lumine ſuo*. Cuius oraculi ſenſum ſcribit eſſe S. Hieron. Quod cùm dies Domini aduenerit, & furor eius vniuerſa va-

ſta-

ſtauerit, tunc timoris magnitudine cuncta tenebreſcēt mortalib. vt Sol, Luna, aſtraq; rutilantia ſuum videā-tur negare fulgorē. Vnde, & cælum ſacco induitur, quod ſcilicet tenebrę cuncta operiāt, & prementibus malis nihil aliud ſentiant homines, niſi quod mens videre compellit. Amos quoque Propheta de captiuitate populi Iſraëlitici vaticinans, ſcribit: *Et erit in die illa*, dicit Dominus, *occidet Sol in meridie, & tenebreſcere faciam terram in die luminis: & conuertam feſtiuitates veſtras in luctum, & cantica veſtra in planctum.* Nimirum, occidere dicitur Sol in meridie hominibus, cùm ſplendor, ac lætitia omnis extinguitur. Idem cap. 5. *Numquid non tenebræ dies Domini, & non lux, & caligo, & non ſplendor in eo?* *Amos c. 8.*

Iſtiuſmodi *Eclipſim* acciđiſſe temporibus ſuis, Antiochię auctor eſt D. Chryſoſtomus; qui illam facundiſſimè deſcribit hac exaggeratione: *Ipſa aeris natura, & ſolarium radiorū circulus,* *Chryſoſt. hom. 2. ad pop. Antioch.*

culus, nunc mihi quodammodo mærere, & obtusior lucere videtur. Non elementis naturam mutantibus; sed nostris oculis, qui tristitiæ nube turbati sunt, non valentibus purè, neque cum eadem virtute radiorum lumen suscipere. Hoc est, quod olim Propheta lugebat, dicens: Occidet illis Sol in meridie, & obtenebrabitur dies. *Hoc autem dicebat, non quod Planeta absconderetur: neque, quod dies euanesceret: sed quod mærentes ne quidem in meridie propter doloris caliginem, lucem cernere poßint. Quod & nunc factum est.* Certè, *quocumque quis respexerit, siue in terram, siue in parietes, siue in vrbis columnas, siue in proximos, noctem & obscuritatem profundam cernere videtur. Sic omnia plena sunt tristitia, ac confusionis.*

Huius ista est ratio communis. Quoniam cùm tenebræ causa sint angoris, hic earum effectus, ac mæstitia, tum quæuis calamitas, nomine

ne caliginis, ac tenebrarum significatur, vt docet S. Gregorius. Cum lumine, lætitia omnis extinguitur. Ita sensit Tobias senior, qui salutatus ab Angelo, *Gaudium tibi sit semper:* respondit *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video?* ac si dixisset, Ah! quale gaudium habere iam possim, qui in tenebris miser vitam ago, iucundissimaque lucis vsurâ nullâ fruor. Contra verò, cum lux lætitiam causset, ac significet: Sol ac Luna splendens lætitiam indicant. Quare de lætitia populi interpretantur quidam illud Isaiæ 30. *Et erit lux Lunæ, sicut lux solis: & lux solis erit septempliciter: sicut lux septem dierum in die, qua alligauerit Dominus vulnus populi sui.* Nempe, omnia erunt lætissima, ac splendidissima, perinde ac si Luna in Solem conuertatur, ac Sol multo splendidior compareat.

S. Gregor. Iob. 18.

Tob. 5. 11. 12.

Mariæ Virgo nubilo tecta.

Itaque *Lunæ mysticæ* eclipsata dicetur, cùm vel ipsam, quodam quasi

inæ-

mæſtitiæ nubilo tectam : vel eius ſpeculatores admiratoreſq; calamitatũ nebuloſa caligine inuolutos licebit cõcipere, aut adfirmare. Quod ſi vllo vnquã tempore fuit, certè hoc exulceratiſſimo eſt perquã opportunũ. Quando non ſolùm cõmunibus, ac vſitatis reipublicæ malis, quę belli, peſtis, famiſq; nominibus deſignãtur, ſed inauditis etiã, certè non vulgaribus, à Cacodęmone inuectis, orbis Chriſtianus, penè obruitur: Veneficis lõgè, lateq; graſſantib. Quorum tam horrenda memorantur facinora, vt ſi lacrymas fũdere poſſent ſydera, nũquam ceſſaret diluuium: ſi imminuto ſplendore obtenebreſcere poſſent Cęlites, certè & Sol ille lucis diuinæ ſcaturigo obſcuraretur & Luna noſtra non daret lumen ſuum immenſitatẽ doloris cõcepti ꝓfeſſa.

Sed quid iſtis Orci Cerberis commercij *cum Luna myſtica?* Fortaſſe, vt illi, tanquam canes ſtygij, allatrent? vt illam, ſi quomodo poſſint, exagi-

gitent? vt illius lumen, quod in votis habent, imminuant? Certè olim nullum genus hominum magis infestum fuit Lunæ splendenti, quàm artis veneficæ, si tamen ars est illa, quæ ex tartaro prodijt disciplina, addicti. Quod ex Poëtis discimus, qui Lunæ *Eclipsim* veneficarum cantionibus adscribunt. Et fuit sanè vetus opinio, è cunctis astris Lunam subiectam esse magicę superstitionis carminibus

Luna subdita veneficarũ cantionibus.

Vir. Eclo. 7

Carmina vel cælo possunt deducere Lunã.

canebat Poëta. Cùm igitur vel inuita, ac reluctando, vt scribunt profani, rapiebatur incantamentis ad terram, tunc eclipsim pati, nec comparere amplius, & veluti interire dicebatur.

Inimica Virgini purissimæ est secta exitialis, si qua alia, veneficorum, qui aperto cum illa Marte depugnare velle videntur. Nam sacramento ad id auctorati sunt ab hoste illius capitalissimo: ideoque

nihil

nihil magis in optatis habent, quàm sibi, ac suo Principi inuisam cælo si possent, detrahere, ac pedibus subijcere, cuius calcaneo caput Serpentis venenarij conteritur. His alijsque Dominæ Nost. hostibus fortiter, ac animosè nos opponamus, non tam corpore, & armis carnalibus, quàm animi constantiâ, & panopliâ spirituali; quæ feruenti precum assiduitate, seriâ vitæ emendatione, malorum fugâ, sacramentorum pia frequentatione, alijsque sacro-sanctæ religionis, ac iustitiæ Christianæ officijs continetur. Quorum vi, atque efficaciâ facillimè *Lunam-mysticam* ad vota nostra è cælo aduocabimus. Veriùs profectò, quàm superstitiosis immurmurationibus *Lunam* corpoream sortilegi.

Imitanda Deipara.

Veniet ad nos haud inuita Patrona nostra, si imitandi illam studio, *Lunam* cælestem repræsentemus. Et coram Deo quidem, vilitatem non animæ minus, quàm corporis agno-

Coram Deo eclipsemur.

scen-

ſcentes, *Eclipſim* noſtram, ac boni omnis defectum profiteamur. Caueamus tamen ſedulò, ne vnquam caligine mortiferi vllius delicti inuoluti, tetram, ac abominandam *Eclipſim* ſcelerum patiamur. In hoc etiam operam diligenter impendamus, vt nouo Eclipſios genere, pœnitentiæ, quæ ſecundum Deum eſt, mœrore atrati, ob criminum, vel à nobis, vel contribulibus noſtris cōmiſſorum enormitatem, omni inani lætitia valere iuſſa, luctu & lacrymis, tum noſtra, tum ſociorum ſcelera expiemus. Denique illud ſupplici prece etiam atque etiam petamus, à miſericordiarum Patre, ac bonitatis omnis & luminis largitore munificentiſſimo; vt ſi contingat nos in hac vitâ interdum, aliquantiſper, gratiæ luce deſtitui; non permittat tamen, vt in alterâ diuinæ lumine gloriæ orbati, æternùm tenebris traditi, qui malorum omnium eſt cumulus, eclipſemur. Quod vt obtineamus, ad

Eclipſim ſcelerum horreamus.

Eclipſi mœroris ac pœnitentia obſcuremur.

Do-

Dominam nostram conuersi iterum iterumque ingeminemus:

LVNA ô terque, quaterque pulchra LVNA,
Eclipsata, tuâ sed absque culpâ,
Ne tuos radios, tuumque lumen
Nostris subtrahe mentibus MARIA!



NOTÆ.

ECLIPSIS ἔκλειψις. Latinè, Defectio, ἀπὸ τοῦ ἐκλείπειν, deficere Quomodo, Quando, & cur non in omni plenilunio fiat Eclipsis Lunæ: & quid illa sit docet Ioannes de SacroBosco lib. 4. Sphæræ: ibique Clauius in Commentario.

POETÆ nominant Lunæ laborem Virgil. lib. 2. Georg.

Defectus Solis varios Lunæque labores.

Varietatem in defectu Solis notat, ob multa quæ contingunt eo deficiente. Nam imprimis, alium atque alium colorem refert, flauum, nigrum, liuidum, ferrugineum. Latet quamuis rarò, toto ferè globo: interdum,

dum, media eius parte: nunquam duobus, quattuorue digitis, vt loquitur Seruius: quod alij legunt, diebus, quibus pallores, languoresq; Soli accidunt.

Deinde labores lunæ *nominat. Quod referri posse censent eruditi, vel ad labores ac cursus menstruos, quibus sydus illud iam media parte luminis, iam caret toto lumine: vel ad defectus quos patitur interuentu terræ: demum ad potestatem Magarum, quibus Luna subdita esse putabatur olim. Legendus Ludouicus* Cerda *lib.* II. *Geor. qui secundum modum probat, vt intelligatur de* Eclipsi, *qua latet, & laborat. Simile quid est in* Lucretio *lib.* 5.

Solis item quoque defectus Lunæq; latebras.

An fortasse hic etiam legendum labores*? Ita quidam existimant: quasi Virgilius ex Lucretio descripserit. Labores quoque sunt ipsi circuitus. Ita labor dicitur de Sole circumrotato per cælū. Et de Stellis Plinius lib.* II. *cap.* 12. Statos siderum labores.

ECLI-

ECLIPSIM *variam in Luna Mystica consideramus.* Prima *est comparatiua respectu luminis immensi, quod inferiora omnia offuscat.* Secunda *Imaginaria, seu putatitia, quam introduxerunt, vel hostes ac maleuoli : vel minus cauti: vel præconcepta opinio. Hostes sunt hæretici, qui actualium peccatorum obscuritatem fingunt. Minus cauti fuerunt aliqui ex antiquis, qui similem luminis priuationem notasse aliquando visi. præconcepta est quorundam opinio de defectu originalis gratiæ.* Tertia *est subtractiua, dum lumen benignitatis, ac patrociny quibusdam subtrahit.* Quarta *afflictiua.*

DEIPARA nulla peccati obscuritate eclipsata] *Ecclesia Dei à Spiritusancto edocta in Concil. Tridentino, sess 6. Cano. 23. de iustificatione decreuit, vel ex fidelium consensu decretum definitumq; statuit, Deiparam nullo vnquam peccato voluntario etiam leuissimo obnoxiam fuisse. Est autem communior Scholasticorum sententia, immunitatem Vir-*

ginis

ginis à veniali esse de fide post Tridentinum, & oppositam sententiam esse hæreticam. Vides quam honorificè sentiat & loquatur de Matre Dei veritatis Magistra, quàm malignè hæresis. Cuius in Septentrione instaurator Martinus Lutherus, licet alicubi non malè scribat, contra Caluinistarum impiam existimationem, Sermone tamen in Natalem eiusdem hanc habet blasphemiam : Omnes Christiani æquè magni sumus sicut Mater Dei, & æquè sancti, sicut ipsa. *Quam dum commemorat Bellarminus Concio 42. quæ est de Natiuitate B. V. sic exclamat. O linguam præcidendam! ô blasphemiam inauditam! Dignare me laudere te, Virgo sacrata: da mihi virtutem contra hostes tuos. Tune Deiparæ Virgini æqualis, qui castitatem violasti, & monachus monialem, hoc est, sacrilegus sacrilegam vxorem duxisti? qui paupertatem voluntariam professus es, & templa, atque altaria spoliasti? qui obedientiæ iugo collum subiecisti, & iugum postmodum excußisti, &*

 sacra

sacra vincula disrupisti, & maioribus tuis, & sanctis pontificibus, & Ecclesiæ matri, & Deo parenti obtemperare recusasti? Tu, qui gloriam Deo, sanctis venerationem, templis ornatum, vim sacramentis, cultum debitum imaginibus sacris, canonicis libris auctoritatem, maioribus obedientiam, & multis millibus miserorum, & per te deceptorum hominum, vitam, & salutem æternam eripuisti? Et quomodo tam excors, tam stultus es, vt tam apertè tecum ipse pugnes, vt cui te parem esse dicis, eius diem festum celebres, & de laudibus eius ad populum verba facias? sed enim, auditores, verum est verbum græcum, κακοῦ κόρακος κακὸν ὠόν, Mali corui malum ouum: quales parentes, tales filij: Iouinianus enim, quem nostris temporibus Lutherus expreßit, qui (vt B. Hieronymus testatur) Virginitatem matrimonio æquabat, & ieiunia reprehendebat, vt Epicuri, vel Aristippi discipulum diceres, idem, peccata paria, & virtutes pares, & præmia paria, iuxta Stoicorum

bare-

hæresim asserebat; neque aliquid interesse volebat inter gloriam Virginis Deiparæ, & eorum infantium, qui mox suscepto baptismate moriuntur. Sanctus quoque Martyr Irenæus cap. 24. lib. 1. contra Valentinum scribit. Carpocratis sectatores eo impudentiæ deuenisse, vt non modò Virgini, sed ipsi etiam Christo se pares dicere auderent. Ecce quales Magistros Lutherus imitatus est. Nam si non istos, sed eorum Antagonistas, sanctos illos patres (qui eorum hæreses refutarunt) illa, inquam, Ecclesiæ lumina, quæ horum tenebras dißiparunt, imitari voluisset, profectò non tam absurdas opiniones, neq; errores tam crassos in Germaniam suam inuexisset.

LVNÆ DEFECTVS *per Magos.*]
Illustris est locus apud Virgilium Ecloga 7.

Carmina vel cælo possunt deducere Lunam.

Vbi Ludouicus Cerda. E cunctis astris LVNA *veteribus ita credebatur subdita esse veneficarum cantionibus, vt quoties his*

luberet, ea è cœlo vel in vita deduceretur. Huius rei ſparſa mentio in Poëtis.

Tibul. *Cantus & è curru Lunam deducere tentat.*

Propertius,

Et vos deducta quibus eſt fallacia Lunæ.

Canidia maga apud Hor. in Epod. *--Polo Deripere lunam, vocibus poſſum meis.* Sil. lib. 8.

Et Lunam excuſſiſſe polo. *Baſil. Hom. 6. Hex. ait, agitari ridiculas quaſdam anicularum fabulas, quæ dicunt,*

Lunam veneficijs à propria ſede dimoueri, deducique ad terram. *Papin. lib. 6. Theb.*

—— attonitis quoties auellitur aſtris Solis opaca ſoror.

Alij tibi paßim occurrent.

Sed quæ in hac re peculiares eſſent notæ, breuiter tibi exponam. Deducebatur maximè à Theſſalis: rubebat tunc in modum ſanguinis: contrudebatur quò vellent magæ: cogebatur deſpumare in herbas

bas, & hac maxima causa, cur deduceretur. Nam illis spumis venefica vtebantur: negabat, repugnabatq́; Luna: laboranti illi subueniebant mortales cymbalorum crepitu, & tinnitu: deducebantur alia astra. Firmabo ista septem. Aristophan. in Neb.

Si veneficam Thessalam emero,
Noctu Lunam captabo.

Plutarch. de defectu oraculorum, vbi ait, Solere interdum homines, Deum deuocare ad sua negotia, addit hoc exemplum:

Vt Thessalæ dicuntur lunam. *Plato in Gorg.*

Thessalas deducentes lunam *nominat.*

Horat. quoque od. 5. Epod. ait, sidera excantari, lunam cœlo deripi; voce Thessala. *Martial. lib. 9. Epig. 30.*

Thessalico Lunam deducere rhombo.

Claudian. de Bel. Get.

Thessalidas patriis lunare venenis.
Incestare iubar.

Seneca in Med. *Thessalicis vexata nimis.*

De rubore sanguinis videndus Cæsarius *Dialog.* 3.

Ouid. 2. Amor.

Carmina sanguineæ deducunt cornua Lunæ
Purpureus Lunæ sanguine vultus erit.

Statius

Qualis per nubila Phœbes
Atbracia rubet arte color.

Ouidius ita expressit hunc roborem.

Quale rosa fulgent inter sua lilia mista
Aut vbi cantatis Luna laborat equis.

Lucanus verò lib. 6. ita;

Phœbeq; serena
Non aliter diris verborum obsessa venenis
Palluit, & nigris, terrenisq; ignibus arsit.

Horat. quoque *rubentem* dixit, cuius testimonio adstruitur, quod erat tertium, nimirum contrudi, quo vellent magæ; ait enim,

Lunamq; rubentem
Ne foret his tectis post magna latere sepulchra.

De despumatione Lucanus, lib. 6.

Et patitur tantos cantu depressa labores,
Donec suppositas propior despumet in herbas.

Ite-

Iterum. *Virus longe lunare ministrat*
Apul.lib.1. Magico susurramine amnes agiles reuerti, mare pigrum colligari, ventos inanimes exspirare, solem nihilari, Lunam despumari.
Quintò, negabat Luna. Propert.
Etiam Luna negat toties descendere cœlo
Ouid. de Mede. in Epist. Hypsip.
Illa reluctantem cursu deducere Lunam,
Nititur & in 12. Metam.
Mater erat Mycale, quam deduxisse canendo
Sæpe reluctantis constabat cornua Lunæ.
Cæsarius dialogo.3. de hac veterum superstitione loquens : Luna quamquam se non demittat, præ dolore tamen æstuat, exhorret, abdit sese, nubem induens, fratris exemplo splendorem suũ indignis largiri dedignatur &c.
Sextum erat, subueniri Lunæ à mortalibus. Liuius lib. 26. disposita in muris campanorum imbellis multitudo tantum cum æris crepitu, qualis in defectu lunæ silenti nocte fieri solet, edidit clamorem. *In re simili, & vt ego credo cum respectu ad Liuium,*

nihil magis in optatis habent, quàm sibi, ac suo Principi inuisam cælo si possent, detrahere, ac pedibus subijcere, cuius calcaneo caput Serpentis venenarij conteritur. His alijsque Dominæ Nost. hostibus fortiter, ac animosè nos opponamus, non tam corpore, & armis carnalibus, quàm animi constantiâ, & panopliâ spirituali; quæ feruenti precum assiduitate, seriâ vitæ emendatione, malorum fugâ, sacramentorum pia frequentatione, alijsque sacro-sanctæ religionis, ac iustitiæ Christianæ officijs continetur. Quorum vi, atque efficaciâ facillimè *Lunam-mysticam* ad vota nostra è cælo aduocabimus. Veriùs profectò, quàm superstitiosis immurmurationibus *Lunam* corpoream sortilegi.

Imitanda Deipara.

Veniet ad nos haud inuita Patrona nostra, si imitandi illam studio, *Lunam* cælestem repræsentemus. Et coram Deo quidem, vilitatem non animæ minus, quàm corporis agno-

Coram Deo eclipsemur.

scen-

scentes, *Eclipsim* nostram, ac boni omnis defectum profiteamur. Caueamus tamen sedulò, ne vnquam caligine mortiferi vllius delicti inuoluti, tetram, ac abominandam *Eclipsim* scelerum patiamur. In hoc etiam operam diligenter impendamus, vt nouo Eclipsios genere, pœnitentiæ, quæ secundum Deum est, mœrore atrati, ob criminum, vel à nobis, vel contribulibus nostris cõmissorum enormitatem, omni inani lætitia valere iussa, luctu & lacrymis, tum nostra, tum sociorum scelera expiemus. Denique illud supplici prece etiam atque etiam petamus, à misericordiarum Patre, ac bonitatis omnis & luminis largitore munificentissimo; vt si contingat nos in hac vitâ interdum, aliquantisper, gratiæ luce destitui; non permittat tamen, vt in alterâ diuinæ lumine gloriæ orbati, æternùm tenebris traditi, qui malorum omnium est cumulus, eclipsemur. Quod vt obtineamus, ad

Eclipsim scelerum horreamus.

Eclipsi mœroris ac pœnitentia obscuremur.

Do-

Dominam nostram conuersi iterum iterumque ingeminemus:

LVNA ô terq; quaterq; pulchra LVNA,
Eclipsata, tuâ sed absq; culpâ,
Ne tuos radios, tuumq; lumen
Nostris subtrahe mentibus MARIA!



NOTÆ.

ECLIPSIS ἔκλειψις. *Latinè, Defectio, ἀπὸ τοῦ ἐκλείπειν, deficere Quomodo, Quando, & cur non in omni plenilunio fiat Eclipsis Lunæ: & quid illa sit docet Ioannes de Sacro Bosco lib. 4. Sphæræ: ibiq; Clauius in Commentario.*

POETÆ *nominant Lunæ laborem* Virgil. lib. 2. Georg.

Defectum Solis varios Lunæque labores.

Varietatem in defectu Solis notat, ob multa quæ contingunt eo deficiente. Nam imprimis, alium atque alium colorem refert, flauum, nigrum, liuidum, ferrugineum. Latet quamuis rarò, toto ferè globo: interdum,

dum, media eius parte: nunquam duobus, quattuorue digitis, vt loquitur Seruius: quod alij legunt, diebus, quibus pallores, languoresq; Soli accidunt.

Deinde labores lunæ *nominat. Quod referri posse censent eruditi, vel ad labores ac cursus menstruos, quibus sydus illud iam media parte luminis, iam caret toto lumine: vel ad defectus quos patitur interuentu terræ: demum ad potestatem Magarum, quibus Luna subdita esse putabatur olim. Legendus Ludouicus Cerda lib. II. Geor. qui secundum modum probat, vt intelligatur de Eclipsi, qua latet, & laborat. Simile quid est in Lucretio lib. 5.*

Solis item quoque defectus Lunæq; latebras.

An fortasse hic etiam legendum labores? *Ita quidam existimant: quasi Virgilius ex Lucretio descripserit. Labores quoque sunt ipsi circuitus. Ita labor dicitur de Sole circumrotato per cælũ. Et de Stellis Plinius lib. II. cap. 12.* Statos siderum labores.

ECLI-

ECLIPSIM *variam in Luna Mystica consideramus.* Prima *est comparatiua respectu luminis immensi, quod inferiora omnia offuscat.* Secunda *Imaginaria, seu putatitia, quam introduxerunt, vel hostes ac maleuoli : vel minus cauti: vel præconcepta opinio.* Hostes *sunt hæretici, qui actualium peccatorum obscuritatem fingunt.* Minus *cauti fuerunt aliqui ex antiquis, qui similem luminis priuationem notasse aliquando visi.* Præconcepta *est quorundam opinio de defectu originalis gratiæ.* Tertia *est subtractiua, dum lumen benignitatis, ac patrocinij quibusdam subtrahit.* Quarta *afflictiua.*

[DEIPARA nulla peccati obscuritate eclipsata] *Ecclesia Dei à Spiritusancto edocta in Concil. Tridentino, sess 6. Cano. 23. de iustificatione decreuit, vel ex fidelium consensu decretum definitumq́ statuit, Deiparam nullo vnquam peccato voluntario etiam leuißimo obnoxiam fuisse. Est autem communior Scholasticorum sententia, immunitatem Virginis*

ginis à veniali esse de fide post Tridenti-*num, & oppositam sententiam esse hære-ticam. Vides quam honorificè sentiat & loquatur de Matre Dei veritatis Ma-gistra, quàm malignè hæresis.* Cuius *in Septentrione instaurator* Martinus Luthe-*rus, licet alicubi non malè scribat, con-tra* Caluinistarum *impiam existimatio-nem, Sermone tamen in* Natalem *eius-dem hanc habet blasphemiam:* Omnes Christiani æquè magni sumus sicut Mater Dei, & æquè sancti, sicut ipsa. *Quam dum commemorat* Bellar-*minus* Concio 42. *quæ est de* Natiuita-*te* B. V. *sic exclamat.* O *linguam præci-dendam! ô blasphemiam inauditam! Dignare me laudere te, Virgo sacrata: da mihi virtutem contra hostes tuos. Tu-ne* Deiparæ *Virgini æqualis, qui castita-tem violasti, &* Monachus *monialem, hoc est, sacrilegus sacrilegam vxorem duxisti? qui paupertatem voluntariam professus es, & templa, atque altaria spo-liasti? qui obedientiæ iugo collum subie-cisti, & iugum postmodum excußisti, &*

sacra vincula disrupisti, & maioribus tuis, & sanctis pontificibus, & Ecclesiæ matri, & Deo parenti obtemperare recusasti? Tu, qui gloriam Deo, sanctis venerationem, templis ornatum, vim sacramentis, cultum debitum imaginibus sacris, canonicis libris auctoritatem, maioribus obedientiam, & multis millibus miserorum, & per te deceptorum hominum, vitam, & salutem æternam eripuisti? Et quomodo tam excors, tam stultus es, vt tam apertè tecum ipse pugnes, vt cui te parem esse dicis, eius diem festum celebres, & de laudibus eius ad populum verba facias? sed enim, auditores, verum est verbum græcum, κακȣ̃ κόρακ© κακὸν ᾠόν, Mali corui malum ouum: *quales parentes, tales filij: Iouinianus enim, quem nostris temporibus Lutherus expreßit, qui (vt B. Hieronymus testatur) Virginitatem matrimonio æquabat, & ieiunia reprehendebat, vt Epicuri, vel Aristippi discipulum diceres, idem, peccata paria, & virtutes pares, & præmia paria, iuxta Stoicorum* bere-

hæresim asserebat; neque aliquid interesse volebat inter gloriam Virginis Deiparæ, & eorum infantium, qui mox suscepto baptismate moriuntur. Sanctus quoque Martyr Irenæus cap. 24. lib. 1. contra Valentinum scribit. Carpocratis sectatores eo impudentiæ deuenisse, vt non modò Virgini, sed ipsi etiam Christo se pares dicere auderent. Ecce quales Magistros Lutherus imitatus est. Nam si non istos, sed eorum Antagonistas, sanctos illos Patres (qui eorum hæreses refutarunt) illa, inquam, Ecclesiæ lumina, quæ horum tenebras dissiparunt, imitari voluisset, profectò non tam absurdas opiniones, neq; errores tam crassos in Germaniam suam inuexisset.

LVNÆ DEFECTVS *per Magos.*]

Illustris est locus apud Virgilium Ecloga 7.

Carmina vel cælo possunt deducere Lunam.

Vbi Ludouicus Cerda. E cunctis astris LVNA *veteribus ita credebatur subdita esse veneficarum cantionibus, vt quoties his lu-*

luberet, ea è cœlo vel in vita deduceretur. Huius rei ſparſa mentio in Poëtis.

Tibul. *Cantus & è curru Lunam deducere tentat.*

Propertius,

Et vos deducta quibus eſt fallacia Lunæ.

Canidia maga apud Hor. in Epod.

--Polo Deripere lunam, vocibus poſſum meis. Sil. lib. 8.

Et Lunam excuſſiſſe polo. *Baſil. Hom. 6. Hex. ait, agitari ridiculas quaſdam anicularum fabulas, quæ dicunt,*

Lunam veneficijs à propria ſede dimoueri, deducique ad terram. *Papin. lib. 6. Theb.*

—— attonitis quoties auellitur aſtris
Solis opaca ſoror.

Alij tibi paßim occurrent.

Sed quæ in hac re peculiares eſſent notæ, breuiter tibi exponam. Deducebatur maximè à Theſſalis: rubebat tunc in modum ſanguinis: contrudebatur quò vellent magæ: cogebatur deſpumare in her-

bat, & hac maxima causa, cur deduceretur. Nam illis spumis veneficæ vtebantur: negabat, repugnabatq; Luna: laboranti illi subueniebant mortales cymbalorum crepitu, & tinnitu: deducebantur alia astra. Firmabo ista septem. Aristophan. in Neb.

Si veneficam Thessalam emero,
Noctu Lunam captabo.

Plutarch. de defectu oraculorum, vbi ait, Solere interdum homines, Deum deuocare ad sua negotia, addit hoc exemplum:

Vt Thessalæ dicuntur lunam. *Plato in Gorg.*

Thessalas deducentes lunam *nominat.*

Horat. quoque od. 5. Epod. ait, sidera excantari, lunam cœlo deripi; voce Thessala. *Martial. lib. 9. Epig.* 30.

Thessalico Lunam deducere rhombo.

Claudian. de Bel. Get.

Thessalidas patrüs lunare venenis.
Incestare iubar.

Seneca in Med. *Thessalicus vexata nimis.*

Iterum. *Virus longe lunare ministrat*

*Apul.lib.*1. Magico susurramine amnes agiles reuerti, mare pigrum colligari, ventos inanimes exspirare, solem nihilari, Lunam despumari.

Quintò, negabat Luna. Propert.

Etiam Luna negat toties descendere cœlo

Ouid. de Mede. in Epist. Hypsip.

Illa reluctantem cursu deducere Lunam,

Nititur & in 12. Metam.

Mater erat Mycale, quam deduxisse canendo

Sæpe reluctantis constabat cornua Lunæ.

*Cæsarius dialogo.*3.*de hac veterum superstitione loquens* : Luna quamquam se non demittat, præ dolore tamen æstuat, exhorret, abdit sese, nubem induens, fratris exemplo splendorem suũ indignis largiri dedignatur &c.

*Sextum erat, subueniri Luna à mortalibus. Liuius lib.*26. disposita in muris campanorum imbellis multitudo tantum cum æris crepitu, qualis in defectu lunæ silenti nocte fieri solet, edidit clamorem. *In re simili, & vt ego credo cum respectu ad Liuium,*

Pet. Apollonius. Excid. Hieroſ. loquens de turba militari:

totumq; per agmen
Laudatur. Vox vna fuit, commiſtus ad aſtra
Clamor ijt: quantũ pauida ſuccurrere Lunæ
Certantes populi tinnitibus æris acuti
Ingeminant, ſurdaſq; Deæ, nituntur, ad aures
Theſſalicum ne carmen eat. *Ouid.*
Te quoque Luna traho, quamuis Temeſea labores
Æra tuos minuant.

Iuuen. *Vna laboranti poterit ſuccurrere Lunæ.*

Cæſarius loco adducto: Quomodo dicunt aliqui in cantamentis, & præſtigijs, Lunam cœlo detrahi? maxima certè generis humani pars huius rei fama perſuaſi, & occupati, ferrum, & æs pulſando, tanquam è poteſtate greſſam per ſtrepitum ab errore liberati putant. *Sanctus Ambroſius, à quo ſumpſit Maximus Taurinenſis Epiſcopus homilia propria de defectu Lunæ.* Quod cùm requirerem, quid ſibi clamor hic velit, dixerũt mihi, quod laboranti Lunæ veſtra vociferatio

ſub-

ſubueniret, & defectum eius ſuis clamoribus iuuaret. *Seneca in Med.*

Inq; auxilium Dictynna tuum
Pretioſa ſonent æra corinthi.

Papin. 6. Theb.

Procul auxiliantia gentes.
Æra crepant, fruſtraque timent; at Theſſala victrix
Ridet anhelantes audito carmine bigas.

Vide etiam Plinium, li. 2. c. 12. Extremum erat, deduci quoq; alia ſidera. *Horat. od. 17. Epod.*

Refixa cælo deuocare ſidera.

Tibul. lib. 1.

Hanc ego de cælo ducentem ſidera vidi.

Lucan. lib. 6.

—— Illis & ſidera primum
Præcipiti deducta polo.

Medea apud Senecam.


Hyadeſq; noſtris cantibus motæ labant.

Scribit Clemens in itinerario B. Petri, Zoroaſtrem magum elicuiſſe ex ſtellis veluti ſcintillas quaſdam. Apuleius poſt verba adducta: ſtellas euelli, diem tolli, noctem teneri. *Abſolui quæ promiſi. Addam erroris huius originem Plutarch. de*

defectu oracul. Initium illius refert ad Aglaonicen Agetonis filiam, quæ vt Astrologiæ perita, simulauit prima omnium se Lunam incantare ac deuocare, cum illa erat in Eclipsi: Turnebus, quod videtur Germano placuisse, commentum hoc euocationis Lunæ Callimacho tribuit, eam è cælo in amplexus Endymionis descendere fingenti.

Exempla eorum, quibus Maria quasi eclipsata in pietate, ac cultu: ideoque pœnas luerunt, collegit Ioan. Bonifacius, in Historia Virginali, lib. 5. & Caspar Lechnerus in Sodale Parthenico lib. 3.

(*.*)



ORATIO TERTIA.

MARIA

In Annuntiatione

LVNA

PERFECTA,

&

PLENA.

Aue MARIA *gratia plena.*

Hinc procul tenebræ ite, Luna *plena est.*
Nox non nox rutilesce, Luna *plena est.*
Totum hausit Mariana Luna *Solem.*
Certabis mediæ dein diei.

Euge, euge ô Marianè cætus euge.

Nostra Mystica Luna *plena, plena est.*
Plena *Numinis, atq; gratiarum.*
Audin' Angelicus suis ab astris
Plenilunia præcinit Chor*aules.*

Aue MARIA *gratiâ plena.*

Et NOS Myſtica Luna,*plena, plena,*
LVNA *Soli-parens*, MARIA LVNA,
Plenitudine de tuâ Te amantes
Hymnum concinimus quotidianum,

Aue MARIA *gratiâ plena.*

LVNA MYSTICA *plena, plena, plena,*
De pleno Charitum penu tuarum
Effunde in vacuas MARIA *mentes.*

O MARIA *gratiâ plena!*

Sicut LVNA-PERFECTA *in æternum* Pſal. 88. 38.

Quaſi LVNA-PLENA *in diebus ſuis lucet.* Eccleſ.ci 50. 6.



Luna plena ſymbolum rei cõſummatiſſima.

SI pictorũ aliquis ex eorũ numero, q rerũ quarumlibet formas, exquiſitiùs oculis obijciunt penicillo, ac colorib q̃ oratores aurib⁹ ambitioſo eloquẽtis lin-

linguæ mendacio, in animo haberet repręſentare in tabulâ, rē quapiā, ſiue illa animata eſſet, ſiue inanimis, omnibus numeris conſummatiſſimam: maximè illuſtrem, & ad miraculum dotibus quibuſcumque exornatam; non poſſet ex infinito penè rerum creaturarum cumulo, ſeligere aliquam, iſti ſuo propoſito magis idoneam, quàm LVNAM, non quidem creſcentem, aut ſeneſcentem: vel in cornua curuatam: vel æquâ proportione diuisā; ſed orbe pleno, quoquo verſum recepto ſplendore perfectā.

Hac perſuaſione, vt reor, ductus ingenioſiſsimus Poëta, & Pſaltes Dauid, vt loquaci picturâ, qualis eſt poëſis, exprimeret Throni, hoc eſt, regni diuinitus, ſibi conceſſi, ſed multo magis Eccleſiæ Chriſtianæ, cuius regnum Dauidicum fuit typus, pulchritudinem, ſplendorem, maieſtatem, *Lunam* inducit, in rotundum circinatam, ac toto circulo lumen, nunquam amittendum, hau-

Quod ita interpretor. Regiã Dauidis, seu, in illa, Messiæ dignitatẽ fore sicut *Lunam perfectam*: at, nõ, vt illam quæ mutationibus sit obnoxia, & paullatim euanescens, decrementum init: sed, quæ in perfectione suâ sit constans.

Ar, quam-nam appellat *Lunam perfectam*? Lxx. Interpretes, illam eo epitheto designatam existimant, quę est *plena*. Nec aliter Apollinarius in carmine:

Eadẽ, quæ Plena.

Luna perfecta.

Τοῖος ἐὼν διάπερ ἔφυ πλήθουσα σελήνη.

Talis existens, qualis est plena Luna.

Euthymius quoque, ac Nicephorus, exponunt de *Luna*, cùm est *πανσέληνος, καὶ ὁλόφωτος*: quasi tunc sit maximè *κατηρτισμένη*, perfecta, firmata, adaptata. Atque ita *Lunam perfectam* explanare videtur Siracides in Simonis Pontificis, filij Oniæ, elogio, quod habetur Ecclesiastici quinquagesimo capite. Dicit enim, eum luxisse, quasi *Lunam plenam*

Eccli. 50. 6.

Quasi stella matutina in medio nebulæ.

est illud? Duorum sibi maximè contrariorum, certè, pugnantium consociatio. Virginitatis, & Maternitatis. Quid est Virginitas? Sciscitare id à Natura: respondebit; est sterilitas. Quære ab eadem: Quid est Maternitas? audies; est fæcunditas. Iunge nũc, si placet, nõ calidũ, & frigidum: non molle, & durũ: nõ humidũ, & siccũ: non dulce, & amarũ: non magnum, & paruũ: non pingue, & macilentũ: non falsum & insipidum: non asperum & lene: non acutum & graue: non sublime, ac submissum: hæc enim similiaque, quia concreta, vt loquuntur Philosophi, & quadantenùs respectiua, simul morari nil vetat: sed in abstracto formas, Sterilitatem cum Fœcunditate, & habebis arcanum illud arcanorum omnium, quod in cellâ Nazareticâ, iubente Deo, conscijs duobus, vt res esset tectior, Numini summo carissimis: vno è cælitum selectorum numero, cui nomen fuisse Gabriel in confesso est:

ceteris sideribus eminere. Nec alia mens illius, qui *Lunam* Margaritarum IDEAM videri dixit. Margarita autem aptiſsima eſt virginitatis figura. At, quæ Diana, ſyluarum, ac ſolitudinis amantior: quæ Margarita candidior, quæ *Luna* purior, illâ, cui proprio carmine occinimus, *Virgo-Virginum?*

Ad ſterilitatis autem Lunaris expreſsam ſignificationem ſpectat, quòd cùm currui triumphali inſidentem exhiberent *Lunam* arcanæ doctrinæ periti, ei trahendo iungebant mulos, animalia notæ ſterilitatis. Nam idcirco etiam Virgo fingebatur. Apud Athenienſes verò puellæ, pertæſæ virginitatis, nupturæ, vt eiuſdem, tanquam Deæ, caſtitatis amatricis, & Virginum præſidis, cuius eouſque in tutelâ fuerant, iram auerruncarent, quod inirent coniugium, in caniſtris ad eius fanum

Luna ſterilitas.

Cartar. in imagine Dianæ.

Ouid. 1. Faſt. Gyral. Syntag. 17.

Herod. l. 4.

Cic. l. 2. de nat. Deor.

Ter. And.

Plin. li. 16. c. 44. Ouid. l. 2. Faſt.

Virg. Pollio.

num

nantes ſumus: & multo maximè, dũ ad partum eorundem deuenimus, meritiſſimò illam inuocamus: *Caſta faue* Lucina, *tuus iam regnat Apollo*. Felix partus, qui Cæli Imperatrice obſtetricante, educitur, ac fouetur.

Addo fæcunditatis imaginem veteribus fuiſſe *Lunam*. Quæ idcirco cognominabatur PARENS RERVM. Vnde in numiſmatis Corneliæ Auguſtæ, vt habet Pierius in Hieroglyphicis, hæc inſcriptio apponitur quibuſdam, FOECVNDITAS: alijs verò, PVDICITIA. An-non vtrumque eſt lemma numiſmatis, cuius typus, *Virgo-Annunciata*? In quanam, quæſo vos, ab orbe condito fæmina iuncta fuit, ſicut in *Luna-Myſtica*, ſumma Virginitas, & ſuprema Maternitas. Sterilitas, ac Fæcunditas? idque Annunciationis tempore, cum dicta eſt, à cæleſti Legato, Mater, quæ erat Virgo: Fæcunda, quæ Pudica: facta Prægnans, quæ eatenus ſterilis. O Magni Patris incrementũ! O Verbũ incarnatũ? Nec

Luna Parens rerum.

Lib. 44.

An hoc, fortaſſe, fundamentum aliquod habet in natura rerum, quibus Luna præſidet? Certè Ptolomæus Aſtrologorum princeps libro 3. cap. 4. Solem, ac Saturnum patribus: Lunam ac Venerem matribus naturaliter aſſimilari ſcribit. Quapropter, inquit, quemadmodū harum ſtellarum qualitates ad inuicem, & cum alijs inuenientur, ita fore parentum qualitates exiſtimandū eſt. Scio Alexandrum de Angelis, inſigni virum ſcientia Philoſophica, commentario in Genethliacos, adfirmare, hac fabella nihil eſſe frigidius. Quod verum opinor, ſi ſpectentur Aſtrologorum quorundam deliria: negari tamen nequit in Symbolicâ Theologiâ, *Lunam* matri aſſimilari. Habemus igitur in *Lunâ*, velut in typo, illorum, quæ in Annunciata Domina maximè ſuſpicimus, conſociationem: cum eadem ſterilitatis, ac fæcunditatis: Virginis ac Matris ſit effigies. *Luna Mater*

Eſt

ipsũ quodammodo adæquet. Quod eleganter expressit Plinius, scribens de eodem astro: *Immensa orbe pleno: ac repentè nulla.* Accommodatè igitur hac *Lunæ* proprietate exhibetur symbolicè extrema demissio, quam mox consequatur suprema exaltatio: vel, quæ cum illa in eodem sit, vt Philosophi loquuntur, subiecto. *Plin. lib. ii. cap. 9.*

In quo autem mortalium, ante Christi ortum maior fuit cõiunctio humilitatis profundissimæ, & summæ excellentiæ, quàm in *Maria*: idque tempore Annunciationis? vocat se *Ancillam*, & erat sanè in oculis suis: quam Dominam, ac cælorũ Reginã agnoscit Deus. O luminare, *quod minuitur in cõsummatione*: idemq; *crescens mirabiliter in consummatione!* ab imo ad summum: à profundissimo ad altissimum: à minimo ad maximum. Quemadmodum autem *Luna* in suâ cum Sole coniunctione, eousque diminuitur, donec suam penitus lucem occultet: ac nullã omninò habere vi- *In B.V. Summa humilitas, & exaltatio.*

Sole illustratur, vt in oppositione, ac plenilunio, si illam, vno è latere, ex altero Solem, contempleris, secundũ penè Solem, & vt ille aiebat, quasi alterum de Numine Numen gloriosissimè resplendens, & longo interuallo cetera antecellens astra, appellare iure posse videaris. Quo spectat, quod *Luna* à Plinio vocetur *Humilis* & *Excelsa*: Quia aliàs *admota* cælo: aliàs *contigua montibus*.

Hanc ipsam Humilitatis, ac Celsitudinis cognationem contemplari licet in Virginis, ad quam missus est Angelus, nomine, *Nomẽ Virginis* MARIA, inquit Euangelista. Quod quidem vocabulum duo quædam significat, secundum eiusdẽ diuersum etymon, quorum alterum per terram repit, alterum vltra sidera extollitur. Idem enim est *Maria*, si notionem vnam spectes, quod *stilla*, siue *Gutta maris*, Quæ ad demissionis significationẽ est aptissima. Hoc enim

Nomen Mariæ cõtinet summum & Imum.

מר, Mar: Stilla.

ים Iam: Mare.

 sym-

audit, in hoc, velut *Luna-plena* induci-tur? Et quid aliud innuit Orator cęle-stis, qui beneuolétiam captans, illâ v-titur, à Deo, haud dubiè, dictatâ for-mulâ; AVE GRATIA PLENA? Ma-riam hoc encomio salutatã scio. Eã-dẽ *Lunam* esse nõ ignoro. Dum ergo *plenã* dici auribus haurio: vt *Lunam*, mente concipio, non splendore va-cuam, non caligine obscuratam, non nubili interuentu obductã, non cor-niculatã, nõ orbe medio sectã, nõ in rotundũ paulatim coëuntẽ: deniq;, non crescentẽ, nec senescentẽ: sed o-mni ex parte illustratã, & splendore per orbẽ vndequaq; sparso perfectã. Vt idẽ sit, *Aue gratia plena*: quod, Salue MARIA splendens *sicut* Luna *perfecta in æternum*: Salue MARIA, quæ, *Qua-si* Luna-plena *in diebus tuis luces*.

Ex quâ Virginis salutatæ cum *ple-na-Luna* comparatione deducamus imprimis falsam esse, æquè ac ficti-tiam, illam superioris æui hære-siarcharum, eorumque sequacium opi- *Caluini. Beza. Buceri. Castalio-nis.*

opinationem, contendentium Angelica istâ apprecatione, *Gratia plena*, nihil aliud voluisse paranymphum cælestem, quàm, si dixisset, gratulantium ritu, Aue *gratiosa, pulchra, suauis, dulcis, amœna, recepta in gratiam, gratis dilecta: gratiam consequuta: accepta & grata.* Sic enim interpretantur participiũ, quod habetur in textu Græco, κεχαριτωμένη Quo, vt gloriaretur nõ-nemo superiorib⁹ annis in Angliâ, & Romano-Catholicos confunderet: ac tã recõditæ eruditionis specimine, ad sectã Caluinisticam adduceret. Siquidem auctoritate publica delectus erat habendis concionibus, in turri Londinẽsi, quibus, vt loquuntur in eâ insulâ, Iesuitæ, ac Seminaristæ à Mariæ cultu auocarentur, dixit palam, quod deinde, ad stultitiæ commendationem eximiam, typis euulgauit, Septuaginta Interpretes, & meliora Græcorum exemplaria, non habere illa verba, GRATIA PLENA: sed

Ioan. Kel-trigius Concione in turri Lõdiensi habita. fol. 14.

ſed pro ijs exprimere, κεχαριτωμένη.
O doctrinã reconditã! O antiquitatis, eruditioniſque peritiam ſingularem! LXX. Interpretes, qui ducẽtis ante natã Deiparam annis eſſe deſierũt in viuis, non habuiſſe in linguã Græcâ, dum verterent fortaſſe Euangeliũ Lucæ, verba illa Latina, GRATIA PLENA, ſed participiũ κεχαριτωμένη.

Quid *vobis*, exclamat Britannus Orator Catholicus, *Chriſti Confeſſores inclyti his auditis videtur? An alium aliquando Miniſtrorum, in cuius verba, & doctrinam conſentiatis magis idoneum, magiſq; eruditum præſtolamini?* Sed quid ironicè exagitamus homines ſcuticâ dignos? Dicamus ſimpliciſſimè in ſalutatione Angelicâ Græculam illã vocem reperiri: ſed eandẽ optimè reddi, *Gratia plena*, ſi fides habeatur, non ſolùm Eccleſiæ Latinæ doctiſſimis Patribus, Ambroſ. *a* Hierony. *b* Auguſt. *c* Berna. *d* Chryſologo, *e* Alberto M. *f* Tho. Aquin. *g* ſed & Græciæ ſummis Doctoribus, Atha-

Henricus Fitz. Simon. in Britannomachia lib.2.c.1.

a In Lucã.
b Serm. de Aſſump.
c In Enchirid.
d Super Miſſus.
e Ser.142.
f 3 p.q.27. art 5.
g Laudib. Virg.c.67. 70.72.

h In Euan. i Or. de B. Virg.

Athanaſio *h*, ac Epiphanio *i*, multiſque alijs, quibus energia Græcanici participij non potuit eſſe incognita. Rationem adiungamus à ſymbolo noſtro petitam. Fuit electa Dei Sponſa κεχαριτωμένη, *gratioſa*: ſed vt *Luna-perfecta*, quæ dum orbe pleno micat, lumen habet; transfuſum quidem, at inhærens: mutuatum; ſed coniunctum: precariò acceptum, at in ſe diffuſum; gratuitò donatum; ſed intrinſecum. Itaque *Gratia-plenam* pronunciamus, non fauore merè extrinſeco, vt comminiſcuntur Theologiæ ſubtilioris ignari: nō imputatitiâ ſanctitate, quam inuexerunt dogmatum fidei corruptores: denique, non euanido quodam ſplendoris momentanei fuco: quod confingunt Mariomaſtyges. Sed gratiâ per ſpiritum-Sanctū animæ infuſâ; ſanctitatis dono inherēte: iuſtitię nitore perpetuo.

Varia plenitudo gratiæ.

Hoc eſt eſſe *Gratia-plenā*. Sed quid in hoc ipſe proprium eſt Mariæ Virgini?

gini? De Christo scribit Ioannes: *Ple-* [illegible]
nus gratiâ, & veritate. De Stephano Lu- *Act. 6. 8.*
cas, Diaconus *Plenus gratiâ, & fortitu-*
dine. De Ioanne Baptizatore, Zacharia, Elizabetha, Apostolis, multisque Apostolorum discipulis legimus, *Re-*
pleti sunt spiritu Sancto. Fateor equi- *Act. 2. 4. 13*
dem, plenitudinē gratiæ diuersis accommodari, diuinę scripturę phrasi, significat enim diuinorum munerū; & sanctitatis præsertim abundantiam, ac vbertatem. Sed nulli, præterquam Mariæ conuenit per modum *Lunæ-plenæ.* Fuit Christus plenus gratiâ, & splendoribus sempiternis: sed tanquam Sol: cui ex naturæ principijs competit lucis plenitudo. Lucere Soli, non minus est proprium, quàm homini, ridere: aut fortassè magis. Certè magis proprium est Christo plenum esse gratia, quàm homini esse risibile. Vt Sol fons est luminis: ita Christus gratiæ. De plenitudinè eius omnes accepimus. *Maria* fuit *plena,*

Christus plenus, vt Sol.

Maria, vt Luna.

velut *Luna* : hausit vberrimè : & totum Solem imbibit, vt idcirco dicatur *Luminare magnum*, & alter veluti Sol. Quod enim Sol diei ; id nocti est *Luna*. An-non Mariam in huius seculi nocte densissimâ, vt *Lunam*, misericordiæ luce *plenam* respicimus, & penè, vt alterum Solem, quippe Solis genitricem, veneramur? Alij Deo cari dici potuerunt pleni gratiâ, sed, vt minuta quædam sidera, minores ignes, parua luminaria.

Triplex gratia plenitudo.

Alijs verbis, & fortasse clarius idē docent Magistri Scholastici, qui plenitudinem gratiæ dicunt esse triplicem. Primam vocant *Superabundantia*: alteram, *Prærogatiuæ*: tertiam, *Sufficientiæ*. *Superabundantiæ*, est Christi, vt Solis: *Prærogatiuæ*, est Mariæ, vt Lunæ: *Sufficientiæ* est iustorum viuentiū, vt Stellarum. *Superabundantiæ*, est Christi, quà capitis in corpore mystico: *Prærogatiuæ*, est Virg. Beatę, quà colli: *Sufficiētiæ*, est iustorū reliquorū,

qua

quà membrorum inferiorum. *Superabundantia*, est Christi, tanquam fontis. *Prærogatiua*, est Mariæ, tanquam torrentis: *Sufficientia*, est Iustorum, tanquam riuulorum leniter decurrentiũ. *Superabundantia*, est Christi, velut caussæ principis: *Prærogatiua*, est Mariæ, velut caussæ intermediæ: *Sufficientia*, est iustorum, velut vltimò recipientium effectuum. *Superabundantia*, est Christi, ceu Oceani: *Prærogatiua*, est Deiparę ceu fluuij, *Sufficientia*, est iustorum, ceu alucolorum. Denique, *Superabundantia*, est Christi, tanquam receptaculi capacitatis planè immensę: *Prærogatiua*, est Mariæ, tanquã vasis amplitudinis penè infinitæ: *Sufficiẽtia*, est iustorum, tanq̃ capedunculorũ minus capaciũ.

BREVITER Doctor Seraphicus. *Christus dicitur plenus plenitudine* Superabundantiæ: *quoniam de eius plenitudine nos omnes accepimus.* *S. Bonau. in 3. sent. dist. 13. a. 3.* *D. Virgo plenitudine* Prærogatiuæ. *Stephanus, ac reliqui Sancti plenitudine*

Sufficientiæ. Nimirum, præterquam, quod omnes habuerunt gratiam sufficientem, ac necessariam ad promerendam vitam æternam: data est quoque singulis gratia idonea ad status sui munus cum dignitate obeundum. Quo facto sufficientiam gratiæ in Stephano, vt esset minister, & testis Dei idoneus, ad quod electus erat, explicat Doctor Angelicus.

S. Tho. 3. p. q. 7. art. 10. ad 1.

Quid autem est Gratia prærogatiuę; aut eius plenitudo? Hæc imprimis cõtinet plenitudinem sufficientiæ, quæ fuit in Virgine. Siquidem, vt loquitur idem Doctor *habuit* Domina Nostra *gratiam sufficientem ad statum illum ad quem erat electa à Deo, vt esset scilicet Mater Vnigeniti eius*. Prętereà, designat eximiũ quoddam gratiæ decus, quod melius exprimi nõ potest, quàm illis D. Athanasij, de hac ipsa re agẽtis verbis: *Spiritus-Sanctus*, inquit, *in Virginẽ descendit cum omnibus suis essentialibus virtutibus, quæ illi per*

S. Tho. l. c.

Athan. Serm. de Deipara.

per rationem diuini principatûs adsunt: imbuens eam gratiâ, vt in omnibus esset gratiosa. Atq; idcirco Gratiâ plena *cognominata est.* D. Hieronymo idem est Plenitudo prærogatiuæ, quod *perfecta. Vt autem in comparatione Dei,* ait, *nemo* Bonus; *ita & in comparatione Matris Domini, nulla inuenitur* Perfecta: *quamuis virtutibus innumeris comprobetur.* Hæc sola; *Sicut* Luna perfecta *in æternum*: quia sola *Quasi* Luna-plena *in diebus suis. Vna est columba mea,* dicebat Sponsus: *vna* PERFECTA *mea*: quia vna Mater mea: vna electa Genitrix mea. *Auctor Sermonis de Assumptione.* *Cant. 6. 8.*

Subtilius hæc pertractans, & distinctione quadam Scholastica, S. Thomas, Plenitudinem prærogatiuæ tria quædam complecti insinuat: Primum, est Gratia *sufficientiæ*: quam, inquit, *ab initio vitæ sufficientissimè habuit in ordine ad statum, ad quem fuit electa.* Alterum, *Abundantiæ*, quam consequuta est, post salutationem Angelicam in conceptu Filij. vltimum, *Tres plenitudines S Thomas opusc. 60 ar. 6.*

ſymbolo indicatur quidpiã adeò exiguũ, vt vix quicquam minus exprimi poſſit. Qualis eſt exiſtimatio de ſe humillimi mortalium. Vtitur hac

Eccl.18.8. imagine Eccleſiaſticus, vt tenuitaté vitę humanę depinguat. *Numerus dierum hominis*, inquit, *quaſi* Gutta aquæ *deputati ſunt*, &, *quaſi* Calculus arenæ, *ſic exigui anni in die æui*. Ac ſi dicat, vitam hominis, reſpectu æternitatis, eſſe planè nihil. Talis fuit ſui æſtima-

Maria Excelſa. tione *Maria*. Cuius ſi notioné ſpectes, alterũ ſignificatũ eſt *Excelſa*(vt dedu-

In locis N. T. cap.13. cit Caninius) fortaſſe, quòd prima mulier hoc nomine inſignita, proceræ fuerit ſtaturæ(vt quidã auguratur.

Sed nos aliam excelſitaté in Deiparâ ſpectamus; verè humillimâ; verè altiſsimâ; non magis ex nominis etymo, quàm ex gratiæ plenitudine.

Quam cùm gratuletur illi hodie, honorificâ ſalutatione, Angelus, annon aptiſsimè, quæ diuino elogio. *Pulchra, vt Luna*, in quolibet myſterio audit,

audit, in hoc, velut *Luna-plena* inducitur? Et quid aliud innuit Orator cęlestis, qui beneuolētiam captans, illâ vtitur, à Deo, haud dubiè, dictatâ formulâ; AVE GRATIA PLENA? Mariam hoc encomio ſalutatã ſcio. Eãdē *Lunam* eſſe nō ignoro. Dum ergo *plenã* dici auribus haurio: vt *Lunam*, mente concipio; non ſplendore vacuam, non caligine obſcuratam, non nubili interuentu obductã, non corniculatã, nō orbe medio ſectã, nō in rotundũ paulatim coëuntē: deniq;, non creſcentē, nec ſeneſcentē: ſed omni ex parte illuſtratã, & ſplendore per orbē vndequaq; ſparſo perfectã. Vt idē ſit, *Aue gratia plena*: quod, Salue MARIA ſplendens *ſicut* Luna *perfecta in æternum*. Salue MARIA, quæ, *Quaſi* Luna-plena *in diebus tuis luces*.

Ex quâ Virginis ſalutatæ cum *plena-Luna* comparatione deducamus imprimis falſam eſſe, æquè ac fictitiam, illam ſuperioris æui hæreſiarcharum, eorumque ſequacium Caluini. Bezæ. Buceri. Caſtalionis.

opinationem, contendentium Angelica istâ apprecatione, *Gratia plena*, nihil aliud voluisse paranymphum cælestem, quàm, si dixisset, gratulantium ritu, Aue *gratiosa, pulchra, suauis, dulcis, amœna, recepta in gratiam, gratis dilecta: gratiam consequuta: accepta & grata.* Sic enim interpretantur participiũ, quod habetur in textu Græco, κεχαριτωμένη. Quo, vt gloriaretur nõ nemo superiorib⁹ annis in Angliâ, & Romano-Catholicos confunderet: ac tã recõditæ eruditionis specimine, ad sectã Caluinisticam adduceret. Siquidem auctoritate publica delectus erat habendis concionibus, in turri Londinẽsi, quibus, vt loquuntur in eâ insulâ, Iesuitæ, ac Seminaristæ à Mariæ cultu auocarentur, dixit palam, quod deinde, ad stultitiæ commendationem eximiam, typis euulgauit, Septuaginta Interpretes, & meliora Græcorum exemplaria, non habere illa verba, GRATIA PLENA: sed

Ioan. Keltrigius Concione in turri Lõdiensi habita. fol. 14.

ſed pro ijs exprimere, κεχαριτωμένη.
O doctrinã reconditã! O antiquitatis, eruditioniſque peritiam ſingularem! LXX. Interpretes, qui ducẽtis ante natã Deiparam annis eſſe deſierũt in viuis, non habuiſſe in linguã Græcâ, dum verterent fortaſſe Euangeliũ Lucæ, verba illa Latina, GRATIA PLENA, ſed participiũ κεχαριτωμένη.

Quid *vobis*, exclamat Britannus Orator Catholicus, *Chriſti Confeſſores inclyti his auditis videtur? An alium aliquando Miniſtrorum, in cuius verba, & doctrinam conſentiatis magis idoneum, magiſq; eruditum præſtolamini?* Sed quid ironicè exagitamus homines ſcuticâ dignos? Dicamus ſimpliciſſimè in ſalutatione Angelicâ, Græculam illã vocem reperiri: ſed eandẽ optimè reddi, *Gratia plena*, ſi fides habeatur, non ſolùm Eccleſiæ Latinæ doctiſſimis Patribus, Ambroſ. *a* Hierony. *b* Auguſt. *c* Berna. *d* Chryſologo, *e* Alberto M. *f* Tho. Aquin. *g* ſed & Græciæ ſummis Doctoribus, Atha-

Henricus Fitz. Simon. in Britannomachia lib. 2, c. 1.

a In Lucã.
b Serm. de Aſſump,
c In Enchirid.
d Super Miſſus.
e Ser. 142.
f 3 p. q. 27. art 5.
g Laudib. Virg. c. 67. 70. 72.

h *In Euan.* i *Or. de B. Virg.*

Athanasio *h*, ac Epiphanio *i*, multisque alijs, quibus energia Græcanici participij non potuit esse incognita. Rationem adiungamus à symbolo nostro petitam. Fuit electa Dei Sponsa: κεχαριτωμένη, *gratiosa*: sed vt *Luna-perfecta*, quæ dum orbe pleno micat, lumen habet; transfusum quidem, at inhærens: mutuatum; sed coniunctum: precariò acceptum, at in se diffusum; gratuitò donatum; sed intrinsecum. Itaque *Gratia-plenam* pronunciamus, non fauore merè extrinseco, vt comminiscuntur Theologiæ subtilioris ignari: nō imputatitiâ sanctitate, quam inuexerunt dogmatum fidei corruptores; denique, non euanido quodam splendoris momentanei fuco: quod confingunt Mariomastyges. Sed gratiâ per Spiritum-Sanctū animæ infusâ; sanctitatis dono inhęrēte: iustitię nitore perpetuo.

Varia plenitudo gratiæ.

Hoc est esse *Gratia-plenā*. Sed quid in hoc ipse proprium est Mariæ Virgini?

gini? De Christo scribit Ioannes: *Ple-* *Ioa. 1. 14.*
nus gratiâ, & veritate. De Stephano Lu- *Act. 6. 8.*
cas, Diaconus *Plenus gratiâ, & fortitu-*
dine. De Ioanne Baptizatore, Zacha-
ria Elizabetha, Apostolis, multisque
Apostolorum discipulis legimus, *Re-*
pleti sunt spiritu Sancto. Fateor equi- *Act. 2. 4. 13*
dem, plenitudiné gratiæ diuersis ac-
commodari, diuinę scripturę phrasi,
significat enim diuinorum munerũ;
& sanctitatis præsertim abundan-
tiam, ac vbertatem. Sed nulli, præ-
terquam Mariæ conuenit per mo-
dum *Lunæ-plenæ.* Fuit Christus *Christus*
plenus gratiâ, & splendoribus *plenus, vt*
sempiternis: sed tanquam Sol: cui *Sol.*
ex naturæ principijs competit lu-
cis plenitudo. Lucere Soli, non
minus est proprium, quàm homi-
ni, ridere: aut fortassè magis. Certè
magis proprium est Christo ple-
num esse gratia, quàm homini esse ri-
sibile. Vt Sol fons est luminis: ita
Christus gratiæ. De plenitudinè eius *Maria, vt*
omnes accepimus. *Maria* fuit *plena,* *Luna.*

velut *Luna* : hausit vberrimè : & totum Solem imbibit, vt idcirco dicatur *Luminare magnum*, & alter veluti Sol. Quod enim Sol diei; id nocti est *Luna*. An-non Mariam in huius seculi nocte densissimâ, vt *Lunam*, misericordiæ luce *plenam* respicimus, & penè, vt alterum Solem, quippe Solis genitricem, veneramur? Alij Deo cari dici potuerunt pleni gratiâ, sed, vt minuta quædam sidera, minores ignes, parua luminaria.

Triplex gratiæ plenitudo. Alijs verbis, & fortasse clarius idē docent Magistri Scholastici. qui plenitudinem gratiæ dicunt esse triplicem. Primam vocant *Superabundantiæ*: alteram, *Prærogatiuæ*: tertiam, *Sufficientiæ*. *Superabundantiæ*, est Christi, vt Solis: *Prærogatiuæ*, est Mariæ, vt Lunæ: *Sufficientiæ* est iustorum viuentiū, vt Stellarum. *Superabundantiæ*, est Christi, quà capitis in corpore mystico: *Prærogatiuæ*, est Virg. Beatę, quà colli: *Sufficiētiæ*, est iustorū reliquorū,

qua

quà membrorum inferiorum. *Superabundantiæ*, eſt Chriſti, tanquam fontis. *Prærogatiuæ*, eſt Mariæ, tanquam torrentis: *Sufficientiæ*, eſt iuſtorum, tanquam riuulorum leniter decurrentiũ. *Superabundantiæ*, eſt Chriſti, velut cauſſæ principis: *Prærogatiuæ*, eſt Mariæ, velut cauſſæ intermediæ: *Sufficientiæ*, eſt iuſtorum, velut vltimò recipientium effectuum. *Superabundantiæ*, eſt Chriſti, ceu Oceani: *Prærogatiuæ*, eſt Deiparę ceu fluuij, *Sufficientiæ*, eſt iuſtorum, ceu alueolorum. Denique, *Superabundantiæ*, eſt Chriſti, tanquam receptaculi capacitatis planè immenſę: *Prærogatiuæ*, eſt Mariæ, tanquã vaſis amplitudinis penè infinitæ: *Sufficiẽtiæ*, eſt iuſtorum, tanq̃ capedunculorũ minus capaciũ. 2.

BREVITER Doctor Seraphicus. *Chriſtus dicitur plenus plenitudine* Superabundantiæ: *quoniam de eius plenitudine nos omnes accepimus.* D. *Virgo plenitudine* Prærogatiuæ. *Stephanus, ac reliqui Sancti plenitudine* *S. Bonau. in 3. ſent. diſt. 13. a. 3.*

Sufficientiæ. Nimirum, præterquam, quod omnes habuerunt gratiam sufficientem, ac necessariam ad promerendam vitam æternam: data est quoque singulis gratia idonea ad status sui munus cum dignitate obeundum. Quo facto sufficientiam gratiæ in Stephano, vt esset minister, & testis Dei idoneus, ad quod electus erat, explicat Doctor Angelicus.

S. Tho. 3. p. q. 7. art. 10. ad 1.

Quid autem est Gratia prærogatiuę; aut eius plenitudo? Hæc imprimis cōtinet plenitudinem sufficientiæ, quæ fuit in Virgine. Siquidem, vt loquitur idem Doctor *habuit* Domina Nostra *gratiam sufficientem ad statum illum ad quem erat electa à Deo, vt esset scilicet Mater Vnigeniti eius.* Pręterea designat eximiū quoddam gratiæ decus, quod melius exprimi nō potest, quàm illis D. Athanasij, de hac ipsa re agētis verbis: *Spiritus-Sanctus,* inquit, *in Virginē descendit cum omnibus suis essentialibus virtutibus, quæ illi per*

S. Tho. l. c.

Athan. Serm. de Deipara.

per rationem diuini principatûs adſunt: imbuens eam gratiâ, vt in omnibus eſſet gratioſa. Atq; idcirco Gratiâ plena *cognominata eſt.* D. Hieronymo idem eſt Plenitudo prærogatiuæ, quod *perfecta. Vt autem in comparatione Dei,* ait, *nemo* Bonus; *ita & in comparatione Matris Domini, nulla inuenitur* Perfecta: *quamuis virtutibus innumeris comprobetur.* Hæc ſola, *Sicut* Luna perfecta *in æternum*: quia ſola *Quaſi* Luna plena *in diebus ſuis. Vna eſt columba mea*, dicebat Sponſus: *vna* PERFECTA *mea*: quia vna Mater mea: vna electa Genitrix mea. *Auctor Sermonis de Aſſumptione.* *Cant. 6.8.*

Subtilius hæc pertractans, & diſtinctione quadam Scholaſtica, S. Thomas, Plenitudinem prærogatiuæ tria quædam complecti inſinuat. Primum, eſt Gratia *ſufficientiæ*: quam, inquit, *ab initio vitæ ſufficientiſſimè habuit in ordine ad ſtatum, ad quem fuit electa.* Alterum, *Abundantiæ*, quam conſequuta eſt, poſt ſalutationem Angelicam in conceptu Filij. vltimum, *Tres plenitudines* *S Thomas opuſc. 60 ar. 6.*

mum, *Excellentiæ* singularis : quæ in Virgine enituit toto vitæ decursu. Prima, quamuis communis videatur Iustis omnibus, quibus diuino munere suppetit, quod ad beatitudinem consequendam est necessariũ: & muneribus proprij ordinis ritè obeundis cõueniens. Quam idcirco plenitudinem singulis Ephesinæ Ecclesiæ ministris precabatur Paulus, optans, vt implerentur *in omnem plenitudinem Dei.* Tamẽ peculiari modo

Eph. 4.

est in Virgine, quæ cum electa esset ad nobilissimum officiorum, quod infra Deum Creaturæ possit competere, & Maternitatis nomine exprimitur: illudq; promereri quadantenus, Deo sic statuente, oporteret, quod ad honorem etiam Matris spectabat, qui in Filium redundaret: necesse fuit, illã gratiæ plenitudinẽ futuræ Matri conferre, intra limites quoq; Sufficientiæ, quæ omnem aliam, quantumuis eminentissimam hominum, aut Angelorum, ne Cherubi-

rubinis quidem, aut Seraphinis exemptis, longissimo interuallo transcenderet.

Verè itaque exclamet Cardinalis Damiani: *Quid grandius Virgine, quæ magnitudinem summæ Diuinitatis intra sui ventris conclusit arcanum? Attende Cherubim: attende Seraphim: & videbis, quicquid maius est, minus esse Virgine, solumq; Opificem opus istud supergredi.* Cur ita? Quoniam id necessarium, vt *Dignum Filij Dei habitaculum effici meretur.* Quantum enim hoc poscebat meritorum cumulum? Atque hanc ob caussam, *Nullus mortalium*, vt loquitur Patriarcha Iustinianus, *quantauis donorum cœlestium numerositate sit præditus Virgini valet coæquari! Patriarcharum vtiq;, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, omniumq; Sanctorum merita B. Maria transcendit.* Serm. de Nat. B.V.

Eandem originem plenitudinis in hac *Luna* siue splendoris eximij, siue gratiæ perquam sufficientis; siue meri-

meritorum eminentium designat B. Anselmus celebri illa sententia: *Decens erat, vt eâ puritate, qua maior sub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret, cui Deus Pater vnicum Filium suum, quem de corde suo æqualem sibi genitum, tanquam se ipsum diligebat, ita dare disponebat, vt naturaliter esset vnus, idemq́; communis Dei Patris, & Virginis Filius: & quam ipse Filius substantialiter facere sibi Matrem eligebat: & de qua Spiritus-Sanctus volebat, & operaturus erat, vt conciperetur, & nasceretur ille, de quo procedebat.*

S. Ansel. de Concep. Virgin. c. 18

Plenitudo: Abundantia.

Alteram gratiæ plenitudinem, quâ dotata fuit hodie Virgo Deum paritura, & vocatur *Abundantiæ*, melius non concipies, quàm imagine, *Lunæ-plenæ.* non quidem vsitato plenitudinis modo effulgentis, recepto tantùm, quod sol in illam iaculatur lumine: sed si fingas Solem ipsum, quantus quantus est, in Lunæ circum sese insinuare, illamque, velut capacem globum im[...] quidem

nunquam factum est in Sole, ac Luna, quam nos oculis corporeis cernimus: sed nec fieri potest, si naturæ vires spectemus. Quomodo enim Sol, qui magnitudine molem terræ superat, Lunæ circulo; quam terra minorem esse demonstrant Geometricè Astronomi, includatur?

Sol se habet ad terram, vt 1331. ad 8. Luna ad terram, vt 125. ad 4911.

Contigit tamen id hodierno die in *Luna-mysticâ*; quæ, quem cœli cœlorum capere non potuerunt, ob magnitudinis immensitatem, Solem Iustitiæ, gremio excepit, inclusitque. Atque idcirco; *Benè sola gratia plena dicitur, quæ sola gratiam, quam nulla alia meruerat, consequuta est, vt gratiæ repleretur Auctore.* Verba sunt Præsulis Mediolanensis: &, quæ sequuntur, eruditissimi Doctoris Hieronymi. *S. Maria, quia conceperat eum, in quo omnis plenitudo Diuinitatis habitat corporaliter* Plena gratiâ *salutatur*: Plenitudine nimirum *Abundantiæ*. At quoniam intelligentiæ creatæ facultatem excedit, rei, ob immensitatem

Sol ad lunam, vt 65,9203. ad 100.

In Maria, vt luna, est Verbum Patris, vt Sol.

S. Ambr. li. 2. in Luc. cap. 1.

S. Hiero. epist. ad Principiã.

inter-

interminabilis, in alterius, mole admodum exilis, velut receptaculo, ingressus, ac inclusio, haud malè sensit, scripsitque Mariano cultui deditissimus

S. Bernardin. ser. 61. de Virgine.

Bernardinus, *Ad illam abyssum imperscrutabilem omnium charismatum Spiritus-sancti, quæ in B. Virginem descenderunt in hora diuinæ conceptionis intellectus humanus, vel Angelicus credo nunquam potuerunt attingere. Quod declarans Gabriel, cum ab eo quæreret B. Virgo:* Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? *respondit:* Spiritus sanctus superueniet in Te: & virtus Altissimi obumbrabit Tibi: *Quasi diceret: Quod à me quæris, ignoro: sed æternæ Sapientiæ Doctor, qui Tibi soli hoc altissimum mysterium reseruauit, Te per illuminatissimam experientiam edocebit.* Quâ clanculâ insinuat, *Plenitudinem abundantiæ* in Virgine, fuisse etiam supra captum, vt loqui solemus, ipsius Solem in se recipientis Lunæ: saltem supra captum spe-

ſpeculatiuum; ideoq; non niſi experientiâ doceri potuiſſe. Et ſanè non niſi fide creditur: nec de ea poteſt haberi ſcientia, quæ non eſt infiniti. Infinitam autem eſſe hanc plenitudinem dicere non vereor, edoctus à Magiſtro Angelico, tria quædam eſſe ab infinita Dei potentia condita tantæ excellentiæ, vt infinitem quandam habeant: Chriſtum hominem. Gloriam beatorum: Mariam Matrem Dei. Si Chriſto quidpiam poſſet eſſe maius, magnitudine ſuperaretur Deus. Si Beatorum gloria nõ eſſet ſumma, melior poſſet dari, quã ſit Dei poſſeſſio. Si Matris Dei dignitas non eſſet maxima, dignior, eſſe poſſet mater alicuius, quàm ſit Dei. Quod quis dicere audeat? S. Thom. 1 p. q. 25. art 6, ad 4.

Tertia gratiæ plenitudo, quam vocamus *Excellentiæ*, & ad prærogatiuam Marianam ſpectat, in eo conſiſtit, quod omnes illius partes, ſiue animæ, ſiue corporis, ita fuerint abundanter perfuſæ, vt nihil fuerit *Plenitudo Excellentia.*

rit dono cælesti vacuum : nihil non eodem quàm densissimè constipatum. Concipite *Lunam* , quæ nunc quidem, etiam in plenilunio, non vniformiter, nec æqualiter, sed diuersimodè lucet, ob partium diuersitatem : quædam enim sunt densiores, quæ minus luminis imbibunt : quædam rariores, quæ plus hauriunt, minus tamen relucent, vt norunt Physici. At eandem cogitate omni ex parte sibi similem totum Solem excipere: profectò nihil in illa remanebit non plenum : nihil tenebrosum: nihil obscurum : nihil non æquè lucidum. Hæc species est Virginis plenæ plenitudine *Excellentiæ*. In quâ, vt loquitur Bernardus: *Nihil non dico tenebrosum, non obscurum saltem, vel minus lucidum : sed nec tepidum quidem aliquid, aut non feruentissimum liceat suspicari.*

Bern. Sermone in signum magnum.

Quia plena B.V. nihil in ea fuit peccati.

Itaque hæc Plenitudo indicat, nihil in anima Virginis resedisse vitiosum : nullum in ea locum habuisse pec-

peccatũ, non originariũ: nõ propriâ volũtate cõmissum, siue lethale, siue veniale : abfuisse ab illâ legem peccati, seu prauam concupiscentiam: exulasse ab eadem malitiæ fomité: quorũ locum occuparint, gratia, sanctitudo, caritas, ac reliquæ virtutes, ex quarum præscripro cùm operaretur assiduè, ne noctu quidé & insomnis vacationem sibi permittens, quantus inde meritorum proueniebat cumulus? æstimari humano iudicio non poteſt, quia penè immensus : maximè, si verum eſt, quod Theologi docent, eam ex totâ plenitudine caritatis virtutum officia toto vitæ tempore peregisse. Quod considerans Magnus Papa Gregorius, scribit, *illam tam copiosum gratiæ munus accepisse ab initio, vt instar montis, sanctimoniæ, ac meritorum verticem supra omnes Angelos vsq; ad solium Deitatis erexerit.* An-non verè Domina noſtra, *Sicut* Luna-perfecta *in æternũ*: & *Quasi* Luna-plena *in diebus suis luxit?* Sed

S.Gregor. 1.Reg 1.

Luna plenitudo.

Sed habet prætereà aliud quidpiam Lunæ plenitudò, ob quod meritò *Luna plena* censeri debeat præclarum Virginis gratia plenæ symbolum. Lunæ plenitudo, præ alijs Stellis, non est, vt ita dicam, *tenax, auara, sterilis*: sed est *liberalis, effusa, effundensq́;*, ac *fæcunda*. Non est iners, sed *operatoria*. Haud secus,

Mariæ plenitudo.

Plenitudo Mariæ, non est accisa, contracta, sordida: sed ampla, copiosa, sui communicatiua: tantummon prodiga. aliorum commodis non minus, an fortasse magis etiam? quàm suis, deseruiens. Quod de *Luna* dixi, admirandis constat exemplis in naturæ theatro conspicuis, latente illarum causâ frequenter: quæ idcirco, vt iucundissimam considerationem habent; sic nos Marianæ excellentiæ admiratores ad *Lunæ mysticæ* potestatem operatiuam ex eius plenitudine prouenientem inuestigandam, declarandamque lenissimè manuducit.

At-

Atque vt inde ducatur probationis exordium. Habemus ex obseruationibus agricolarum, potissimùm verò, olitorum, ac hortulanorum, vi atque influxu *Lunæ* ad plenitudinem tendentis, & multo magis, plenæ, fructus agrorum incrementum sumere, ac maturescere. Cuius haud ignarus summus naturæ mystes, nec non Dei æterni, Moses, quem eruditum fuisse omni sapientiâ AEgyptiorum Stephanus archidiaconus, in concilio Hebræorum, dixit, Cùm fausta precaretur Iosepho, eiusque posteris, ita orationem suam concepit Deuteronomij XXXIII. *De benedictione Domini terra eius : de pomis cœli, & rore, atque abysso subiacente : de pomis fructuum Solis & Lunæ.* hoc est, de delicatis, ac dulcibus Solis : deque sapidissimis fructibus Lunæ partem capiat vberrimam. Legunt quidam, De maturis, seu maturationis Lunæ fructibus. In Hebræo

Plena Lunâ fructus maturescunt

Actuũ. 7. 22.

Deuter. 23 13.

גרש *geres* bræo eſt, גרש, *Geres*, ac ſi dicas: *eie-ctionis Lunæ*, maturitatem appellat Hebræus Lunæ eiectionem. Nimirum, tam facilè, ac naturale eſt Lunæ maturitatem inducere, quàm ex manu quidpiam eijcere. Aut, quod Luna ſemen hortorum, agrorumque contineat, quod liberali dexterâ dum ſpargit, ſimulque fæcunditatis, ac maturitatis rorem, fructus eijcere, velut ex cornu-copiæ concipi debeat.

Luna Ierahim. ירחים Eſt etiam in Hebraico, *Lunarum*: ירחים, *Ierachim*. Quamuis enim vna tantum ſit *Luna*: tamen; tum quia multarum eſt inſtar ob virtutem multiplicem, enunciatur in numero multitudinis, contra normam aliorum planetarum. Ex quibus deducunt Scripturæ diuinæ Interpretes, quod *Luna* decoquat, maturetque, ſeu ad maturitatem perducat fructus. Quod confirmant ruſticanæ quorundam villicorum adnotationes; qui ſolerter explorarunt, anim-

ad-

aduerteruntque: nonnulla ex terræ nascentibus noctu ad Lunæ dominantis, fæcundum lumen facilius, fæliciusque maturitatem accipere. An poma tantùm? D. Hieronymus, quod in Hebræo est מגד, *Meged*, trāsfert *poma*: sed propriè significat omne pretiosum, ac optimum, tam in fructibus, quàm auro & argento. Et sanè non minus in terræ visceribus, vbi auri argentique sunt venæ matrices, ac fodinæ; quàm in eius superficie, in quâ arbores pomiferę luxuriant, Lunæ fæcundantis energia se exerit. מגד *Meged.*

Luna nostra, quam hodie, vt splendore, quia *gratiâ plenam* depræedicamus, quæque nobis est instar multarum millium, ob virtutis varietatem, animi affectus internos ad cœlum tendentes: pia mentis desideria: cordis ad diuina aspirantis adflatus: pectoris ad superna anhelantis suspiria; auro, & argento magis pretiosa, quam- *Maria promouet affectus pios.*

uis in penitis abſcondita præcordijs fauore ſuo promouet: tum verò etiam, oris, ac manuum officia: quæ ſenſuum, tanquam ſelectiſſimarum arborum cenſeri poſſunt poma, ad perfectionis maturitatem, vitæ ſuæ exemplo, ac interceſſionis ſuffragio perducit. Ob quam cauſſam eius, vt potentiſſimæ ſimul, ac beneuolentiſſimæ Patronæ imploranđum eſt auxilium, ſiue dum diuinitùs adflati ad Chriſtianæ diſciplinæ perfectionem tendimus: ſiue dum religioſæ vitæ conſilia capeſcimus: ſiue dum emendandæ vitæ cogitationes ſuſcipimus: ſiue dum virtutum exercendarum cauſâ, probitatis palæſtram inimus: ſiue dum quodlibet opus Deo gratum aggredimur: hæc enim ſunt fructus & poma arboris domeſticæ, quæ ſi MARIÆ, tanquam *Lunæ* omnia maturantis, beneuolo influxu excoquantur, citiſſimè perfectionem ſuam nanciſcentur: ſi illius non foue-

foueantur benigno aſpectu, haud facilè imperfectionum cruditatem deponent, ac maturitatem conſummati fructus conſequentur. At, ſi meum votum apud *Lunam-myſticam* quidpiam poſſit, opto, vt vobis tanquam Ioſephinæ ſoboli, accedat plurimum *de benedictione Domini: de pomis cœli, & rore, atque abyſſo ſubiacente: de pomis fructuum Solis & Lunæ.*

Huius autem vim operatoriã, quæ plenitudinem eius conſequitur, aut comitatur, non minus celebrat Piſcatoria, quàm Agriculturæ facultas. In ea verſari dicunt: quæ in mari, aut fluminibus proueniunt: denique vniuerſim, quæ in aquâ, fæcundari, augeri, ac plenitudinem obtinere in plenilunio. Quod in cancris, ac echinis, & omni teſtaceo genere quotidiana patet experientia. Qua docti nundinales coci, negant ad epulas id genus piſcium, alio, quam iſto tempore, eſſe *Vis Lunæ in aquatica.*

opportunum. Quod Apicijs considerandum relinquo.

Lumen Lunæ calorem caussat.

Considerationis Philosophicæ est: inde confici, Lunæ lumen per se vim habere efficiendi calorem, de quo dubitatum aliquando fuit, & etiamnum ambigitur in disputantium circulis. Sed clarè id asserit Aristoteles libro quarto de partibus animalium capit. quinto: vbi *Echini*, inquit, *habent se in plenilunijs vberius. Non, quia per idem tempus copiosius piscantur; vt quidam putant: sed, quod noctes tepidiores sint propter Lunam pleniorem. Calorem enim desiderant, quando frigori patent: vtpote, quo sanguine carent: ex quo fit, vt æstate potius vbique vigeant.* Quod ad omne lumen cœli extendit Alexander de Angelis agens contra Astrologos. Sed in Lunæ lumine est manifestius. Cui & hoc astipulatur, quod Lunæ lumen fraterno Solis sit perquam simile, quippe eiusdem prosapiæ, ac cognatum: quare

Lib.1. c.4.

pecu-

peculiari quodammodo auctius ab eo fieri solet. Itaque si lux Solis virtutem habet calefaciendi, cur non & Lunæ?

Habet sanè maximum *Luna-mystica*, cuius luce si perfundamur, in eius plenitudine, quam hodie colimus, sentiemus calore interno caritatis erga Deum ac proximum exardescere: vel saltem ignauiæ frigus in nobis diminui. *Pulchra* est, *vt Luna*, & actuosa Diua nostra. Eius dum *plena* splendet, virtus maxima est in aquis, & ijs innasci solitis piscibus. *Nos pisciculi secundum ἰχθὺν nostrum* IESVM *Christum in aqua nascimur*, inquit Tertullianus: *Nec aliter, quàm in aqua permanendo salui sumus*. Sumus ex genere testaceo piscium, cancris similes, qui gressu retrogrado in probitatis via ferè procedimus: ab echinis non multum differentes, morositatis, acerbitatisque testâ duri. Iis tamen in plenilunio, cum lumine fauentis

Luna-Mystica calorem auget.

 astri,

aſtri, calor accedit, ac ſuccus vitalis augetur. Qui in nobis etiam acceſſionem capiet, ad pietatis officia, & rectam in virtutis itinere progreſſionem, ſi Mariæ gratiâ plenæ prolificum, & cuncta, quæ in magno mundi pelago degunt, fæcundans lumen ſinu patente animi ad obſequendum parati exceperimus.

Luna plena pinguefacit, & ſaginat.

Verùm, quod piſcatoria in piſcibus, id vniuersè in omnibus corporibus obſeruari monet Ars culinaria. Quod haud ignorauit ſolers naturæ ſcrutator Sanctus Baſilius, homilia 6. in Hexameron, ſic ſcribens: *Corpora rara fiunt, inaniaq; cùm* Luna *imminuitur. Contra*, Lunâ *accreſcente, & ad luminis plenum orbem properante, corpora rurſus disfarciuntur, & implentur.* Verba ſunt emphaſi plena, & arcano ſenſu: vt pleraque Magni illius Doctoris. Ait Lunam plenam disfarcire, id eſt, quantum ego quidem phraſim illam penetro, pin-

pinguefacere, ſaturare, ſaginare, & quaſi farre, ac larido implere, vt farcientium mos eſt, dum inteſtinum aliquod variè ac minutū carne conciſâ & adipe extendunt. O! quàm multi ſunt in orbe noſtro, tam ſpiritu, ac pietate Marianâ macri, tam extenuati ob deuotionis veræ defectū, tam graciles animo quamuis craſſi, & aliqualiculo ſesquipede extante, corpore, ob ſolidarum virtutum abſentiam; tam exſucci, ob diuinę gratiæ, ipſorum culpâ, ſubtractionem: vt præter oſſa emedullata, id eſt, hominis Chriſtiani nomen, & pellem, hoc eſt, Catholici, aut Eccleſiaſtici, titulū, vel fallacem ſpeciem nihil habeant: vt tanquam meræ vmbræ volitent. & vtinam vmbris infernalibus, & tenebrarum, vt vmbrarum Principibus aliqui non eſſent mancipati, illiſque ſponte, nullo licet ſtipendio, niſi turpiſſimæ ac dictu fædiſſimæ voluptatulæ, & ſæpe tantùm imaginariæ auctorati.

Pœnitentiũ vota.

Desiderant ne hi ad pristinum redire statum: reconciliari DEO, ac Deiparæ: gratiam grauissimorum, ac nefariorum scelerum sibi fieri? optántne, tanquam filij verè prodigi, ad benignissimi patris amplexum admitti? detestantur-ne ex animo porcorum immundissimorum pasci siliquis, quibus magis insipidæ sunt, & detestabiliores scrofis pasci gehennalis sordes Sodomiticæ? Dicunt-ne, pœnitentiâ ducti, & ex sincero vitæ emendandæ adfectu, quod olim, ob leuissimam fortasse, ab exquisitissimâ quadam in Dei cultu diligentiâ, aberrationem pientissimus Iobus,

Iob, 29. 2. 3. 4. 5. 6.

Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos, secundum dies, quibus Deus custodiebat me? Quando splendebat lucerna eius super caput meum: & ad lumen eius ambulabam in tenebris? Sicut fui in diebus adolescentiæ meæ: quando secretò Deus erat in tabernaculo meo? Quando erat Omnipotens mecum: & in

cir-

circuitu meo pueri mei? Quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei?

Eſt ne aliquis ex ijs, qui mangonis tartarei fraudibus illectus, reſipiſcere appetit, poſt toties repetita, infamis ſupplicij ſpectacula: & dicit pænitens, corde contrito, ac humiliato: Vtinam me Deus, miſericordiarum Pater, in eum ipſum virtutis, ac perfectionis Chriſtianæ locum reſtituat, in quo me conſtitiſſe aliquando memini; cùm adoleſcens pietati deditus, Deum timens, & mandatorum ipſius obſeruans, Virgini Matri, vt bonorum omnium protectrici, ac Dominæ me conſecraui: cum à peccatis grauibus ac mortiferis, haud ſequius, ac ab exitiali aliqua lue caui: cùm leuia quoque delicta minuere quotidie & ab ijs abſtinere ſtudui: cùm die quolibet in conſcientiam meam anquiſiui: cùm quot hebdomadis, animam, quamuis exilibus noxijs *Adoleſcentia piè tranſacta officia.*

 paul-

גרש *geres* bræo est, גרש, *Geres*, ac si dicas: *eiectionis Luna*, maturitatem appellat Hebræus Lunæ eiectionem. Nimirum, tam facilè, ac naturale est Lunæ maturitatem inducere, quàm ex manu quidpiam eijcere. Aut, quod Luna semen hortorum, agrorumque contineat, quod liberali dexterâ dum spargit, simulque fæcunditatis, ac maturitatis rorem, fructus eijcere, velut ex cornu-copiæ concipi debeat.

Luna ierahim. ירחים Est etiam in Hebraico, *Lunarum*: ירחים *ierachim*. Quamuis enim vna tantum sit *Luna*: tamen; tum quia multarum est instar ob virtutem multiplicem, enunciatur in numero multitudinis, contra normam aliorum planetarum. Ex quibus deducunt Scripturæ diuinæ Interpretes, quod *Luna* decoquat, maturetque, seu ad maturitatem perducat fructus. Quod confirmant rusticanæ quorundam villicorum adnotationes; qui solerter explorarunt, animad-

aduerteruntque: nonnulla ex terræ nascentibus noctu ad Lunæ dominantis, fæcundum lumen facilius, fæliciusque maturitatem accipere. An poma tantùm? D. Hieronymus, quod in Hebræo est מגד, *Meged*, trãsfert *poma*: sed propriè significat omne pretiosum, ac optimum, tam in fructibus, quàm auro & argento. Et sanè non minus in terræ visceribus, vbi auri argentique sunt venæ matrices, ac fodinæ; quàm in eius superficie, in quâ arbores pomiferę luxuriant, Lunæ fæcundantis energia se exerit. מגד *Meged.*

Luna nostra, quam hodie, vt *Maria* splendore, quia *gratiâ plenam* depromoue prædicamus, quæque nobis est instar multarum millium, ob virtutis varietatem, animi affectus internos ad cœlum tendentes: pia mentis desideria: cordis ad diuina aspirantis adflatus: pectoris ad superna anhelantis suspiria; auro, & argento magis pretiosa, quam- *Maria promouet affectus pios.*

uis in penitis abſcondita præcordijs fauore ſuo promouet : tum verò etiam, oris, ac manuum officia: quæ ſenſuum, tanquam ſelectiſſimarum arborum cenſeri poſſunt poma, ad perfectionis maturitatem, vitæ ſuæ exemplo, ac interceſſionis ſuffragio perducit. Ob quam cauſſam eius, vt potentiſſimæ ſimul, ac beneuolentiſſimæ Patronæ imploiandum eſt auxilium, ſiue dum diuinitùs adflati ad Chriſtianæ diſciplinæ perfectionem tendimus : ſiue dum religioſæ vitæ conſilia capeſcimus: ſiue dum emendandæ vitæ cogitationes ſuſcipimus: ſiue dum virtutum exercendarum cauſâ, probitatis palæſtram inimus: ſiue dum quodlibet opus Deo gratum aggredimur: hæc enim ſunt fructus & poma arboris domeſticæ, quæ ſi MARIÆ, tanquam *Lunæ* omnia maturantis, beneuolo influxu excoquantur, citiſſimè perfectionem ſuam nanciſcentur : ſi illius non

foue-

foueantur benigno aſpectu, haud facilè imperfectionum cruditatem deponent, ac maturitatem conſummati fructus conſequentur. At, ſi meum votum apud *Lunam-myſticam* quidpiam poſſit, opto, vt vobis tanquam Ioſephinæ ſoboli, accedat plurimum *de benedictione Domini: de pomis cœli, & rore, atque abyſſo ſubiacente: de pomis fructuum Solis & Lunæ.*

Huius autem vim operatoriã, quæ plenitudinem eius conſequitur, aut comitatur, non minus celebrat Piſcatoria, quàm Agriculturæ facultas. In ea verſati dicunt: quæ in mari, aut fluminibus proueniunt: denique vniuerſim, quæ in aquâ, fæcundari, augeri, ac plenitudinem obtinere in plenilunio. Quod in cancris, ac echinis, & omni teſtaceo genere quotidiana patet experientia. Qua docti nundinales coci, negant ad epulas id genus piſcium, alio, quàm iſto tempore, eſſe *Vis Lunæ in aquatica.*

 oppor-

opportunum. Quod Apicijs considerandum relinquo.

Lumen Lunæ calorem caussat.

Considerationis Philosophicæ est: inde confici, Lunæ lumen per se vim habere efficiendi calorem, de quo dubitatum aliquando fuit, & etiamnum ambigitur in disputantium circulis. Sed clarè id asserit Aristoteles libro quarto de partibus animalium capit. quinto: vbi *Echini*, inquit, *habent se in plenilunijs vberius. Non, quia per idem tempus copiosius piscantur; vt quidam putant: sed, quod noctes tepidiores sint propter Lunam pleniorem. Calorem enim desiderant, quando frigori patent: vtpote, quo sanguine carent: ex quo fit, vt æstate potius vbique vigeant.* Quod ad omne lumen cœli extendit Alexander de Angelis agens contra Astrologos. Sed in Lunæ lumine est manifestius. Cui & hoc astipulatur, quod Lunæ lumen fraterno Solis sit perquam simile; quippe eiusdem prosapiæ, ac cognatum: quare

Lib. 1. c. 4.

pecu-

peculiari quodammodo auctius ab eo fieri solet. Itaque si lux Solis virtutem habet calefaciendi, cur non & Lunæ?

Habet sanè maximum *Luna-mystica*, cuius luce si perfundamur, in eius plenitudine, quam hodie colimus, sentiemus calore interno caritatis erga Deum ac proximum exardescere: vel saltem ignauiæ frigus in nobis diminui. *Pulchra* est, *vt Luna*, & actuosa Diua nostra. Eius dum *plena* splendet, virtus maxima est in aquis, & ijs innasci solitis piscibus. *Nos pisciculi secundum* ἰχθὺν *nostrum* IESVM *Christum in aqua nascimur*, inquit Tertullianus: *Nec aliter*, *quàm in aqua permanendo salui sumus*. Sumus ex genere testaceo piscium, cancris similes, qui gressu retrogrado in probitatis via ferè procedimus: ab echinis non multum differentes, morositatis, acerbitatisque testâ duri. Iis tamen in plenilunio, cum lumine fauentis

Luna-Mystica calorem auget.

aſtri, calor accedit, ac ſuccus vitalis augetur. Qui in nobis etiam accessionem capiet, ad pietatis officia, & rectam in virtutis itinere progreſſionem, ſi Mariæ gratiâ plenæ prolificum, & cuncta, quæ in magno mundi pelago degunt, fæcundans lumen ſinu patente animi ad obſequendum parati exceperimus.

Luna plena pinguefacit, & ſaginat.

Verùm, quod piſcatoria in piſcibus, id vniuersè in omnibus corporibus obſeruari monet Ars culinaria. Quod haud ignorauit ſolers naturæ ſcrutator Sanctus Baſilius, homilia 6. in Hexameron, ſic ſcribens: *Corpora rara fiunt, inaniaq; cùm* Luna *imminuitur. Contra*, Lunâ *accreſcente, & ad luminis plenum orbem properante, corpora rurſus disfarciuntur, & implentur.* Verba ſunt emphaſi plena, & arcano ſenſu: vt pleraque Magni illius Doctoris. Ait Lunam plenam disfarcire, id eſt, quantum ego quidem phraſim illam penetro,

pin-

pinguefacere, ſaturare, ſaginare, & quaſi farre, ac larido implere, vt farcientium mos eſt, dum inteſtinum aliquod variè ac minutũ carne conciſâ & adipe extendunt. O! quàm multi ſunt in orbe noſtro, tam ſpiritu, ac pietate Marianâ macri, tam extenuati ob deuotionis veræ defectũ, tam graciles animo quamuis craſſi, & aliqualiculo ſesquipede extante, corpore, ob ſolidarum virtutum abſentiam: tam exſucci, ob diuinę gratiæ, ipſorum culpâ, ſubtractionem: vt præter oſſa emedullata, id eſt, hominis Chriſtiani nomen, & pellem, hoc eſt, Catholici, aut Eccleſiaſtici titulũ, vel fallacem ſpeciem nihil habeant: vt tanquam meræ vmbræ volitent. & vtinam vmbris infernalibus, & tenebrarum, vt vmbrarum Principibus aliqui non eſſent mancipati, illiſque ſponte, nullo licet ſtipendio, niſi turpiſſimæ ac dictu fædiſſimæ voluptatulæ, & ſæpe tantùm imaginariæ auctorati.

Pœnitentiū vota. Desiderántne hi ad pristinum redire statum: reconciliari DEO, ac Deiparæ: gratiam grauissimorum, ac nefariorum scelerum sibi fieri? optántne, tanquam filij verè prodigi, ad benignissimi patris amplexum admitti? detestantur-ne ex animo porcorum immundissimorum pasci siliquis, quibus magis insipidæ sunt, & detestabiliores scrofipasci gehennalis sordes Sodomiticæ? Dicunt-ne, pœnitentiâ ducti, & ex sincero vitæ emendandæ adfectu, quod olim, ob leuissimam fortasse, ab exquisitissimâ quadam in Dei cultu diligentiâ, aberrationem pientissimus Iobus,

Iob, 29. 2. 3. 4. 5. 6. *Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos, secundum dies, quibus Deus custodiebat me? Quando splendebat lucerna eius super caput meum: & ad lumen eius ambulabam in tenebris? Sicut fui in diebus adolescentiæ meæ: quando secretò Deus erat in tabernaculo meo? Quando erat Omnipotens mecum: & in cir-*

circuitu meo pueri mei? Quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei?

Est ne aliquis ex ijs, qui mangonis tartarei fraudibus illectus, resipiscere appetit, post toties repetita, infamis supplicij spectacula: & dicit pænitens, corde contrito, ac humiliato: Vtinam me Deus, misericordiarum Pater, in eum ipsum virtutis, ac perfectionis Christianæ locum restituat, in quo me constitisse aliquando memini; cùm adolescens pietati deditus, Deum timens, & mandatorum ipsius obseruans, Virgini Matri, vt bonorum omnium protectrici, ac Dominæ me consecraui: cum à peccatis grauibus ac mortiferis, haud sequius, ac ab exitiali aliqua lue caui: cùm leuia quoque delicta minuere quotidie & ab ijs abstinere studui: cùm die quolibet in conscientiam meam anquisiui: cùm quot hebdomadis, animam, quamuis exilibus noxijs

Adolescētia piè trāsacta officia.

paullulum conſpurcatam, pœnitentiæ ſacramentalis latice emundaui: cùm in menſe ſæpius ſpiritum diuina fameſcentem cœleſti Eucharistiæ pabulo refeci: cùm annis ſingulis repetita ſuperioris temporis memoriâ: & factorum, dictorum, cogitatuumque ſerie recenſitâ, generalem exomologeſim peregi: cùm orationi, meditationique rerum cœleſtium nullo non die aliquid temporis ſepoſui: templa frequentaui: Sodalitatis Marianæ conuentus adij: in ſupplicationibus ſacris mei copiam feci: verbum Dei ab Eccleſiaſte libenter audiui: monitionibus Magiſtrorum ſpiritualium ſponte parui: eleemoſynis egentes, vt eiuſdem mecum ſortis fratres, quia Chriſtianos ſubleuaui: Deo eiuſque Parenti, mortalium Matri amantiſſimę, & Cælitibus omnibus carus.

Tunc vigilantiſſimi Paſtoris curâ, ac præſentiſſimâ Patris optimi bene-

beneuolentiâ fauoreque, tentationes, quamuis graues, & assiduas à Mundo, Carne, Cacodæmone procreatas, facillimè superabam: nec quicquam, per Dei gratiam, ac singularem protectionem, mihi erat difficilè. Tunc diuinâ luce ita collustrabar, vt nullas in viâ Dei errorum tenebras paterer: vt obscuritate quauis dubitationum discussâ, quid agendum, quid vitandum, clarissimè perspicerem: vt lætus, ac alacer, nullis difficultatibus impeditus, magnis itineribus ad metam veræ beatitudinis contenderem. Nimirum, in cæcis huius vitæ fluctibus, quibus mortales iactari solent, ad Diuinam voluntatem, quasi ad cynosuram torquebam oculos, illiusque, in lege mandatorum rutilantis splendore, ac ductu secundissimo vento cursum tenebam meum. In rebus autem obscurissimis; atque difficillimis menti meæ DEVS cæleste

lumen præferebat, cuius ope perſpicaci mente res maximè impeditas explicabam. Tunc, quamuis adoleſcens, inſtar arboris frugiferæ, bonorum operum fructu eram vſquequaque onuſtus. Tunc, ſuauiſſimam cum Deo conſuetudinem, ac intimã familiaritatem colebã. Tunc, iucũdum erat illi mentis meæ perpurgatiſſimæ hoſpitium: ac ſe mihi cum ſumma animi pace, atq; tranquillitate, ab omni procul perturbationũ tumultu ſocium, ac comitem præbebat. Tunc, vt ætatis incrementa capiebam; ſic in omni quoque virtute faciebam progreſſus præclaros. Siquidem, præter Deum, ſummum Doctorem, habebam quoque tutelarem Angelum, veluti pædagogum ac greſſuum moderatorem. Tunc, quæ mundi mancipijs videntur ſalebroſa, & haud ſecus, ac ſilices in arcta mandatorum diuinorum via occurrunt, butyro, ac lacte videbantur fluere, quibus pedes perunge-

perungerem Omnia mihi mollesce-bant, & oleo ac butyro videbantur teneriora: dulciora quoque mandata omnia super mel & fauum.

Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos? Estne hoc votum alicuius ex eorum numero, qui tam crudeliter sub tartarei Pharaonis tyrannide vapulant? qui ad maciem, mœroremque animi adiguntur ob cælestis pabuli penuriam? Qui sunt in terra deserta, & inuia, & inaquosa, fame rabidi, siti penè enecti. Postulat ne quispiam ex ijs, vt *sicut adipe, & pinguedine repleatur anima* eorum, gratiæ ac virtutis saginâ? Non despondeat animum quisquis ille tandem, quamuis eatenus Satanæ mancipiū. Non desperet. Nondum est conclamatum, quamdiu vitam mortalem agimus. Sunt dies *Lunæ plenæ*, quibus pinguescunt, quæ hactenus fuerunt macie horrida. Ad Dominam suam, cui sacramentum fidelitatis dixit, conuertatur: benigna est, misericors

Votum resipiscentiæ.

Psal. 62. 6.

lumen præferebat, cuius ope perſpicaci mente res maximè impeditas explicabam. Tunc, quamuis adoleſcens, inſtar arboris frugiferæ, bonorum operum fructu eram vſquequaque onuſtus. Tunc, ſuauiſſimam cum Deo conſuetudinem, ac intimã familiaritatem colebã. Tunc, iucũdum erat illi mentis meæ perpurgatiſſimæ hoſpitium: ac ſe mihi cum ſumma animi pace, atq; tranquillitate, ab omni procul perturbationũ tumultu ſocium, ac comitem præbebat. Tunc, vt ætatis incrementa capiebam; ſic in omni quoque virtute faciebam progreſſus præclaros. Siquidem, præter Deum, ſummum Doctorem, habebam quoque tutelarem Angelum, veluti pædagogum ac greſſuum moderatorem. Tunc, quæ mundi mancipijs videntur ſalebroſa, & haud ſecus, ac ſilices in arcta mandatorum diuinorum via occurrunt, butyro, ac lacte videbantur fluere, quibus pedes perunge-

perungerem Omnia mihi mollesce-bant, & oleo ac butyro videbantur teneriora: dulciora quoque manda-ta omnia super mel & fauum.

Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos? Estne hoc votum alicuius ex eorum numero, qui tam crudeliter sub tartarei Pharaonis ty-rannide vapulant? qui ad maciem, macroremque animi adiguntur ob cælestis pabuli penuriam? Qui sunt in terra deserta, & inuia, & inaquosa, fame rabidi, siti penè enecti. Postu-lat ne quispiam ex ijs, vt *sicut adipe, & pinguedine repleatur anima* eorum, gra-tiæ ac virtutis saginâ? Non despon-deat animum quisquis ille tandem, quamuis eatenus Satanæ mancipiū. Non desperet. Nondum est concla-matum, quamdiu vitam mortalem agimus. Sunt dies *Lunæ plenæ*, quibus pinguescunt, quæ hactenus fuerunt macie horrida. Ad Dominam suam, cui sacramentum fidelitatis dixit, conuertatur: benigna est, misericors

Votum resipiscentiæ.

Psal. 62. 6.

est: pinguefaciendi animam artem admirandã callet. Non-ne MARIA, hodie, vt *Luna-plena* ipsum Dei Filium carne impingnauit? Ita sanè canit D. Damascenus: *Sed in extremu Verbum impinguatũ carne*. An non sperẽt Mariæ clientuli, se impinguãdos, implendosq; ab hac sua *Lunâ* nunq̃ non plenâ? Crescetis virtute, ac spiritu, illâ in vobis crescẽte: illa per neglectum imitationis, ac cultus decrescente, minuemini.

S. Damas. Iambis de Christi Natiuit.

Hic mihi opportunè in mentẽ venit imago piscis, de quo Anastasius lib. 4. Hexamer. *In fluuio Galliæ dicunt degere piscem, qui ab incolis dicitur* Clopias. *Qui quidem* Lunâ crescente, *albescit; decrescẽte autem, nigrescit*. Etiamsi cutem haberes interiorẽ Æthiopis, teterrimis criminum maculis deformatã: quamuis corui instar, nihil cãdoris à virtute hausti præ te ferres: licet denigrata esset super carbones facies animæ tuæ: tamen, si in te Maria, tenero filij affectu, eximio vene-

Piscis clopias.

rationis

rationis cultu: deniq; , quod palmariū est, singulari imitationis studio augeretur velut *Luna-plena*, supra niuē, pænitudinis lymphâ dealbat⁹, recentis gratiæ splēdore nitesceres. Cōtrà verò, decrescente affectu, cultu, imitatione Deiparæ, vigor animæ paullatim deficit, succus gratiæ euanescit, viuid⁹ sanctitatis color deperditur, contabescit spiritus, squalet virtutis decor: dies migrat in noctem: denigrantur omnia.

Vultis ne veritatis huiusce testimonium omni maius exceptione? eo certius, quo magis incorruptum: quia ab eo prolatum, à quo id, non simulatio, aut hypocrisis nihil profutura: non tortoris virga: non carnificis fidicula: nō iudicis minax vultus: non cōplicum dira denunciatio: non insidiosa circumstantiū promissio elicuit; sed expressit cōscientiæ, in extremo vitæ articulo sincerè pronūciantis oraculū; impellēte, vt arbitror, ac exstimulante, per domesticum

cura-

curatorem Angelum, Patronâ Nostrâ; vt, vel hunc fructum, ex perfidorum scelere, tanquam gemmam è fimeto auferant fidi clientuli.

Exemplũ adolescentis miserè decepti.

In numero quorundam nefariorum, qui incredibili malitiâ abiurato Deo, & in eius locum, adscito, adoratoque Cacodæmone, per omnia flagitiorum genera aliquamdiu erant impunè grassati; sed iusto Dei, non semper conniuentis, iudicio detecti, comprehensi, damnati, flammis addicti, meritas execrabilis apostasiæ, & tot illi adnexorum scelerum pænas luerunt deinde; fuit non nemo, quem ego, & mecum non pauci iuuentutis moderatores, in adolentiâ, vt eximium modestiæ, probitatisque cultorem habueram, & fuisse quoque aliquando non ambigo. Is, ad præterita reflectens animum, &, vel mutationis illius insolentiam, cum alijs, qui hanc suggerebant, admiratus: vel scelerum posteà patratorum atrocitatem exhorrescens,

cum

cum tanti mali originem tacitus inuestigaſſet, & ad eius fontem perueniſſe ſibi videretur, ſponte profeſſus eſt malorum ſuorum principium, & primam exitij ſui cauſſam fuiſſe, in veneratione Deiparæ ſocordiam: id eſt, vt ego interpretor. Quod illi fidem in Sodalitatis admiſſione ſemel datam, & promiſſione ſolemni obligatam, nō ſeruaſſet: quod frequentem confeſſionis ſinceræ vſum: Sacro-ſanctæ Eucharistiæ participationem dignam, non ſimulatam, & conſuetudinariam: examinis conſcientiæ morem: precationum quotidianarum, & Litaniæ Marianæ recitationem piam: emendationis ſeriæ propoſitum: inuocationem Dominæ in periculis, ac tentationibus commendatam Sodalibus: quæque alia, vel regulis Sodalitatis præſcripta vel in conuentu à Præſidibus audita vel in libellis ſpiritualibus lecta: denique, quod ſignatè, cum ſingulari verborum energia exprimebat,

Socordia in cultu B. V.

mebat, ꝙ consuetos Congregation
congressus nulla legitima caussâ al
sens neglexisset. Decrescēte in se a
fectu erga Patronā suā, quā olim c
luisset impēsè: meritò planè; quip
benignissimā, ac optimā; decreuis
pietatis, ac virtutis Christianę am
rem: decrescente obsequio erga De
parā, decreuisse erga Deū veneratio
nis spiritum: decrescente erga Mar
deuotionis feruore, decreuisse erg
Christum veræ, viuæque fidei imp
tum: & tandem, pietatis flamma
fuisse extinctam: sic deniq; se in m
lorum barathrum actum. An non
gitur iure optimo asseramus, maio
esse Mariæ virtutem operatiuam i
animas, quàm Lunæ, vel crescentis
vel plenæ in corpora? Et illam, no
solùm *pulchram*, verùm etiā effectri
cem, vt *Lunam*, dici à nobis oportere

Luna vis operatrix in animalia. Quod, vt magis roboretur, adiū
gam⁹: nullū esse animaliū genus, siu
aquatile, siue terreum, siue aëreū si
quod Lunæ vim operatricē, dū plen

es

eſt, nō perſentiſcat. Cuiuscumq; homines ſint ſortis, aut cōditionis: ſiue aëreæ, ad altiora nati, ac volatici, vel in dignitatibus cōſtituti: ſiue terreæ, plebei, viles, obſcuri: ſiue aqueę, quaſi intermedij; medioxumos, veteres vocabant; vbicūq; degant, ſeu infernè, ſeu supernè, ſeu in regione mediâ, *Luna-myſtica*, gratiâ plenæ benifico influxu perfruuntur, dilatātur, ac implentur. Longū eſſet ire per ſingula. Seligamus, quæ illuſtria ſunt.

Inter aquatilia, piſcis eſt, *Luna* nuncupat', vt Ælianus refert, qui dū pinnas ſuas, molles, ac lenes ad natandū explicat, adinſtar Lunæ, ſemicirculū efficit. Hunc Cyprij piſcatores dicūt *Lunâ plenâ* nō impleri ſolū, ſed implere etiā arbores, ſi ex ijs appendatur. Decreſcēte verò Lunâ, ſi plantis admoueatur, eas marceſcere: imò, euaneſcere. Quod ſi quis *Luna-plenâ* eundē piſcē in id aquę, ꝙ in perfoſſis puteis reperitur, iniecerit; aquā iugē, ac perennē fore: ſin extremâ Lunâ, aquā

Luna piſcis.
Li. 15. c. 4.

exareſcere

exareſcere. Quod ſi fonti ſcaturienti immerſeris; quemadmodũ dictum de puteo, is ad Lunæ rationem, modò exa-reſcet, modò implebitur.

Sodalis ſimilis Lunæ piſci.

Ita ſe res habet. Qui ſe ad *Lunæ-myſticæ* formam effingit, fide firmâ, ſpe conſtante, caritate feruente: humilitate, caſtitate, verecundiâ, alijſq; virtutibus, Mariæ proprijs, vt altera *Luna*, imitatione videatur; non impletur ipſe tantùm, diuinis, per Dominam, impetratis fauoribus: ſed implet quoque alios, quibus adhæſerit, verbo, exemploque: vel propinquitate ſolâ fructuoſus, ac fæcundans. In eodem autem, quàm primùm deficit Mariana imitatio, ac erga Patronam deuotio, quaſi Lunâ decreſcente, tam ipſe, quàm quibuſcum agit, in pietatis exercitationibus marceſcunt: & omnis tandem euaneſcit religio.

Ibis.

In aëre volitat *Ibis* ſoli Ægypto peculiaris ales, ciconiæ per ſimilis, rigidis cruribus, corneo, proceroque roſtro;

roſtro; nomine celebris, tum à carmine Ouidiano, cum à magiſterio hominis: traditur enim prima clyſteris vſum demonſtraſſe, quod conſuetudinem habeat ſe purgandi, roſtri aduncitate eam perluens partẽ, quâ ciborum onera redduntur. Sed magis illam æſtimo, quod arctam cum Luna videatur habere cognationem, & vim illius prodat occulta quadam indole. Nouit ipſa Lunam creſcere: experitur plenã eſſe: animaduertit deficere: ſuo ſingula, tum emolumento, tum damno: emolumento eſt, creſcens, ac plena: damno, deficiens. Ita, quæ Medicorum eſt doctix, morum quoque fit magiſtra, dum rationẽ viuendi augmento Lunæ, ac decremento perdiſcit ſibi, docet alios. De eâ ſic Anaſtaſius lib. 4. Hexamer. *Dicunt* Ibin, *quæ animal eſt ſimile* Lunæ æthereæ, *non videre, quando cœlum* eſt *ſine* Luna: *eam autem illo tempore clauſis eſſe oculis, & manere cibi expertẽ.* Addit Ælianus quidpiam

Plin li 8. cap. 27.

Eius cum Luna cognatio.

Lib. 2. c. 35.

piam

ſemper collimandum, imitationis ſtudium. Hoc flacceſcente, intellectus capacitas conſtringetur, & lumine paullatim diminuto, viſus obtenebrabitur. Meritò, illâ non comparente, triſtaris: & nouam cum tripudio ſalutas.

In hominē vis actiua Lunæ.

Sed nihil adeò Lunæ creſcentis, ac plenæ vires experitur, quàm homo: vt, ſi quod aliud, certè, ipſe appellari poſſit animal lunare. Sunt in hominibus omnibus quattuor humores, quorum affluentiam, Lunâ creſcēte, ac multo magis, plenâ, percipit. Vt ſanguis augeatur cum Luna, venæ laxationem Medici, illâ creſcente, præſcribunt. Eandem ob cauſſam, ſcrificatio in plenilunio plerumque peragitur. Defluxionibus, Luna augmentum capiente, abundamus, ac ſæpè obruimur. Minór-ne vis ſit *Lunæ-myſticæ* in hominis animam? Ne credas. Illius in nobis per aſſiduas orationes, meditationes, inuocationes, poſtulationes, virtu-

virtutum exercitationes creſcente fauore, ac gratia, augentur virtutes, quibus haud ſecus anima, quam corpus humoribus irroratur. Illâ fouente, ac de plenitudine ſuâ nonnihil transfundente, vitalis animę ſanguis, qui iuſtitiæ interioris vocabulo à Theologis exprimitur, capit, nobis cooperantibus, incrementum. Dum illa in nobis eſt plena, per filialem affectum, teneramq́ue deuotionem, percommoda eſt commiſſorum criminum, tanquam ſanguinis corrupti, per confeſſionem, veluti venæ apertionem, diminutio: & per voluntariam corporis caſtigationem, flagellationemq́;, ſcarificatio. Eodem tempore, abundamus, ex ſuperiore animæ parte, quæ æterna conſiderat, in portionem inferiorem, & vires exequutrices, defluxionibus, quibus non obruimur; ſed ad meliora animamur, ac prompti reddimur.

Luna vis in plantas & ſenſus vitæq; expertia.

Neque exiſtimes, *Lunam* exerere tantùm vim actiuam ſuam in anima-

lia; deriuat eandem ad plantas: & non sensus solùm, sed & vitæ expertia. De lignis campi, aut nemorum, id vniuersè adfirmare possumus, quod crescente Lunâ, humore turgescant: illâ plenâ abundent maximè, ac impleantur. Quod norunt lignatores, ac syluarum præfecti: rei quoque arborariæ, ac architecturæ magistri: qui idcirco monent, non semper opportunum esse, vt cædantur arbores, & materia secetur, sed attendendam Lunæ faciem. Nam secari non debere, aut crescente Luna, aut plenâ: sed decrescente, quã eo fine *Faustam* appellant.

Cuius rei caussam dum producere nituntur Philosophi, docent, ligna cæsa, Luna crescente, aut plena, facilius, quàm, quæ decrescente cæduntur, putrescere. Siquidem crescente, plenáque Luna abundant humoribus, qui putredini materiam, & caussam exhibent, nisi vitalis calor adsit, qui vigorem conseruet:

Mirandulan. lib. 1. contra Astrol. cap. 5.

conſeruet: decreſcente vero Luna, diuturno lumine, tum Solis, tum Lunæ, ac longiore tempore dominante calore reſoluti multi humores, efficiunt vt ligna fiant ſicciora: hinc deficiente humore, diutiſſimè perdurant.

Eſt quilibet Chriſtianus, & multo magis, quàm vulgares quidam, Sodalis Parthenicus: maximè autē Religioſus Chriſtianæ diſciplinæ perfectionem profeſſus, *tanquā* Lignum, *quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum*. Eſt Religio, ac Sodalitas, velut arboretum, ac ſylua cædua: in quâ quot Chriſto, ac Deiparæ nomina dederunt, tot ſunt ligna pomifera, & fructuoſæ arbores, ac firmiſſima robora, ex quibus materia petitur ad Domum Dei extruendam. In his humor, calorque vitalis augetur, ac diuinæ gratiæ ſuccus, dum à *Luna myſtica*, in ijs, per religionis officia, & teneræ deuotionis affectus creſcente, impinguantur ſpiritu: & multo

Chriſtianus Sodalis.

Pſal. 1. 3.

maximè, dum ab eadem plenâ, bonorum spiritualium plenitudinē exposcunt; quam, illâ opitulante, operum piorum merito, Christi Domini virtute, ac satisfactione innitente, consequuntur. Fortunatæ arbores, si ad fauentem Lunæ nostræ aspectū, non decrescentis, sed plenæ, securi mortis incidantur; nunquam amplius peccati carie infestæ computrescent: quippe, cùm diuinæ gratiæ humor à plenitudine *Luna-mystica* proueniens non putrescentiæ, sed incorruptionis sit caussa.

Lunaria Graca.

Magis aspectabilis Lunæ vis obseruata est in herbâ, quæ ad hortulanis *Lunaria-Graca* appellatur, ob cognationem, vt reor, aut sympathiam singularem. Fertur enim Lunâ ad plenitudinem tendente, adeò fæcundari, vt vnum quotidie producat folium: decrescente Lunâ, ornatū omnē suum deponere: annos autem vtenti promittere Lunares. Opto, vt quotquot in Horto Mariano efflorescunt,

Marsilius Ficinus li 3. de vita triplici cap. 14.

rescunt, sint Herbæ lunariæ, quæ ad Lunæ augmentum, ac plenitudinem proficiant, & quotidie saltem præclarum aliquẽ heroicæ virtutis actũ, vt folium, emittant. Quod si facerent, sat citò ad plenitudinis cumulum peruenirent: neq; vnquam pulcherrimum foliorum suggestum deperderent: nisi, quod absit, in ijs Lunæ beneuolus splendor diminueretur. De quo haud metuendum, cum absque culpâ voluntariâ hominis non contingat.

Admirabilius est, quod Lunæ perfectæ vigor ad lapides penetret. Ne desperes, quamuis instar lapidis obduruisses, in malo eatenus obstinatus, ac peruicax: mollesces, si *Luna-mystica* benignam ad flectendum qualitatem aperto sinu receperis: ad eamq; te cõposueris. quod est perquam facile. *Selenites* lapis est à Luna dictus, quod in se contineat Lunæ imaginem, eamque noctu potissimùm reddat: Lunæ tam si- *Lunæ vis in lapides.* *Selenites.*

milis, vt augeatur ad astri illius morem, ac decrescat. Quod præter Solinum, cuius est aliqua in istiusmodi naturæ miris auctoritas, habet, maioris apud nos nominis auctor B Isidorus, ac Psellus, opusculo de lapidib⁹. Simile quid adfertur de puteo ad Nilum, qui augetur, ac minuitur ad amnis rationem. Anonymus quoque Græcus scribit in Ægypto esse Taurum, cuius cauda cum Lunâ incrementum sumat, ac decrementum.

Li.16.c.10. *Psellus de Lapid.* *Puteus.* *Tauri cauda Lunaris.*

Quæ omnia ad eandem spectant imaginem. Qua docemur Christianos omnes: sed imprimis Sodales Parthenios, qui vt lapides viui superædificantur fundamentis Prophetarum & Apostolorum, aut crescere, aut decrescere; crescente, vel decrescētē in ijs sincero cultu, ac expressione, per virtutum exempla, Mariæ. Deinde, Lapides quoque ipsos, vt initio insinuabam, seu saxea peccatorum corda Marianam benignitatem

Christiani Sodales Lapides viui.

inter-

interdum recipere: ac ad eius venerationem flecti. Prætereà plurimum nos, qui in Mariæ clientelâ viuimus, proficere Patronæ nostræ fauore: deficere etiam, ipsâ benignitatis manum ob nostram indignitatem retrahente.

Eodem symbolo exprimunt quidam exēplum Principis. Quod qualis ille, tales esse soleant populares. *Exemplū Principis. Cauß. li. 11. Par. 68.*

---- Componitur orbis
Regis ad exemplum: nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, quàm vita Regentis.

Vtinam qualis Domina nostra Maria, tales essemus nos illius Sodales Mariani. Non nomine solùm, sed re quoque Selenitæ: à Lunâ nostra Lunarij.

Nec reticendus hic lapis alter, cui nomen *Synodites*: qui, cùm Solem habeat impressum, Lunam quoque repræsentat ad Solis varios aspectus crescentem, & decrescentem, vt Damascius refert in Isidori vita. *Synodites.*

exareſcere. Quod ſi fonti ſcaturienti immerſeris; quemadmodū dictum de puteo, is ad Lunæ rationem, modò exa-reſcet, modò implebitur.

Sodalis ſimilis Lunæ piſci.

Ita ſe res habet. Qui ſe ad *Lunæ myſticæ* formam effingit, fide firmâ, ſpe conſtante, caritate feruente: humilitate, caſtitate, verecundiâ, alijſq; virtutibus, Mariæ proprijs, vt altera *Luna*, imitatione videatur; non impletur ipſe tantùm, diuinis, per Dominam, impetratis fauoribus: ſed implet quoque alios, quibus adhæſerit, verbo, exemploque: vel propinquitate ſolâ fructuoſus, ac fæcundans. In eodem autem, quàm primùm deficit Mariana imitatio, ac erga Patronam deuotio, quaſi Lunâ decreſcente, tam ipſe, quàm quibuſcum agit, in pietatis exercitationibus marceſcunt: & omnis tandem euaneſcit religio.

Ibis.

In aëre volitat *Ibis* ſoli Ægypto peculiaris ales, ciconiæ per ſimilis, rigidis cruribus, corneo, proceroque roſtro;

rostro; nomine celebris, tum à carmine Ouidiano, tum à magisterio hominis: traditur enim prima clysteris vsum demonstrasse, quod consuetudinem habeat se purgandi, rostri aduncitate eam perluens partē, quâ ciborum onera redduntur. Sed magis illam æstimo, quod arctam cum Luna videatur habere cognationem, & vim illius prodat occulta quadam indole. Nouit ipsa Lunam crescere: experitur plenā esse: animaduertit deficere: suo singula, tum emolumento, tum damno: emolumento est, crescens, ac plena: damno, deficiens. Ita, quæ Medicorum est doctix, morum quoque sit magistra, dum rationē viuendi augmento Lunæ, ac decremento perdiscit sibi, docet alios. De eâ sic Anastasius lib. 4. Hexamer. *Dicunt* Ibin, *quæ animal est simile* Lunæ æthereæ, *non videre, quando cælum* est *sine* Luna: *eam autem illo tempore clausis esse oculis, & manere cibi expertē*. Addit Ælianus quidpiam

Plin li 8. cap. 27.

Eius cum Luna cognatio.

Lib. 2. c. 35.

Li.2.c. 30. piam ab alijs non obseruatum: Ib
dis intestinum, cum sex, & nonagin
ta cubitorum sit longitudine, in Lu
næ defectione comprimi.

Sodalis animal aereum, ac Lunare.

En, vt aëreum animal cum *Lun*
conuenit! vt eius profectus, defectu
que à Luna dependet! vt visus, & qu
interius latent: imō, vita ipsa Lunar
crescentem, ac perfectam respicit
Quicumque Christum, vt fratrem
agnoscit; Mariam, pulchram, v
Lunam, ceu Matrē, habeat oporte
aut, si mauult, ceu sororem: est enin
Solis soror Phæbe, quæ nobis est Lu
na. Itaq;, vel matri, vel sorori cōsan
guineum sit animal, simile *Lunæ-my
stica*: volucris lunaris. Intelliga
cum Lunâ crescente, sibi proficien
dum de virtute in virtutem: progre
diendum semper ad vlteriora, pro
cedendū in probitatis itinere, done
ad terminū perueniat. Sciat, dū Lu
na est plena gratiâ, nullum in se esse
debere vacuum inanitatis: nullan
lacunam hiantem auaritiæ: nullan
fossan

fossam patentem concupiscentiæ. Obseruet, catum oculorum lumen sibi obtenebrari, nisi Luna, Maria, quæ ipso nomine est illuminatrix, in cælo compareat: & lumē impertiat. Illa disparente, clausis, vt catuli, manemus ad bonum oculis: cibi spiritualis expertes. Contrahitur nobis, si in eius cultu deficiamus, vt Ibidi, intestinum, cælestia ac diuina contemplandi, seu animæ pabulum digerendi desiderium, ac facultas.

Terrestre animans est *Simia*, quæ quantum possit Luna in his inferioribus manifestissimè declarat certis temporibus. Nam, si credimus Anastasio, loco indicato: Quandocumque crescit Luna, ei dilatatur orbis oculorum: quando autem decrescit, ei contrahitur oculorū circumferentia: tristis est, *Lunâ* cau : nouam cum exultatione, caudâ adorat. Dilatabitur in te contemplationis oculus, si creuerit *Lunæ-mysticæ* gratia, & erga illam, affectus: ac, quo *Simia Lunaris.*
semper

ſemper collimandum , imitation[illegible]
ſtudium. Hoc flacceſcente , intelle-
ctus capacitas conſtringetur , & lu-
mine paullatim diminuto, viſus ob-
tenebrabitur. Meritò, illâ non com-
parente, triſtaris: & nouam cum tri-
pudio ſalutas.

In hominē vis actiua Lunæ.

Sed nihil adeò Lunæ creſcentis ac plenæ vires experitur, quàm homo: vt, ſi quod aliud, certè, ipſe appellari poſſit animal lunare. Sunt in hominibus omnibus quattuor humores, quorum affluentiam, Lunâ creſcēte, ac multo magis, plenâ, percipit. Vt ſanguis augeatur cum Luna, venæ laxationem Medici, illâ creſcente, præſcribunt. Eandem ob cauſſam, ſcrificatio in plenilunio plerumque peragitur. Defluxionibus, Luna augmentum capiente, abundamus, ac ſæpè obruimur. Minór-ne vis ſit *Lunæ-myſticæ* in hominis animam? Ne credas. Illius in nobis per aſſiduas orationes, meditationes, inuocationes, poſtulationes,

virtu-

virtutum exercitationes creſcente fauore, ac gratia, augentur virtutes, quibus haud ſecus anima, quam corpus humoribus irroratur. Illâ fouente, ac de plenitudine ſuâ nonnihil transfundente, vitalis animę ſanguis, qui iuſtitiæ interioris vocabulo à Theologis exprimitur, capit, nobis cooperantibus, incrementum. Dum illa in nobis eſt plena, per filialem affectum, teneramq́ue deuotionem, percommoda eſt commiſſorum criminum, tanquam ſanguinis corrupti, per confeſſionem, veluti venæ apertionem, diminutio: & per voluntariam corporis caſtigationem, flagellationemq́;, ſcarificatio. Eodem tempore, abundamus, ex ſuperiore animæ parte, quæ æterna conſiderat, in portionem inferiorem, & vires exequutrices, defluxionibus, quibus non obruimur, ſed ad meliora animamur, ac prompti reddimur.

Neque exiſtimes, *Lunam* exerere tantùm vim actiuam ſuam in anima- lia;

Lunæ vis in plantas & ſenſus vitæq; expertia.

lia; deriuat eandem ad plantas: & non ſenſus ſolùm, ſed & vitæ expertia. De lignis campi, aut nemorum, id vniuersè adfirmare poſſumus, quod creſcente Lunâ, humore turgeſcant: illâ plenâ abundent maximè, ac impleantur. Quod norunt lignatores, ac ſyluarum præfecti: rei quoque arborariæ, ac architecturæ magiſtri: qui idcirco monent, non ſemper opportunum eſſe, vt cædantur arbores, & materia ſecetur, ſed attendendam Lunæ faciem. Nam ſecari non debere, aut creſcente Luna, aut plenâ: ſed decreſcente, quã eo fine *Fauſtam* appellant.

Cuius rei cauſſam dum producere nituntur Philoſophi, docent, ligna cæſa, Luna creſcente, aut plena, facilius, quàm, quæ decreſcente cæduntur, putreſcere. Siquidem creſcente, pleñaque Luna abundant humoribus, qui putredini materiam, & cauſſam exhibent, niſi vitalis calor adſit, qui vigorem conſeruet:

Mirandulan. lib. 2. contra Aſtrol. cap. 5.

conſeruet: decreſcente vero Luna, diuturno lumine, tum Solis, tum Lunæ, ac longiore tempore dominante calore reſoluti multi humores, efficiunt vt ligna fiant ſicciora: hinc deficiente humore, diutiſſimè perdurant.

Eſt quilibet Chriſtianus, & multo magis, quàm vulgares quidam, Sodalis Parthenicus: maximè autẽ Religioſus Chriſtianæ diſciplinæ perfectionem profeſſus, *tanquã* Lignum, *quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum*. Eſt Religio, ac Sodalitas, velut arboretum, ac ſylua cædua: in quâ quot Chriſto, ac Deiparæ nomina dederunt, tot ſunt ligna pomifera, & fructuoſæ arbores, ac firmiſſima robora, ex quibus materia petitur ad Domum Dei extruendam. In his humor, calorque vitalis augetur, ac diuinæ gratiæ ſuccus, dum à *Luna myſtica*, in ijs, per religionis officia, & teneræ deuotionis affectus creſcente, impinguantur ſpiritu: & multo

Chriſtianus Sodalis.

Pſal. 1. 3.

maximè, dum ab eadem plenâ, bonorum ſpiritualium plenitudinẽ exposcunt; quam, illâ opitulante, operum piorum merito, Chriſti Domini virtute, ac ſatisfactione innitente, conſequuntur. Fortunatæ arbores, ſi ad fauentem Lunæ noſtræ aſpectũ, non decreſcentis, ſed plenæ, ſecuri mortis incidantur; nunquam amplius peccati carie inſeſſæ computreſcent: quippe, cùm diuinæ gratiæ humor à plenitudine *Lunæ-myſticæ* prouenienis non putreſcentiæ, ſed incorruptionis ſit cauſſa.

Lunaria Græca. Magis aſpectabilis Lunæ vis obſeruata eſt in herbâ, quæ ad hortulanis *Lunaria-Græca* appellatur, ob cognationem, vt reor, aut ſympathiam ſingularem. Fertur enim Lunâ ad plenitudinem tendente, adeo fæcundam, vt vnum quotidie producat folium: decreſcente Lunâ, ornatũ omnẽ ſuum deponere: annos autem vtenti promittere Lunares. Opto, vt quotquot in Horto Mariano effloreſcunt,

Marſilius Ficinus li 3. de vita triplici cap. 14.

rescunt, sint Herbæ lunariæ, quæ ad Lunæ augmentum, ac plenitudinem proficiant, & quotidie saltem præclarum aliquē heroicæ virtutis actū, vt folium, emittant. Quod si facerent, sat citò ad plenitudinis cumulum peruenirent: neq; vnquam pulcherrimum foliorum suggestum deperderent: nisi, quod absit, in ijs Lunæ beneuolus splendor diminueretur. De quo haud metuendum, cum absque culpâ voluntariâ hominis non contingat.

Admirabilius est, quod Lunæ perfectæ vigor ad lapides penetret. Ne desperes, quamuis instar lapidis obduruisses, in malo eatenus obstinatus, ac peruicax: mollesces, si *Luna-mystica* benignam ad flectendum qualitatem aperto sinu receperis: ad eamq; te cōposueris. quod est perquam facile. *Selenites* lapis est à Luna dictus, quod in se contineat Lunæ imaginem, eamque noctu potissimùm reddat: Lunæ tam similis, *Lunæ vis in lapides.* *Selenites.*

 milis,

milis, vt augeatur ad aſtri illius morem, ac decreſcat. Quod præter Solinum, cuius eſt aliqua in iſtiuſmodi naturæ miris auctoritas, habet, maioris apud nos nominis auctor B. Iſidorus, ac Pſellus, opuſculo de lapidib⁹. Simile quid adfertur de puteo ad Nilum, qui augetur, ac minuitur ad amnis rationem. Anonymus quoque Græcus ſcribit in Ægypto eſſe Taurum, cuius cauda cum Lunâ incrementum ſumat, ac decrementum.

Li. 16. c. 10. Pſellus de Lapid. Puteus.

Tauri cauda Lunaris.

Chriſtiani Sodales Lapides viui.

Quæ omnia ad eandem ſpectant imaginem. Qua docemur Chriſtianos omnes: ſed imprimis Sodales Parthenios, qui vt lapides viui ſuperædificantur fundamentis Prophetarum & Apoſtolorum, aut creſcere, aut decreſcere; creſcente, vel decreſcēte in ijs ſincero cultu, ac expreſſione, per virtutum exempla, Mariæ. Deinde, Lapides quoque ipſos, vt initio inſinuabam, ſeu ſaxea peccatorum corda Marianam benignitatem

inter-

interdum recipere: ac ad eius venerationem flecti. Præterea plurimum nos, qui in Mariæ clientelâ viuimus, proficere Patronæ nostræ fauore: deficere etiam, ipsâ benignitatis manum ob nostram indignitatem retrahente.

Eodem symbolo exprimunt quidam exẽplum Principis. Quod qualis ille, tales esse soleant populares. *Exemplũ Principis. Causs. li 11. Par. 68.*

--- Componitur orbis
Regis ad exemplum: nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, quàm vita Regentis.

Vtinam qualis Domina nostra Maria, tales essemus nos illius Sodales Mariani. Non nomine solum, sed re quoque Selenitæ: à Lunâ nostra Lunarij.

Nec reticendus hic lapis alter, cui nomen *Synodites*: qui, cùm Solem habeat impressum, Lunam quoque repræsentat ad Solis varios aspectus crescentem, & decrescentem, vt Damascius refert in Isidori vita. *Synodites.*

Nonnus quoq; Panopolitan⁹, in Dionysiacis, ei⁹ lapidis meminit disertè: aitque hæc incrementa & damna, secundū varias Lunæ facies cōtingere.

--- *Illa*, inquit, *Luna*
Candidum habebat lapillum. Qui cornigerâ Deâ
Deficiente, minuitur: & augetur, quando Luna
Noua humidum iubar emittens cornu.
Solis patris fugit primigenium ignem.

Christiani, ac Sodalis boni icon. An-non & hic icon est, tum boni Christiani, Christum, vt Solem, Mariam, vt Lunam venerantis? tum præcipuè, Sodalis Parthenici? qui peculiari modo, & Solē Christum, & *Lunam* Mariam, intimis animi medullis impressum gerit: & ad illorū influxū se fingit: humilis æq;, ac magnanimis vt crescere, ac decrescere videatur.

Qui tantum spectet euntis
Ora Dei: vultusq; suos componit ad illum.

Luna, & Maria plenitudo operatrix. Ex his satis superque demonstratum reor, vt *Lunæ*, ita Deiparæ plenitudinē esse operatricē. Quod contineri

in

in Salutatione Angelica AVE GRATIA PLENA animaduertit ingeniosè Doctor Angelicus, Opusculo octauo, quod totú est, & inscribitur, *Expositio deuotissima Salutationis* eiusdé. Vbi doccet Beatissimam Virginem excessisse Angelos in Plenitudine gratiæ, quæ magis, inquit, est in illâ, quam in aliquo Angelo. Ad quod insinuandum, Angelus ei reuerentiam exhibuit, dicens, Gratia-plena: *quasi diceret. Ideò exhibeo tibi reuerentiã, quia me excellis in plenitudine gratiæ.* At quomodo fuit *Plena*? sicut *Luna*. Quo ad se. Quo ad nos. Quo ad se, nihil habuit vacuum, inane nihil. Specta animam: specta corpus.

In anima *habuit omnẽ plenitudinem gratiæ*, ait S. Doctor. Quod ita probat. *Gratia Dei datur ad duo: scilicet, ad bonum operandum, & ad vitandum malum.* Quo ad vtrumque perfectissimã gratiã habuit B. Virgo. *Nam ipsa omne peccatũ vitauit magis, quàm aliquis sanctus post Christum. Peccatũ enim aut est* *In anima B. V. omnis plenitudo gratiæ.*

ſemper collimandum, imitationis ſtudium. Hoc flacceſcente, intellectus capacitas conſtringetur, & lumine paullatim diminuto, viſus obtenebrabitur. Meritò, illâ non comparente, triſtaris: & nouam cum tripudio ſalutas.

In hominẽ vis actiua Lunæ. Sed nihil adeò Lunæ creſcentis, ac plenæ vires experitur, quàm homo: vt, ſi quod aliud, certè, ipſe appellari poſſit animal lunare. Sunt in hominibus omnibus quattuor humores, quorum affluentiam, Lunâ creſcẽte, ac multo magis, plenâ, percipit. Vt ſanguis augeatur cum Luna, venæ laxationem Medici, illâ creſcente, præſcribunt. Eandem ob cauſſam, ſcrificatio in plenilunio plerumque peragitur. Defluxionibus, Luna augmentum capiente, abundamus, ac ſæpè obruimur. Minór-ne vis ſit *Lunæ-myſticæ* in hominis animam? Ne credas. Illius in nobis per aſſiduas orationes, meditationes, inuocationes, poſtulationes,

virtu-

virtutum exercitationes crescente fauore, ac gratia, augentur virtutes, quibus haud secus anima, quam corpus humoribus irroratur. Illâ fouente, ac de plenitudine suâ nonnihil transfundente, vitalis animę sanguis, qui iustitiæ interioris vocabulo à Theologis exprimitur, capit, nobis cooperantibus, incrementum. Dum illa in nobis est plena, per filialem affectum, teneramque deuotionem, percommoda est commissorum criminum, tanquam sanguinis corrupti, per confessionem, veluti venæ apertionem, diminutio: & per voluntariam corporis castigationem, flagellationemq́;, scarificatio. Eodem tempore, abundamus, ex superiore animæ parte, quæ æterna considerat, in portionem inferiorem, & vires exequutrices, defluxionibus, quibus non obruimur, sed ad meliora animamur, ac prompti reddimur.

Lunæ vis in plantas & sensus vitaq; experitia.

Neque existimes, *Lunam* exerere tantùm vim actiuam suam in anima-

lia; deriuat eandem ad plantas: & non ſenſus ſolùm, ſed & vitæ expertia. De lignis campi, aut nemorum, id vniuersè adfirmare poſſumus, quod creſcente Lunâ, humore turgeſcant: illâ plenâ abundent maximè, ac impleantur. Quod norunt lignatores, ac ſyluarum præfecti: rei quoque arborariæ, ac architecturæ magiſtri: qui idcirco monent, non ſemper opportunum eſſe, vt cædantur arbores, & materia ſecetur, ſed attendendam Lunæ faciem. Nam ſecàri non debere, aut creſcente Luna, aut plenâ: ſed decreſcente, quã eo fine *Fauſtam* appellant.

Cuius rei cauſſam dum producere nituntur Philoſophi, docent, ligna cæſa, Luna creſcente, aut plena, facilius, quàm, quæ decreſcente cæduntur, putreſcere. Siquidem creſcente, plenáque Luna abundant humoribus, qui putredini materiam, & cauſſam exhibent, niſi vitalis calor adſit, qui vigorem conſeruet:

Mirandulan. lib. 2. contra Aſtrol. cap. 5.

conſeruet: decreſcente vero Luna, diuturno lumine, tum Solis, tum Lunæ, ac longiore tempore dominante calore reſoluti multi humores, efficiunt vt ligna fiant ſicciora: hinc deficiente humore, diutiſſimè perdurant.

Eſt quilibet Chriſtianus, & multo magis, quàm vulgares quidam, Sodalis Parthenicus: maximè autẽ Religioſus Chriſtianæ diſciplinæ perfectionem profeſſus, *tanquã* Lignum, *quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum*. Eſt Religio, ac Sodalitas, velut arboretum, ac ſylua cædua: in quâ quot Chriſto, ac Deiparæ nomina dederunt, tot ſunt ligna pomifera, & fructuoſæ arbores, ac firmiſſima robora, ex quibus materia petitur ad Domum Dei extruendam. In his humor, calorque vitalis augetur, ac diuinæ gratiæ ſuccus, dum à *Luna myſtica*, in ijs, per religionis officia, & teneræ deuotionis affectus creſcente, impinguantur ſpiritu: & multo

Chriſtianus Sodalis.

Pſal. 1. 3.

maximè, dum ab eadem plenâ, bonorum ſpiritualium plenitudinẽ exposcunt; quam, illâ opitulante, operum piorum merito, Christi Domini virtute, ac ſatisfactione innitente, conſequuntur. Fortunatæ arbores, ſi ad fauentem Lunæ noſtræ aſpectũ, non decreſcentis, ſed plenæ, ſecuri mortis incidantur; nunquam amplius peccati carie inſeſſæ computreſcent: quippe, cùm diuinæ gratiæ humor à plenitudine *Luna-myſtica* proueniens non putreſcentiæ, ſed incorruptionis ſit cauſſa.

Lunaria Graca.

Magis aſpectabilis Lunæ vis obſeruata eſt in herbâ, quæ ad hortulanis *Lunaria-Graca* appellatur, ob cognationem, vt reor, aut ſympathiam ſingularem. Fertur enim Lunâ ad plenitudinem tendente, adeò fæcundam, vt vnum quotidie producat folium: decreſcente Lunâ, ornatũ omnẽ ſuum deponere: annos autem vtenti promittere Lunares. Opto, vt quotquot in Horto Mariano efflo-

Marſilius Ficinus li 3. de vita triplici cap. 14.

reſcunt,

rescunt, sint Herbæ lunariæ, quæ ad Lunæ augmentum, ac plenitudinem proficiant, & quotidie saltem præclarum aliquē heroicæ virtutis actū, vt folium, emittant. Quod si facerent, sat citò ad plenitudinis cumulum peruenirent: neq; vnquam pulcherrimum foliorum suggestum deperderent: nisi, quod absit, in ijs Lunæ beneuolus splendor diminueretur. De quo haud metuendum, cum absque culpâ voluntariâ hominis non contingat.

Admirabilius est, quod Lunæ perfectæ vigor ad lapides penetret. Ne desperes, quamuis instar lapidis obduruisses, in malo eatenus obstinatus, ac peruicax: mollesces, si *Luna-mystica* benignam ad flectendum qualitatem aperto sinu receperis: ad eamq; te cōposueris. quod est perquam facile. *Selenites* lapis est à Luna dictus, quod in se contineat Lunæ imaginem, eamque noctu potissimùm reddat: Lunæ tam si-

Lunæ vis in lapides.

Selenites.

 milis,

milis, vt augeatur ad astri illius morem, ac decrescat. Quod præter Solinum, cuius est aliqua in istiusmodi naturæ miris auctoritas, habet, maioris apud nos nominis auctor B. Isidorus, ac Psellus, opusculo de lapidib⁹. Simile quid adfertur de puteo ad Nilum, qui augetur, ac minuitur ad amnis rationem. Anonymus quoque Græcus scribit in Ægypto esse Taurum, cuius cauda cum Lunâ incrementum sumat, ac decrementum.

Li.16.c.10.
Psellus de Lapid.
Puteus.
Tauri cauda Lunaris.

Quæ omnia ad eandem spectant imaginem. Qua docemur Christianos omnes: sed imprimis Sodales Parthenios, qui vt lapides viui superædificantur fundamentis Prophetarum, & Apostolorum, aut crescere, aut decrescere; crescente, vel decrescēte in ijs sincero cultu, ac expressione, per virtutum exempla, Mariæ. Deinde, Lapides quoque ipsos, vt initio insinuabam, seu saxea peccatorum corda Marianam benignitatem inter-

Christiani Sodales Lapides viui.

interdum recipere: ac ad eius venerationem flecti. Præterea plurimum nos, qui in Mariæ clientelâ viuimus, proficere Patronæ nostræ fauore: deficere etiam, ipsâ benignitatis manum ob nostram indignitatem retrahente.

Eodem symbolo exprimunt quidam exẽplum Principis. Quod qualis ille, tales esse soleant populares. *Exemplũ Principis. Causs. li 11. Par. 68.*

---- Componitur orbis
Regis ad exemplum: nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, quàm vita Regentis.

Vtinam qualis Domina nostra Maria, tales essemus nos illius Sodales Mariani. Non nomine solùm, sed re quoque Selenitæ: à Lunâ nostra Lunarij.

Nec reticendus hic lapis alter, cui nomen *Synodites*: qui, cùm Solem habeat impressum, Lunam quoque repræsentat ad Solis varios aspectus crescentem, & decrescentem, vt Damascius refert in Isidori vita. *Synodites.*

Nonnus quoq; Panopolitanus, in dionysiacis, eius lapidis meminit disertè: aitque hæc incrementa & damna, secundũ varias Lunæ facies cõtingere.

--- *Illa*, inquit, *Luna*

Candidum habebat lapillum. Qui cornigerâ Deâ

Deficiente, minuitur: & augetur, quando Luna

Noua humidum iubar emittens cornu.

Solis patris fugit primigenium ignem.

Christiani, ac Sodalis boni icon.

An-non & hic icon est, tum boni Christiani, Christum, vt Solem, Mariam, vt Lunam venerantis? tum præcipuè, Sodalis Parthenici? qui peculiari modo, & Solẽ Christum, & *Lunam* Mariam, intimis animi medullis impressum gerit: & ad illorũ influxũ se fingit: humilis æq;, ac magnanimis vt crescere, ac decrescere videatur.

Luna, & Maria plenitudo operatrix.

Qui tantum spectet euntis

Ora Dei: vultusq; suos componit ad illum.

Ex his satis superque demonstratum reor, vt *Luna*, ita Deiparæ plenitudinẽ esse operatricẽ. Quod contineri

in

in Salutatione Angelica AVE GRATIA PLENA animaduertit ingeniosè Doctor Angelicus, Opusculo octauo, quod totú est, & inscribitur, *Expositio deuotissima Salutationis* eiusdé. Vbi doccet Beatissimam Virginem excessisse Angelos in Plenitudine gratiæ, quæ magis, inquit, est in illâ, quam in aliquo Angelo. Ad quod insinuandum, Angelus ei reuerentiam exhibuit, dicens, Gratia-plena: *quasi diceret. Ideò exhibeo tibi reuerentiā quia me excellis in plenitudine gratiæ.* At quomodo fuit *Plena*? sicut *Luna*. Quo ad se. Quo ad nos. Quo ad se, nihil habuit vacuum, inane nihil. Specta animam: specta corpus.

In anima B.V. omnis plenitudo gratiæ.

In anima *habuit omnē plenitudinem gratiæ*, ait S. Doctor. Quod ita probat. *Gratia Dei datur ad duo; scilicet, ad bonum operandum, & ad vitandum malum.* Quoad vtrumque perfectissimā gratiā habuit B. Virgo. *Nam ipsa omne peccatū vitauit magis, quàm aliquis sanctus post Christum. Peccatū enim aut est*

originale de quo vel fuit immunis, vt iam communis est opinio fidelium: vel ab eo *mundata fuit in vtero*, vt loquitur S. Thomas. Quid sentiamus, alibi fusius declaratum est. *Aut est mortale, aut veniale.* Vtriusque fuit expers. Quod ni esset, non diceret Sponsus: *Tota pulchra es Amica mea, & macula non est in te.* Vnde S. Augustinus, libro de natura & gratia: Excepta Sancta Virgine Maria, si omnes Sancti, & Sanctæ, cùm hîc viuerent, interrogati fuissent, vtrum sine peccato essent, omnes vna voce clamassent. Si dixerimus, quia peccatum nõ habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis nõ est. Exceptâ, inquam, hac sancta Virgine, de qua propter honorem Domini, cum de peccato agitur, nullam prorsus volo quæstionem habere. Scimus enim, quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad peccatum ex omni parte vincendum, quæ illum concipere, & parere meruit, quẽ constat nullũ habuisse peccatum.

Cant. 4.

Iam

Iam verò quo ad operationem, gratia fuit plenissima. *Omnium ipsa virtutum opera exercuit.* Alij Sancti specialia quædam: quia alius fuit humilis: alius castus: alius misericors. Et ideò dantur in exemplum specialium virtutum, vt S. Nicolaus in exẽpl. ũ misericordiæ. At B. Virgo in exemplum virtutum omnium. In ea reperis exemplũ humilitatis: *Ecce ancilla Domini. Respexit humilitatem ancillæ suæ.* Castitatis: *Quoniam virum non cognosco.* Omnium etiam reliquarum, vt demonstrant ij, qui Marianas virtutes collegerunt.

His adde: intellectũ illius, à primo conceptionis momento, fuisse illustratum fide, dotatũ cognitione Dei eximiâ, ornatum donis sapientiæ, intellectûs, consilij, scientiæ: voluntatem semper arsisse caritate: memoriam plenã fuisse cælestiũ notionibus: sensum cõmunem, phantasiã æstimatiuã: & si quæ aliæ sunt potẽtiæ apprehensiuę, nõ nisi boni ac honesti *Potentiæ animæ gratia plena.*

nesti admisisse semina: appetitiuam inferiorem nihil vnquam expetiuisse rationi cõtrarium, virtutibus moralibus instructissimam. Contulisse illi Deum Patrem, tanquam sponsæ, quod ad potẽtiam spectat. Nam virtus Altissimi obumbrauit illi. Largitum fuisse Filium, vt Matri, mensurâ confertâ, ac coagitatâ, quod ad Sapientiam pertinet. Obtulisse Spiritum-Sanctum, velut Sorori, si sic loqui fas, quod bonitatis, amorisque est proprium.

Forma gratia in B.V.

Corpus Virginis si attendas, tanta illi inerat plenitudo elegantissimæ gratiæ, quæ formæ dicitur, vt vel solo aspectu, tanquam pleno efficaciæ Lunaris radio, concupiscentiæ ardorem in alijs temperaret: imò penitus extingueret. Fuit enim illius virtutis, *vt non solùm in se virginitatem seruaret: sed etiam his, quos viseret, integritatis insigne cõferret*; vt loquitur S. Ambrosius, cum quo sentiunt D. Bonauentura, Alexander

S. Amb. li. de instit. virg. c. 7. Bonau. in 3. d. 3 par. 1. art. 1. q. 3.

Alen-

Alensis reliquique Doctores Scholastici. *Alens.3.p. q 9.mem. 3.art.1.*

Hanc formæ gratiam, tribuit S. Thomas redundantiæ, vt vocat, animæ in carnem virginalem, ex plenitudine ipsi peculiari. Nam *magnū*, inquit, *est, in Sanctis habere tantum de gratia, quod sanctificet animam. Sed anima B. Virginis ita fuit plena, quod ex ea refudit gratiam in carnem, vt de ipsa conciperet filium Dei. Ideo dicit Hugo de S. Victore.* Quia in corde eius amor Spiritus-sancti singulariter ardebat, ideò in carne eius mirabilia faciebat, intantum, quod de ea nasceretur Deus & homo. *Vt enim dicebat Angelus*: Quod nascetur ex Te Sanctum vocabitur filius DEI *Lucæ 1.* *Gratia redundātia. S. Thomas opusc. 8.*

Hanc siue redundantiam, siue refusionem plenitudinis gratiæ interioris in corpus Deiparæ, nulla re in sensum incurrente accommodatiùs expresseris, quàm operatione gemina Lunæ-plenæ, cui⁹ effectum cum frequenter videant homines rustica- *Halo.*

ni, admirationem concipiunt, quia caussæ ignoratione laborant. Cingit aliquando Lunam pleno orbe fulgẽtem, ac quodammodo inuoluit luce dum istud astrum nubecula, quæ si sit vniformis, in omnibus partibus æqualem habens raritatem, aut densitatem, iaculatur in illam Luna copiosæ lucis radium, qui refrangitur in circũiecta nubeculâ, si sit constipatior. Vnde fit, vt impediatur, ne directò vlterius procedat. Quocirca radius refractus diffunditur, ad nubis extremitates: atque ita efficitur circulus quidam lucidus, qui Græcis dicitur ἅλω; nobis,
Lib. 1. c. 10 vt inquit Seneca, in Naturalibus suis, aptissimè, *corona*.

Exemplo eandem rem oculis penè subijcit, & declarat. *Cum in piscinam lapis missus est, videmus in multos orbes aquam discedere, & fieri primò angustissimum orbem, deinde latiorem, posteà alios maiores, donec euanescat impetus, & in planitiem immo-*

motarum aquarum soluatur. Tale quiddam cogitemus fieri in aëre, cum spissior factus; plagam sentire potest. Nimirum, *Lunæ lux incurrens, recedere illum in circulos cogit. Nam humor, & aer, & omne, quod ex ictu formam accipit in talem habitum impellitur, qualis est eius quod impellit. Omne autem lumen rotundum est. Ergo & aër in hunc modum percussus lumine exibit. Ob hoc tales splendores Græci Areas vocauere: quia ferè terendis frugibus loca destinata, sunt rotunda.* *Area.*

An non virgineum corpus nubecula rectè appelletur, qua circumsepta fuerit anima vt *Luna - plena?* Certè non est inauditum inter Mariana Symbola, *Nubes.* Quod D. Ambrosius format ex illo Isaiæ Prophetæ oraculo: *Ecce Dominus ascendet super nubem leuem & ingredietur AEgyptum.* Existimat enim vaticinari Euangelicum illum videntem de Christi Domini in AEgyptum profectione: & per *Nubem leuē* designare Dei

Corpus B. Virg. Nubes.

Isa. 19 1.

Exhort. ad Virgin.

DeiMatrem. *Leuem*, quoniam pecca
to, quo nihil ponderoſius, carentem
Nubem: tum quia, vt *Nubes* in imbrem
reſoluta, terram rigat, ad omnem
fæcunditatem opportuna: haud ſe
cus Deipara clientulos ſuos miſeri
cordiæ matutinâ, ac ſerotinâ perfū
dit pluuiâ, & ad virtutum fructu
fæcundat: tum quia, quemadmo
dum Nubes, inſtar eſt vmbraculi,
ſolis feruentibus radijs defenſan
tis: ita Diua Mater ab ardentibus ira
diuinæ ſagittis nos tuetur.

Quamuis autem tota ipſa ſit *Nubes*, tamen peculiari quadam ratione, corpus illius, quod animam quodammodo circumnectit, vt Nubem concipimus: in quam anima diuinis ſplendoribus pleniſſima, dum lucem ſuam iacularetur, per redundātiam, ſeu refuſionem, gratiæ plenitudinem transferre dicebatur: & inſtar halonis, circa animam, vt Lunam, lucidiſſimum circulum efficere dici poterat.

Porro

Porrò adeò sibi similem reddit Luna circumfusam nubem, vt altera ipsa putetur. Hinc spargitur sæpe in agrestium circulis, plures se vidisse Lunas. Nec veritus est canere quidam, ex vulgi sensu:

Plures Lunæ.

Pontanus in Meteoris.

Sæpe etiam duplicem in tenebris est cernere Lunam,
Nube cauam referente aliam sub imagine formam.

Scripsit etiam historicè Plinius, Cn. Domitio, & C. Fannio Coss. tres simul visas. Et superiori seculo, quod refert Laurentius Surius in Commentario rerum gestarum anni M. D XIV. bis Lunas ternas se conspiciendas præbuisse iactabant accolæ pagi Rotroey, & nocturnos soles appellabant, quod miro modo noctem illustrarent. Quod contingere non solere, fortasse, nec posse, nisi in plenilunio, docent Philosophi, eo, quod tunc corpus Lunare sit fortius ad lumen eiaculandum.

Plin. lib 2. cap. 32.

Ita gratiam in corpus transfundebat,

debat, tanquam *Luna* in nubem, anima Deiparæ, vt faciem suam in illo formaret. Et illa ipsa, quæ gratia erat plena interius, exterius quoque se talem hominibus conspiciendam daret. Quare, qui illam videbant, augustius quid, quàm, quod in homine elucet, venerabantur. Qui corpus intuebatur, illâ modestiâ, verecundiâ, compositione, animam omni virtutum genere ornatissimam: illam gratia plenam mentem aspicere existimabant. Imò aspiciebat. Nam dum *Luna* in nubem, lucem vibrat, & effigiem depingit: vt Maria animæ suæ in corpore; non tam imago videtur à nube ad aspectum repercussa, quàm *Luna* ipsa, tametsi in alieno situ, videlicet in nube, à quâ imago ad oculos resultat: vt nobilissimi Perspectiui opinantur: exemplo ducto à speculis, in quibus, non imagines sed res per eas repræsentatas cerni asserunt, in ea parte, vnde imagines resiliunt.

Quod

Quod eſt videri alieno ſitu. Anima Mariæ gratiâ plena cernebatur in fronte, cùm illam explicaret: in oculis, cum eos aperiret: in lingua, dum loqueretur; in manibus, dum quidpiam ageret: in greſſu, dum pedes explicaret: in quolibet corporis membro, quotiescumque aliquod commoueret. Vt tot in illa, Lunæ ſplendore plenisſimæ dici poſſent videri, quot erant corporis articuli. Quamuis reuera, vna tantum cerneretur, ſed in alieno ſitu nimirum, anima in qualibet corporis parte. Quod nouum eſt, & inauditum in Philoſophia profana meteoron: imò miraculum: ſed peculiare, ac proprium Philoſophiæ Chriſtianæ. In qua *Luna mystica*, in corporis nube, qua coronatur, ita ſui imaginem format. Quod quidem non accidit, imò nec poteſt contingere, niſi in Mariano, aut ei perſimili plenilunio.

Qua-

Quapropter, si expetas, ad Patronæ imitationem in corporis, ex virtutis præscripto, habitu: in verbo, ac opere: in quolibet denique membro, talem te exhibere, qualem nominis ratio, & titulus, tum Christiani, tum Mariani postulat: curandum est, vt animo prius implearis, pro modulo tuo, diuinæ gratiæ luce. Nam non nisi in plenilunio circa Lunam halo comparet. Prius animæ plenitudo curanda est, tunc copiosa in corpus sequetur transfusio.

Halo, signum Pluuiæ, ventorum, Serenitatis.
Arist. lib. 3. meteor. cap. 3.

Quando autem *Luna* coronam suam illustrat, signum est, vel pluuiæ: vel ventorum: vel serenitatis. Sequitur enim pluuia, si vapores in nubem coacti dissoluantur: vt accidit ante dies quindecim, cum circa tertiam matutinam splēdidissimus halo Lunam cingens, pluuiam deinde sequutam indicauit, venti, si dissipētur: serenitas, si euanescant. Sed hæc omnia denotat Mariana plenitudo, & ex

& ex ea in corpus, vt in nubem ambientem redundantia. Nam paullò postquam audiuit, *Aue gratia plena*, rorarunt cæli desuper, & mox nubes pluerunt Iustum. Quàm copiosius deinde subsequutus est donorum cælestium in mentes piorum imber? Quàm dense è cælis, apertis misericordiæ cataractis, ruit voluntaria illa gratiarum pluuia, à tot annorum centurijs hereditati Christianorum destinata? Tunc etiam diuini Spiritus ventus vehemens in vniuersum fecit impetum, & impleuit corda fidelium. *Sicut enim non est possibile* (quod habet Auctor operis imperfecti in Matthæum) *vt ex sola pluuia fructificet terra, nisi super eam flauerit ventus: Sic non est possibile, vt sola doctrina corrigat hominem, nisi cooperatus fuerit Spiritus-sanctus in corde.* Hic ventus *à carnali palea*, vt loquitur Augustinus, *corda mundabat*, & etiamnum mundat, assiduaque agitatione, animum in bonis non sinit pigrescere.

Pluuia volũtaria.

Ventus Spiritus.

Homil 20.

Aug ser. 118. de tem.

Per-

Perpurgata autem anima, ac perturbationum nubilo diuina luce dissipato, oritur serenitas illa interior, quæ Dei amicitiam comitari solet, qua maiorem nullam mundus vidit, tunc etiam, cùm maximè sudum cælum est. Serenitati huic iungitur trāquillitas, quæ omnem voluptatem, quam sensuum functionibus mortales capiunt, multifariam superat.

Maria plena, quoad refusionem in homines.

Atque ita declarari posse haud ineptè existimabam, quomodo Mater Dei, & nostra, *Plena* fuerit *gratia*, quoad refusionem in corpus. Superest aliud membrum: quo *Plena* dicitur, quoad nos: siue, quo ad refusionem in omnes homines, vt loquitur B. Thomas. Qui, vt æstimationem illius gignat in animis diuina sapientium; *Magnum*, inquit, *est in quolibet Sancto, quando habet tantum de gratia, quod sufficit ad salutem multorum. Sed quando haberet tantùm, quod sufficeret ad salutem omnium hominum de mundo, hoc esset maximum.*

Opusc. 8.

ximum. *Et hoc est in Christo, & in Beata Virgine.* Nemo me arguat audaciæ, assertum hoc est Doctoris Angelici, ac eius verbis conceptum. Probationem adiungit. *Nam in omni periculo potes salutem obtinere ab ipsa Virgine Gloriosa.* Vnde Canticor. 4. *Mille clypei*: id est, remedia contra pericula, *pendent ex ea: omnis armatura fortium.* Item. *In omni opere virtutis potes eam habere in adiutorium.* Et ideò dicit ipsa, Ecclesiastici 24. *In me omnis spes vitæ, & virtutis.*

Adde: Eandem hominibus peperisse Saluatorem vniuersorũ: omnis gratiæ fontem. Eandem iuuare omnes, ac singulos ad se confugientes in qualibet, siue corporis, siue animi necessitate: adesse vocatam in omni discrimine: audire preces quorumcumq;, & opitulari, nulla gentis, cõditionisq; exceptione: procurare, ac promouere hominum salutem assiduè, nullo tẽporis momẽto reiecto. Eandem cunctorum esse Patronam, *Omnium Mater, quia Saluatoris.*

Do-

Dominam, Mediatricem. Quæ pe
pendens S. Bernardus, vagatur me
te per Vniuersi sinus, ac ambitu
& vbique Plenitudinem MARI
diffundi animaduertit; tandemq́
S. Ber. ser. de Nat. B. V. ita colligit. *Plenitudinem eius sentit t*
tus mundus, cum ab ea Saluatorem ac
pit. Sensit infernus, quia per eam spol
tus est. Sensit terra, quia mortuos red
dit. Sensit cælum, quod se aperuit. Sens
runt Angeli, qui fuerunt reparati. Sens
runt peccatores, qui fuerunt iustifica
Senserunt iusti, qui fuerunt beatifica
Quanto ergo deuotionis affectu Mariam
nobis honorari voluit Deus, qui totius bo
nostri plenitudinem in ea posuit?

Maria. Imo idcirco conuenienter illi n
men *Mariæ* impositum esse obseru
S. Thomas, significat enim *Mari*
primò quidem, *Illuminata*, nimirum
in se. Vnde Isaiæ 58. *Implebit splendor*
bus animam tuam. Deinde verò, *Illu*
minatrix, nempe aliorum, per totu
mundum. Et *ideò* inquit S. Doctor
aßimilatur Soli, & LVNÆ. Ac Luna
qui

quidem illuminatæ, & illuminatrici: sed & obumbratici: Qualem, si vnquam aliàs, certè hoc die in sui plenitudine, ac Filij Dei incarnatione se exhibuit. Quod vt ab omnibus percipiatur;

Pono, quod vulgo notum est: Lunam aliquando Solem ita abscondere, vt videri non possit, ac tenebris inuolutus putetur: tunc autem eclipsari Sol dicitur. Nam si corpus lunare interponatur inter aspectum nostrum ac Solem obumbrat nobis, & occultat claritatem Solis: atque ita Sol dicitur pati eclipsim. Non quod reipsa Sol lumine destituatur, sed respectu nostri tantùm, ob interpositionem dictam. *Luna obumbratrix.*

Nunquam admirabilior, nec magis obscura vnquam fuit Solis eclipsis, quàm, cùm Sol iustitiæ, quãuis *in formâ Dei* esset, *non rapinam arbitratus, esse se æqualem Deo, exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus,* *In Incarnatione verbi sol iustitia eclipsim passus. Philip. 2. 6. 7. 8.*

 & ha-

& habitu inuentus, vt homo. Tunc e-
nim adeò fuit obscuratus illius splē-
dor, vt vix lumen habere existimare-
tur: imò, lumen omne Diuinita-
tis amisisse. At, quæ tantæ obscu-
ritatis caussa? Non defectus lumi-
nis in Dei Filio. Mansit in incar-
natione, & post illam Dominu
Iesus, idem, qui anteà fuerat, *splen-
dor Patris.* Sed quoniam inter il-
lum, & aspectum nostrum *Luna* in-
terponebatur: id est, Maria Virg
Verbum concipiens: & magis signa-
tè, vterus, in quo *Verbum caro factum*
Ab illo enim tempore dici cœpi
DEVS ABSCONDITVS: quod qu
Isa. 45. 15. aliud, quam Sol eclipsatus?
Sed dicet fortasse quispiam in A-
Eclipsis Solis contingit in nouilunio. stronomia paullò peritior. No
obscuratur Sol per Lunam nisi
nouilunio: quando Luna reperit
in capite Draconis siderei, vel in ca
dâ, vel certè propè. Hic mihi d
plex occurrit consideratio: vtr
que instituto nostro perquam a
cor

commodata : vtraque ex Astronomiæ mysticæ visceribus eruta : Prior est : Non idcircò Solem abscondi per Lunam, quia est nouilunium : sed, quoniam in nouilunio est peculiaris, quædã coniunctio Solis cum Lunâ. Quãdo enim ita Luna Soli coniungitur; hoc est, ita in eodẽ signo, ac gradu existit cum Sole, vt linea ab oculo egrediens, & per centrũ Lunæ ducta ad Solem pertingat, fit eclipsis Solis. Quod quia non accidit in omni nouilunio; ideò non in quolibet Sol obscuratur. Ex quo consequitur : si in plenilunio istiusmodi accideret Solis ac Lunæ copulatio, fore, vt Luna plena Solem absconderet. *Quare.*

Iam verò istud in confessio est, non fuisse in vllo nouilunio arctiorem coniunctionem Solis cum Luna, quàm fuerit Mariæ cum Verbo diuino, in spirituali plenilunio cum, vt *Luna*, *gratiâ plena* fuit consalutata. Quo quidem tempore, *Christus, vt Sol, in vtero B. V.*

re, si ad verbum Incarnatum ocul
rum acies pertingere tentasset, nu
quam id obtinuisset, nisi linea ab
culo emissa, seu cognitio , per ce
trum Lunæ, Virginis Matris vteru
ducta ad Solem ibi latentem, ac o
tenebratum peruenisset. Quid er
mirum , admirandam hanc solis
clipsim in Mariano contigisse pler
lunio?

Naturaliter non fit eclipsis in plenilunio

Posterior hæc est responsio. S
lis obscurationem non continge
quidem naturaliter, dum est pl
nilunium , at, diuinâ virtute, n
turæ ordinem , pro potestate, i
uertente, stupendam aliquando
stiusmodi eclipsim Solis, dum ple
esset *Luna* fuisse conspectam. Qu
enim Philosophorum non auc
uit, die illo, quo passus est in Cr
ce Christus , fuisse pleniluniu
vt obseruarunt omnes calculat
res Mathematici. Et satis consta
erat enim Pascha Iudæorum, quo
nunquam, nisi in diem decimun
quin

quintum Lunæ, primi mensis, incidebat, cùm plenissima Luna est. Eodem autem tempore tenebras esse factas super vniuersam terram: seu, Solem fuisse eclipsatum, à sextâ horâ vsque ad nonam, discimus ex Euangelista Matthæo. Nam tenebras illas contigisse, non per radiorum solarium subtractionem, quasi puderet Solem tantum videre scelus, quod D. Hieronymo quondam placuit: neque, per nubium densarum oppositionem: quemadmodum in AEgypto per nebulas factas fuisse legimus: ita vt AEgyptij non viderent, Hebræi viderent. Quod Origenes, Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius insinuant. Sed per eclipsim Solis, Lunâ, quamuis plenâ, illum ob oculis mortalium subducente, communis est catholicorum asseueratio. Itaque Luna cum à Sole dimidia cæli parte distaret, vt solet cum plena est, mandante Deo,

Matt. 27. 45.

Exod. 10. 12. 23.

relicto cursu consueto, cessit retrò & ad Solis locum rediit, eumqu occultauit. Quemadmodum, pe
Isai.38.8. tente Ezechiâ, rege, Solem decen gradibus contrario cursu recurriss habemus, ex Isaia.

In quâ sententiâ fuit Dionysiu Areopagita; qui scribens epistol ad Polycarpum, ait, cùm in AE gypto tunc esset, vnà cum Apollo phane familiari suo, se eclipsim il lam, præter naturæ legem factam notauisse. Eiusque illud effatum fer tur: *Aut Deus naturæ patitur: aut mun di machina dissoluetur.* Nec desunt qui huius occasione, Athenienses altare erexisse scribant consecratum IGNOTO DEO. Quem illis, pos aliquod tempus, Paulus Aposto lus manifestauit, & ad agnitionem Christi, veri DEI, sed *Luna* s interponente, *Absconditi*, perduxit.

B. V. plena in conceptione verbi. Quamuis igitur, vt tandem ad in stitutum nostrum redeamus, *Luna mystica* plenissima fuerit, cùm Fi-

lium

lium Dei concepit: tamen quia nihil ſecundum naturæ leges agebatur, potuit illa, quæ tota tranſnaturalis fuit, contingere in vtero Virginis, Verbi diuini, tanquam Solis, obſcuratio: quæ tam fuit denſa, vt DEVS IGNOTVS, & ABSCONDITVS, dici potuerit, qui in ſe erat notiſſimus, ac merus ſplendor. Quod ſimilitudinibus conglobatis egregiè explicat S. Epiphanius, Oratione de laudibus Mariæ Virg. quæ omnes mirificè hanc Ecliptim Solis iuſtitiæ in vtero illius factam illuſtrant. Dicit igitur: illam geſtaſſe lucem Sole rutilantiorem in lampade; intellige, quæ veluti laternæ corneæ inſerta fuerit: in illâ, tanquam in Vrnâ aureâ delituiſſe manna cæleſte: eius ventrem fuiſſe, velut fontem, vnde latens lympha proſiliat: hæſiſſe in illâ, vt in maris fundo, gemmam inæſtimabilem: continuiſſe Deum, cæli inſtar, quo Maieſtas Diuinitatis tegitur.

Materia Laterna Diuinitatis.

AVE, inquit, *gratia plena, multis vi-tutibus exornata Virgo, in lampade g-stans lucem extinguibilem, sole splend-diorem. Aue gratia plena, gloria spi-tualis. Aue gratia plena, quæ es vr-aurea continens manna cæleste. Aue gra-tia plena, quæ sitientes perennis fon-dulcedine satias. Aue gratia plena, ma-re spirituale, habens gemmam cæleste-* CHRISTVM. *Aue gratia plena, splen-didum cælum, quæ in cælis incomprehen-sum contines* Deum. *Aue gratia ple-na, quæ Cherubicum thronum Diui-nitatis fulgore superas. Aue gratia ple-na, quæ cæli circulum habes, &* Deum *incomprehensum potißimo loco in teips-foues. Aue gratia plena, nubis columnæ si-milis, quæ* Deum *habes, qui populum de-duxit per desertum. Quid dico, & qui-proloquor? quo pacto prædicabo gloriæ ra-dicem? Solo enim* Deo *excepto, cunctis su-perior existis.*

Aggratulationis comites.

Et nos Dominæ, ac Patronæ no-stræ perennem gratiæ donorumque cælestium absq; numero plenitudi-nem

nem gratulemur. Quæ quidem aggratulatio, ne sit inanis, & absque fructu, comites habeat oportet, Inuocationem, ac Imitationem; vtramque postulat Mariæ, tanquam Lunæ, plenitudo: quippe, sui diffusiua, si sint, qui impleri cupiant. Quod manifestat *Inuocatio*. At qualis? laxissima. nullis arctata terminis, personarum, loci, temporis, necessitatis, beneficiorum. Maria omnibus splendet. Mater est viuentium: imò in vtroque foro mortuorum. Ab omnibus inuocanda est, quæ omnibus, tanquam Mater, opitulari solet. Nulla apud illam est personarum acceptio. Græcus, Romanus, Thrax, Scytha, Belga, Gallus, Hispanus, Germanus, Britannus,

Inuocatio.

Imitatio.

Inuocatio Mariæ vniuersalis.

Tros Rutulusq; fuat---

nullo discrimine admittitur, & exauditur. *Cæteri sancti*, inquit Doctor Idiota, *iure quodam patrocinij* pro

Lib. de Cōtempl. Mariæ.

Dominam, Mediatricem. Quæ perpendens S. Bernardus, vagatur mente per Vniuersi sinus, ac ambitum, & vbique Plenitudinem MARIÆ diffundi animaduertit; tandemque ita colligit. *Plenitudinem eius sentit totus mundus, cum ab ea Saluatorem accepit. Sensit infernus, quia per eam spoliatus est. Sensit terra, quia mortuos reddidit. Sensit cælum, quod se aperuit. Senserunt Angeli, qui fuerunt reparati. Senserunt peccatores, qui fuerunt iustificati. Senserunt iusti, qui fuerunt beatificati. Quanto ergo deuotionis affectu Mariam à nobis honorari voluit Deus, qui totius boni nostri plenitudinem in ea posuit?*

S. Ber. ser. de Nat. B. V.

Maria.

Imo idcirco conuenienter illi nomen *Mariæ* impositum esse obseruat S. Thomas, significat enim *Maria*, primò quidem, *Illuminata*, nimirum, in se. Vnde Isaiæ 58. *Implebit splendoribus animam tuam*. Deinde verò, *Illuminatrix*, nempe aliorum, per totum mundum. Et *ideò* inquit S. Doctor, *assimilatur Soli, & LVNÆ*. Ac Lunæ qui-

quidem illuminatæ, & illuminatrici: sed & obumbratici: Qualem, si vnquam aliàs, certè hoc die in sui plenitudine, ac Filij Dei incarnatione se exhibuit. Quod vt ab omnibus percipiatur;

Luna obũbratrix.

Pono, quod vulgo notum est: Lunam aliquando Solem ita abscondere, vt videri non possit, ac tenebris inuolutus putetur: tunc autem eclipsari Sol dicitur. Nam si corpus lunare interponatur inter aspectum nostrum ac Solem obumbrat nobis, & occultat claritatem Solis: atque ita Sol dicitur pati eclipsim. Non quod reipsa Sol lumine destituatur, sed respectu nostri tantùm, ob interpositionem dictam.

In Incarnatione verbi sol iustitia eclipsim passus. Philip. 2. 6. 7. 8.

Nunquam admirabilior, nec magis obscura vnquam fuit Solis eclipsis, quàm, cùm Sol iustitiæ, quã uis *in formâ Dei* esset, *non rapinam arbitratus, esse se æqualem Deo, exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus,*

& habitu inuentus, vt homo. Tunc e-nim adeò fuit obscuratus illius splẽdor, vt vix lumen habere existimaretur: imò, lumen omne Diuinitatis amisisse. At, quæ tantæ obscuritatis caussa? Non defectus luminis in Dei Filio. Mansit in incarnatione, & post illam Dominus Iesus, idem, qui anteà fuerat, *splendor Patris.* Sed quoniam inter illum, & aspectum nostrum *Luna* interponebatur: id est, Maria Virgo Verbum concipiens: & magis signatè, vterus, in quo *Verbum caro factum.* Ab illo enim tempore dici cœpit, DEVS ABSCONDITVS: quod quid aliud, quam Sol eclipsatus? *Isa. 45. 15.*

Eclipsis Solis contingit in nouilunio.

Sed dicet fortasse quispiam in Astronominâ paullò peritior. Non obscuratur Sol per Lunam nisi in nouilunio: quando Luna reperitur in capite Draconis siderei, vel in caudâ, vel certè propè. Hic mihi duplex occurrit consideratio: vtraque instituto nostro perquam accom-

commodata : vtraque ex Astronomiæ mysticæ visceribus eruta : Prior est : Non idcircò Solem abscondi per Lunam, quia est nouilunium : sed, quoniam in nouilunio est peculiaris, quædā coniunctio Solis cum Lunâ. Quādo enim ita Luna Soli coniungitur: hoc est, ita in eodē signo, ac gradu existit cum Sole, vt linea ab oculo egrediens, & per centrū Lunæ ducta ad Solem pertingat, fit eclipsis Solis. Quod quia non accidit in omni nouilunio; ideò non in quolibet Sol obscuratur. Ex quo consequitur : si in plenilunio istiusmodi accideret Solis ac Lunæ copulatio, fore, vt Luna plena Solem absconderet. *Quare.*

Iam verò istud in confessio est, non fuisse in vllo nouilunio arctiorem coniunctionem Solis cum Luna, quàm fuerit Mariæ cum Verbo diuino, in spirituali plenilunio cum, vt *Luna, gratiâ plena* fuit consalutata. Quo quidem tempo- *Christus, vt Sol, in vtero B.V.*

re, si ad verbum Incarnatum ocul
rum acies pertingere tentasset, nu
quam id obtinuisset, nisi linea ab
culo emissa, seu cognitio, per ce
trum Lunæ, Virginis Matris vteru
ducta ad Solem ibi latentem, ac o
tenebratum peruenisset. Quid er
mirum, admirandam hanc solis
clipsim in Mariano contigisse ple
lunio?

Naturaliter non fit eclipsis in plenilunio

Posterior hæc est responsio. S
lis obscurationem non continge
quidem naturaliter, dum est pl
nilunium, at, diuinâ virtute, n
turæ ordinem, pro potestate, i
uertente, stupendam aliquando
stiusmodi eclipsim Solis, dum ple
esset *Luna* fuisse conspectam. Qu
enim Philosophorum non auc
uit, die illo, quo passus est in Cr
ce Christus, fuisse pleniluniu
vt obseruarunt omnes calculat
res Mathematici. Et satis consta
erat enim Pascha Iudæorum, qu
nunquam, nisi in diem decimun
quin

quintum Lunæ, primi mensis, incidebat, cùm plenissima Luna est. Eodem autem tempore tenebras esse factas super vniuersam terram: seu, Solem fuisse eclipsatum, à sextâ horâ vsque ad nonam, discimus ex Euangelista Matthæo. Nam tenebras illas contigisse, non per radiorum solarium subtractionem, quasi puderet Solem tantum videre scelus, quod D. Hieronymo quondam placuit: neque, per nubium densarum oppositionem: quemadmodum in AEgypto per nebulas factas fuisse legimus: ita vt AEgyptij non viderent, Hebræi viderent. Quod Origenes, Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius insinuant. Sed per eclipsim Solis, Lunâ, quamuis plenâ, illum ob oculis mortalium subducente, communis est catholicorum asseueratio. Itaque Luna cum à Sole dimidia cæli parte distaret, vt solet cum plena est, mandante Deo,

Matt. 27. 45.

Exod. 10. 22. 23.

relicto cursu consueto, cessit retrò, & ad Solis locum rediit, eumque occultauit. Quemadmodum, pe-
Isai. 38. 8. tente Ezechiâ, rege, Solem decem gradibus contrario cursu recurrisse habemus, ex Isaia.

In quâ sententiâ fuit Dionysius Areopagita, qui scribens epistolâ ad Polycarpum, ait, cùm in AEgypto tunc esset, vnà cum Apollophane familiari suo, se eclipsim illam, præter naturæ legem factam, notauisse. Eiusque illud effatum fertur: *Aut Deus naturæ patitur: aut mundi machina dissoluetur.* Nec desunt, qui huius occasione, Athenienses altare erexisse scribant consecratum IGNOTO DEO. Quem illis, post aliquod tempus, Paulus Apostolus manifestauit, & ad agnitionem Christi, veri DEI, sed *Luna* se interponente, *Absconditi*, perduxit.

B. V. plena in conceptione verbi. Quamuis igitur, vt tandem ad institutum nostrum redeamus, *Luna mystica* plenissima fuerit, cùm Filium

lium Dei concepit: tamen quia nihil ſecundum naturæ leges agebatur, potuit illa, quæ tota tranſnaturalis fuit, contingere in vtero Virginis, Verbi diuini, tanquam Solis, obſcuratio: quæ tam fuit denſa, vt DEVS IGNOTVS, & ABSCONDITVS, dici potuerit, qui in ſe erat notiſſimus, ac merus ſplendor. Quod ſimilitudinibus conglobatis egregiè explicat S. Epiphanius, Oratione de laudibus Mariæ Virg. quæ omnes mirificè hanc Eclipſim Solis iuſtitiæ in vtero illius factam illuſtrant. Dicit igitur: illam geſtaſſe lucem Sole rutilantiorem in lampade; intellige, quæ veluti laternæ corneæ inſerta fuerit: in illâ tanquam in Vrnâ aureâ delituiſſe manna cæleſte: eius ventrem fuiſſe, velut fontem, vnde latens lympha proſiliat: hæſiſſe in illâ, vt in maris fundo, gemmam inæſtimabilem: continuiſſe Deum, cæli inſtar, quo Maieſtas Diuinitatis tegitur.

Materia Laterna Diuinitatis.

AVE, inquit, *gratia plena, multis v*
tutibus exornata Virgo, in lampade g
stans lucem extinguibilem, sole splen
diorem. Aue gratia plena, gloria spi
tualis. Aue gratia plena, qua es vr
aurea continens manna cæleste. Aue gr
tia plena, qua sitientes perennis fon
dulcedine satias. Aue gratia plena, m
re spirituale, habens gemmam cæleste
CHRISTVM. *Aue gratia plena, sple*
didum cælum, quæ in cælis incomprehe
sum contines Deum. *Aue gratia pl*
na, quæ Cherubicum *thronum Diu*
nitatis fulgore superas. Aue gratia pl
na, quæ cæli circulum habes, & Deu
incomprehensum potissimo loco in teips
foues. Aue gratia plena, nubis columnæ s
milis, quæ Deum *habes, qui populum d*
duxit per desertum. Quid dico, & qu
proloquor? quo pacto prædicabo gloriæ ra
dicem? Solo enim Deo *excepto, cunctis s*
perior existis.

Aggratulationis comites.

Et nos Dominæ, ac Patronæ no
stræ perennem gratiæ donorumque
cælestium absq; numero plenitudi
nem

nem gratulemur. Quæ quidem aggratulatio, ne ſit inanis, & abſque fructu, comites habeat oportet, Inuocationem, ac Imitationem; vtramque poſtulat Mariæ, tanquam Lunæ, plenitudo: quippe, ſui diffuſiua, ſi ſint, qui impleri cupiant. Quod manifeſtat *Inuocatio.* At qualis? laxiſſima. nullis arctata terminis, perſonarum, loci, temporis, neceſſitatis, beneficiorum. Maria omnibus ſplendet. Mater eſt viuentium: imò in vtroque foro mortuorum. Ab omnibus inuocanda eſt, quæ omnibus, tanquam Mater, opitulari ſolet. Nulla apud illam eſt perſonarum acceptio. Græcus, Romanus, Thrax, Scytha, Belga, Gallus, Hiſpanus, Germanus, Britannus,

Inuocatio *Imitatio.* *Inuocatio Mariæ vniuerſalis.*

Tros Rutiluſq; fuat---

nullo diſcrimine admittitur, & exauditur. *Cæteri ſancti*, inquit Doctor Idiota, *iure quodam patrociny*

Lib. de Cō temp. Mariæ.

pro sibi specialiter commissis plus possu[nt] prodesse in curia Altissimi, quam pro a[-] lienis. Iacobus pro Ibero, Dionysiu[s] pro Gallo, Gregorius pro Anglo, Bo[-] nifacius pro Germano, Patritius pr[o] Hiberno, Kilianus pro Francone Thomas pro Indo. *Beatissima aute[m]* Virgo Maria, *sicut est omnium Regina ita est & omnium* Patrona, & Aduo[-] cata. *Et cura est illi de omnibus.* Illiu[s] extat capitalibus expressum chara[-] cteribus, in qualibet gente inuita[-] torium programma ab Ecclesiasti[-] co primitus promulgatum, ac v[-] bique regnorum, ac prouinciarun[m] valuis adfixum, & portis natio[-] num quarumlibet appensum: *Tran[-]*

Eccl. 24. *site ad me omnes, qui concupiscitis me, & à generationibus meis adimplemini. In m[e] omnis gratia viæ, & veritatis: in me omn[is] spes vitæ, ac virtutis.*

Quoad tempus. Quid moramini? effundere e[st] parata, modò sit, qui plenitudi[-] nem postulet. At tempus com[-] modum fortasse expectandum est

&mol

& molles moræ, vt admittantur, qui inuocare sunt parati. Nullis adstringitur patrocinium Marianum temporis circumstantijs. Semper eius auxilium est exposcendum, quia semper expositum, ac paratum. AEquè in vere pueritiæ, ac in æstate adolescentiæ: nec minus in autumno ætatis maturæ, quàm in hyeme senectutis: tam interdiu prosperitatis, quàm noctu ærumnarum. Nec loci hîc habetur ratio. In priuato, publico: infernè, supernè: domi, foris, vbique viget Mariæ benignitas. Oriens, Occidens: Meridies, Septentrio Marianus est. Non opus alia peregrinatione, vt Lunæ huius transfusione fruamur, quam affectuum. *Quoad locum.*

Denique, in omnibus inuocanda est periculis: ad omnes necessitates opportunum est communis Patronæ subsidium: beneficiorum quorumlibet est largitrix: non animæ minus, *Quoad Pericula. Necessitates. Beneficia.*

quam corporis, malorum omnium
auerruncatrix. Vt quarundam gen
tium peculiares sunt Patroni, se
Diui tutelares: ita bonorum, be
neficiorumque nonnullorum cert
quidam habentur impetratores. V
excellas in Philosophiâ inuoca
Catharinam Alexandrinam: vt in
Medicinâ, Lucam: vt in Iurispru
dentiâ Iuonem; vt in Theolo
giâ, Paulum, Augustinum, Aqui
natem. Qui in mari naufragium
metuit, Nicolaum inuocat, au
Claudium. Qui pestilitate confli
ctatur, ad Sanctos, Sebastianum
Adrianum, Antonium, Rochum
confugit. Qui febribus æstuat, Pe
tri Apostoli recordatur socrum per
sanantis, aut Genofeuæ. Quem
capitis dolor excruciat, Panta-
leon inuocatus iuuare solet. In o-
culorum morbis præsto est Luciæ
patrocinium. In detium carnificinâ,
Apolloniæ potissimùm preces va-
lent. Si res deperdita angit dominũ,
An-

Antonij Patauini imploratur beneuolentia. Cancer si quem fœdè exedat, Agatham appellare consueuit; Calculosis, herniosisque in ore est D. Drogo. Angina pressorum curam suscipit Svvitbertus. Sterilitatem abigere putatur Arnulphus: Puerperæ Ignatium Loiolam magna fiducia ingeminant.

At Mariæ est publicum, & commune pro omnibus, & in omnibus patrocinium. Idcirco in quolibet discrimine, quacumque necessitate, ad omnem occasionem inuocanda est. At in postremis habenda est *Inuocatio*, nisi accedat *Imitatio*. Huc tẽdere debent omnia. Hoc proprium est officium Sodalis Parthenici. Imitatione facilius, quàm inuocatione plenitudinem cupitam consequetur. Imitemur igitur sedulò constantissimam eius fidem, cuius, si nõ speculatiuæ, profectò actuosæ defectu, tam multi, deserto veri Dei cultu, Dæmoni se nefariè consecrarunt:

Maria publicum patrocinium.

Imitatio B.V.

firmam eiusdem spem, quam q
possidet, versutijs Satanæ à recti
mitâ haud facilè abducitur: feruei
tem Dei, ac proximi caritatem, q
perfectionem virtutis assequimu
modestiam, verecundiam, humilit
tem, propria Patronæ nostrę decor
quibus hoc potissimùm die, qu
immensi luminis Solem sinu recep
enituit, *Sicut* Luna perfecta, qui
Quasi, Luna plena *in æternum*. Cui
plenitudinis, vt & nos sursus partic
pes æternùm Tibi deuincti clientul

De pleno charitum penu tuarum
Effunde in vacuas Maria mentes.

O MARIA GRATIA PLENA!

NOTA

NOTAE.

QVoniam de Lunâ plenâ, & plenitudine Marianâ fuit sermo; de quâ nunquam plenè dicet mortalium vllus, vt desiderium multorum pascam, adiungere lubet certa quadam capita plenitudinis illius, quæ nullum habet terminum, ad quæ referri possunt, quæ per varios sparsa authores confusionem pariunt: & multarum sunt, siue concionum, siue orationum copiosa materia.

PRIMA igitur Plenitudo dicatur Sufficientiæ respectu muneris, ac dignitatis, ad quam fuit electa. S. Thomas 3. p. q. 7. art. 10. ad 2. & Opusculo 60. art. 6. Continet hæc Plenitudo gratiam sanctificantem, virtutes, dona, ac fructus Spiritus-Sancti, nec non reliqua, si quæ supersunt ornamenta, quæ Matris Dei dignitatem decebant, ac vt idonea redderetur ad meritum tanti muneris. Nam meruisse quodam modo vt portaret, ac pareret Dei Filium

lium sensus est Ecclesia vniuersa, sic pr

Orat. post Salue Regina.

cantus. Omnipotens sempiterne D us, qui gloriosæ Virginis Matris M riæ corpus & animam, vt dignu Filij tui habitaculum effici merer tur, Spiritu-sancto cooperante pr parasti. *Idemq; docent S. Ambrosius li de Spiritu-sancto c. 7. Gregorius super Reg. 1. Augustin. lib. de naturâ & grati cap 36. Basilius homil. de humanâ Chr sti Natiuitate. Chrysostomus sermone hypapant. Bernard. sermo. 4. de Assump Iustinus Martyr q. 186. Laurentius Iust nian. serm. de Natiuit. Virg. Ansel. de co ceptu Virginal. cap. 18. Quomodo aute Gratia Sufficientiæ Marianæ maior quàm Sufficientiæ reliquorum iustorum Sanctorumúe ostendimus in Comment tione ipsa.*

SECVNDA est Prærogatiuæ. *Ex Bonauentura 3. sent. distinct. 13. q. 3. de qu etiam actum fusius.*

TERTIA Abundantiæ. *Ex S. Th ma opusc. 60. art. 6. Quam quomodo Virgo in Conceptu Filij sit consequuta, e plicamus in Cōmentatione.* QVAR

QVARTA Excellentiæ, *per quam quid consequuta sit Domina, & quomodo illam affecerit Commentatio docet.*

QVINTA Plenitudo *potest dici* respectu subiecti, *ex S. Thoma, 3. p. q. 7. art. 10. Distinguit enim plenitudinem in illam, quæ est ex parte gratiæ, & quæ est ex parte subiecti.* Ex parte ipsius gratiæ, *inquit*, dicitur esse *Plenitudo gratiæ*, ex eo, quod aliquis pertingit ad summū gratiæ, & quantum ad essentiam, & quantum ad virtutem. Quia scilicet habet gratiam, & in maxima excellentia, quia potest haberi, & in maxima extensione ad omnes gratiæ effectus: & talis gratiæ plenitudo est propropria Christo. Ex parte verò subiecti gratiam habentis esse dicitur gratię plenitudo, quando quis habet plenè gratiam secundum suam conditioné, siue secundum intensioné, prout in eó est intensa gratia vsq; ad terminum ei præfixum à Deo: [illegible] etiam secundum virtutum: inq[illegible]um tum scilicet habet facultatem gratiæ

ad

Materia Laterna Diuinitatis.

AVE, inquit, *gratia plena, multis virtutibus exornata Virgo, in lampade gestans lucem extinguibilem, sole splendidiorem. Aue gratia plena, gloria spiritualis. Aue gratia plena, quæ es vrna aurea continens manna cæleste. Aue gratia plena, quæ sitientes perennis fontis dulcedine satias. Aue gratia plena, mare spirituale, habens gemmam cælestem* CHRISTVM. *Aue gratia plena, splendidum cælum, quæ in cælis incomprehensum contines* Deum. *Aue gratia plena, quæ Cherubicum thronum Diuinitatis fulgore superas. Aue gratia plena, quæ cæli circulum habes, & Deum incomprehensum potißimo loco in teipsa foues. Aue gratia plena, nubis columnæ similis, quæ Deum habes, qui populum deduxit per desertum. Quid dico, & quid proloquor? quo pacto prædicabo gloriæ radicem? Solo enim Deo excepto, cunctis superior existis.*

Aggratulationis comites.

Et nos Dominæ, ac Patronæ nostræ perennem gratiæ donorumque cælestium absq; numero plenitudinem

nem gratulemur. Quæ quidem aggratulatio, ne ſit inanis, & abſque fructu, comites habeat oportet, Inuocationem, ac Imitationem; vtramque poſtulat Mariæ, tanquam Lunæ, plenitudo: quippe, ſui diffuſiua, ſi ſint, qui impleri cupiant. Quod manifeſtat *Inuocatio*. At qualis? laxiſſima. nullis arctata terminis, perſonarum, loci, temporis, neceſſitatis, beneficiorum. Maria omnibus ſplendet. Mater eſt viuentium: imò in vtroque foro mortuorum. Ab omnibus inuocanda eſt, quæ omnibus, tanquam Mater, opitulari ſolet. Nulla apud illam eſt perſonarum acceptio. Græcus, Romanus, Thrax, Scytha, Belga, Gallus, Hiſpanus, Germanus, Britannus,

Inuocatio.

Imitatio.

Inuocatio Mariæ vniuerſalis.

Tros Rutiluſq; fuat---

nullo diſcrimine admittitur, & exauditur. *Cæteri ſancti*, inquit Doctor Idiota, *iure quodam patrocinij*

Lib. de Cõtẽpl. Mariæ.

Pro sibi specialiter commissis plus possun prodesse in curia Altissimi, quam pro alienis. Iacobus pro Ibero, Dionysius pro Gallo, Gregorius pro Anglo, Bonifacius pro Germano, Patritius pro Hiberno, Kilianus pro Francone Thomas pro Indo. *Beatissima autem* Virgo Maria, *sicut est omnium Regina ita est & omnium* Patrona, & Aduocata. *Et cura est illi de omnibus.* Illius extat capitalibus expressum characteribus, in qualibet gente inuitatorium programma ab Ecclesiastico primitus promulgatum, ac vbique regnorum, ac prouinciarum valuis adfixum, & portis nationum quarumlibet appensum: *Tran-*
Eccl. 24. *site ad me omnes, qui concupiscitis me, & à generationibus meis adimplemini. In me omnis gratia viæ, & veritatis: in me omnis spes vitæ, ac virtutis.*

Quoad tempus. Quid moramini? effundere est parata, modò sit, qui plenitudinem postulet. At tempus commodum forrasse expectandum est,

&mol-

& molles moræ, vt admittantur, qui inuocare sunt parati. Nullis adstringitur patrocinium Marianum temporis circumstantijs. Semper eius auxilium est exposcendum, quia semper expositum, ac paratum. AEquè in vere pueritiæ, ac in æstate adolescentiæ: nec minus in autumno ætatis maturæ, quàm in hyeme senectutis: tam interdiu prosperitatis, quàm noctu ærumnarum. Nec loci hîc habetur ratio. In priuato, publico: infernè, supernè: domi, foris, vbique viget Mariæ benignitas. Oriens, Occidens: Meridies, Septentrio Marianus est. Non opus alia peregrinatione, vt Lunæ huius transfusione fruamur, quam affectuum. *Quoad locum.*

Denique, in omnibus inuocanda est periculis: ad omnes necessitates opportunum est communis Patronæ subsidium: beneficiorum quorumlibet est largitrix: non animæ minus, *Quoad Pericula. Necessitates. Beneficia.*

quam corporis, malorum omnium auerruncatrix. Vt quarundam gentium peculiares sunt Patroni, seu Diui tutelares: ita bonorum, beneficiorumque nonnullorum certi quidam habentur impetratores. Vt excellas in Philosophiâ inuocas Catharinam Alexandrinam: vt in Medicinâ, Lucam: vt in Iurisprudentiâ Iuonem; vt in Theologiâ, Paulum, Augustinum, Aquinatem. Qui in mari naufragium metuit, Nicolaum inuocat, aut Claudium. Qui pestilitate conflictatur, ad Sanctos, Sebastianum, Adrianum, Antonium, Rochum confugit. Qui febribus æstuat, Petri Apostoli recordatur socrum persanantis, aut Genofeuæ. Quem capitis dolor excruciat, Pantaleon inuocatus iuuare solet. In oculorum morbis præsto est Luciæ patrocinium. In detium carnificinâ, Apolloniæ potissimùm preces valent. Si res deperdita angit dominũ,

An-

Antonij Patauini imploratur beneuolentia. Cancer si quem fædè exedat, Agatham appellare consueuit: Calculosis, herniosisque in ore est D. Drogo. Anginâ pressorum curam suscipit Svvitbertus. Sterilitatem abigere putatur Arnulphus: Puerperæ Ignatium Loiolam magna fiducia ingeminant.

At Mariæ est publicum, & commune pro omnibus, & in omnibus patrocinium. Idcirco in quolibet discrimine, quacumque necessitate, ad omnem occasionem inuocanda est. At in postremis habenda est *Inuocatio*, nisi accedat *Imitatio*. Huc tẽdere debent omnia. Hoc proprium est officium Sodalis Parthenici. Imitatione facilius, quàm inuocatione plenitudinem cupitam consequetur. Imitemur igitur sedulò constantissimam eius fidem, cuius, si nõ speculatiuæ, profectò actuosæ defectu, tam multi, deserto veri Dei cultu, Dæmoni se nefariè consecrarunt:

Mariæ publicum patrocinium.

Imitatio B.V.

firmam eiusdem spem, quam qui possidet, versutijs Satanæ à recti semitâ haud facilè abducitur: feruentem Dei, ac proximi caritatem, quâ perfectionem virtutis assequimur: modestiam, verecundiam, humilitatem, propria Patronæ nostrę decora: quibus hoc potissimùm die, quo immensi luminis Solem sinu recepit, enituit, *Sicut* Luna perfecta, quia, *Quasi*, Luna plena *in æternum*. Cuius plenitudinis, vt & nos simus participes æternùm Tibi deuincti clientuli,

De pleno charitum penu tuarum
Effunde in vacuas Maria mentes.

O MARIA GRATIA PLENA!

NOTAE

NOTAE.

QVoniam de Lunâ plenâ, & plenitudine Marianâ fuit sermo; de quâ nunquam plenè dicet mortalium vllus, vt desiderium multorum pascam, adiungere lubet certa quædam capita plenitudinis illius, quæ nullum habet terminum, ad quæ referri possunt, quæ per varios sparsa authores confusionem pariunt: & multarum sunt, siue concionum, siue orationum copiosa materia.

PRIMA igitur Plenitudo dicatur Sufficientiæ respectu muneris, ac dignitatis, ad quam fuit electa. S. Thomas 3. p. q. 7. art. 10. ad 2. & Opusculo 60. art. 6. Continet hæc Plenitudo gratiam sanctificantem, virtutes, dona, ac fructus Spiritus-Sancti, nec non reliqua, si quæ supersunt ornamenta, quæ Matris Dei dignitatem decebant, ac vt idonea redderetur ad meritum tanti muneris. Nam meruisse quodam modo vt portaret, ac pareret Dei Filium

lium sensus est Ecclesiæ vniuersæ, sic precantis. Omnipotens sempiterne Deus, qui gloriosæ Virginis Matris Mariæ corpus & animam, vt dignum Filij tui habitaculum effici mereretur, Spiritu-sancto cooperante præparasti. *Idemq; docent S. Ambrosius lib. de Spiritu-sancto c. 7. Gregorius super 1. Reg. 1. Augustin. lib. de naturâ & gratiâ, cap 36. Basilius homil. de humanâ Christi Natiuitate. Chrysostomus sermone in hypapant. Bernard. sermo. 4. de Assumpt. Iustinus Martyr q. 186. Laurentius Iustinian. serm. de Natiuit. Virg. Ansel. l. de conceptu Virginal. cap. 18. Quomodo autem Gratia Sufficientiæ Mariana maior sit quàm Sufficientiæ reliquorum iustorum, Sanctorumúe ostendimus in Commentatione ipsa.*

Orat. post Salue Regina.

SECVNDA est Prærogatiuæ. *Ex S. Bonauentura 3. sent. distinct. 13. q. 3. de quâ etiam actum fusius.*

TERTIA Abundantiæ. *Ex S. Thoma opusc. 60. art. 6. Quam quomodo B. Virgo in Conceptu Filij sit consequuta, explicamus in Cōmentatione.* QVAR-

QVARTA Excellentiæ, *per quam quid consequuta sit Domina, & quomodo illam affecerit Commentatio docet.*

QVINTA Plenitudo *potest dici* respectu subiecti, *ex S. Thoma, 3. p. q. 7. art. 10. Distinguit enim plenitudinem in illam, quæ est ex parte gratiæ, & quæ est ex parte subiecti.* Ex parte ipsius gratiæ, *inquit*, dicitur esse *Plenitudo gratiæ*, ex eo, quod aliquis pertingit ad summũ gratiæ, & quantum ad essentiam, & quantum ad virtutem. Quia scilicet habet gratiam, & in maxima excellentia, quia potest haberi, & in maxima extensione ad omnes gratiæ effectus: & talis gratiæ plenitudo est propropria Christo. Ex parte verò subiecti gratiam habentis esse dicitur gratię plenitudo, quando quis habet plenè gratiam secundum suam conditioné, siue secundum intensioné, prout in eó est intensa gratia vsq; ad terminum ei præfixum à Deo: [illegible]e etiam secundum virtutum: inq[illegible] tum scilicet habet facultatem gratiæ ad

ad omnia, quæ pertinent ad suum officium, siue statum. Et talis gratiæ plenitudo non est propria Christo: sed communicatur alijs per Christum.

Quomodo autem Plenitudo gratiæ ex parte subiecti superauerit aliorum gratiam & plenitudinem Sanctorum ostendimus in Commentatione, & declarant varijs similitudinibus Patres Sermonibus habitis hoc festo, & Scholastici Disputationibus de Mysterijs Christi & Dominæ.

S. Bernardus Homil. 3. super Missus. Legimus in Actis Apostolorum, & Stephanum plenum gratia, & Apostolos fuisse repletos Spiritu-sancto. Sed longè dissimiliter à Maria. Nec in Stephano habitauit Plenitudo Diuinitatis corporaliter, quemadmodum in Maria. Nec Apostoli cōceperunt de Spiritu-sancto, quomodo Maria. *Quam magnū hoc discrimen? [illegible]è tantum, quantum constitui potest inter seruum ac Matrem & Dominum.*

S. Anto-

S. Antoninus 4. par. tit. 15. cap. 2. post accuratam disputationem, tandem subdit. §. 15. Ex dictis patet, quomodo B. *Maria* fuit *Plena gratia*, quadrupliciter. *Primò* quia omnes gratias generales & speciales omnium creaturarum habuit in summo. *Secundò*, quia illas gratias habuit, à quibus omnis creatura vacua fuit. *Tertiò*, quia sua gratia tanta fuit, quod pura creatura maioris gratiæ capax non fuit. *Quartò*, quia etiam gratiam increatam: id est, Deum in se tota cõtinuit. Et sic per omnem modum gratia plena fuit.

S. Bonauentura Gratiam Marianam ex parte subiecti videtur facere immensam, sed sano sensu, quem exprimit his verbis in Speculo B. Virgin. cap. 5. Immensa fuit gratia, quâ ipsa fuit plena. Immensum enim vas non potest esse plenum, nisi immensum sit illud, quo est plenum. Maria autem vas immensissimum fuit, ex quo illum, qui cælo maior

maior eſt, continere potuit. Quis eſt cælo maior? Certè ille, de quo Salomon ait. *Si cælum, & cæli cælorum Te capere nõ poſſunt, quanto magis, domus hæc, quam ædificaui.* Non vtique domus per Salomonem ædificata, ſed domus per illam ſignificata Deum capere potuit. Tu ergo immenſiſſima Maria capacior es cælo: quia, quem cæli capere nõ poterant tuo gremio contuliſti. Tu capacior es mundo; quia, quem totus non capit orbis, in tua ſe clauſit viſcera factus homo. Si ergo Maria tam capaciſſima fuit vẽtre, quanto magis mente? Et ſi capacitas tam immenſa fuit gratiâ plena, oportuit vtique, quod gratia illa, quę tantam impleuiſſe potuit capacitatem eſſet immenſa.

Lib. III. Reg. 8.

Quis immenſitatem Mariæ poteſt menſurare? Ecce quod dicitur in Eccleſiaſt. *Altitudinem cæli, latitudinem terræ, & profundum abyſſi, quis dimenſus eſt?* huc maximè ſpectat. Cælum eſt Maria: tum quia cæleſti puritate, cæleſti

Eccl. 1.

lesti claritate, cælestibus alijs virtutibus abundauit: tum quia Sedes Dei altissima fuit, teste Propheta, qui dicit, *Dominus in cælo parauit sedem suam.* *Psal.c.11.* Terra quoque Maria fuit, quæ fructum illum nobis protulit, de quo idem Propheta ait: *Terra dedit fructum suum.* *Psal.66.* Abyssus etiam est Maria in bonitate, & in misericordia profundissima. Vnde etiam profundissimam misericordiam Filij sui pro nobis interpellat. Quod dum fit, *Abyssus abyssum inuocat. Cælum ergo est Maria: Terra est Maria: Abyssus est Maria.* Quis huius *Psal. 41.* cæli altitudinem? Quis huius terræ latitudinem? Quis huius Abyssi profunditatem? Quis, inquam, Mariæ *Immensitatem* dimensus est, nisi ille solus, qui ipsam non solùm in gratiâ, & in gloriâ, sed etiam in misericordiâ, tam altissimam, tam latissimam, tam profundissimam operatus est.

Idem Seraphicus Doct. in 1. dist. 44. in expositione textus circa finem, postquam asseruit, Virginem, quo ad Maternitatem

Dei

Dei habuisse summam dignitatem, q[...] mater fuit nobilissimi Filij: & illam fu[...] tantam, vt nulla mulier capere ampl[...] possit, subnectit. Et quantum ad gra[...] iustificationis tantam habuit, qua[...] tam pura creatura humana, sine r[...] tionalis, quæ facta est, sic recipe[...] potuit. *Iterum.* In Matre capacitate[...] gratiæ compleuit: & impleuit secu[...] dum quod capit pura creatura r[...] tionalis.

SEXTA Plenitudo *dicatur* Gra[...] totalis. *Nam vt loquitur S. Hieronym[...] vel Sophronius, cui quidam asscrib[...] sermonem de Assumptione:* Cæteris sa[...] ctis gratia præstatur per partes: M[...] riæ verò tota se infudit gratiæ ple[...] tudo. *Per partes gratiæ, intellige imp[...] mis iustificantem: tum virtutes infus[...] adhæc gratias gratis datas, quas Aposto[...] enumerat 1. ad Corint. 12. Quas vtrum [...] quomodo habuerit, disputant Theolo[...] Lege S. Thomam 3. p. q. 27. art. 5. Suar[...] disp. 20. Sectionibus aliquot, Vasque[...] Valentia, Tanner ijsdem locis quibus[...]*

Th[...]

Thomas, materiam hanc pertractat.

SEPTIMA Plenitudo est gratiæ operatricis. *Sumitur ex S. Thoma opusculo VIII. vbi docet, plenam fuisse gratiá pro se; & plenam pro nobis. De hac satis copiosè in contextu Commentationis. Quibus adde, quæ acutè obseruat Didacus de Baëza Tomo I. commentarior. Euangel. lib. 1. cap. septimo. Plenitudinem bonorum mundiali auaritiæ familiarem, eius esse conditionis, vt ea pleni homines perire malint, quàm alteri prodesse. Quod ostendit ille apud Lucam opulentus cap. 12. qui plena horrea destruere cogitabat, & maiora ædificare, ne quid superesset pauperi.* Quid faciam? *aiebat,* destruam horrea mea, & maiora faciam: & illuc congregabo omnia, quæ nata sunt mihi. O tædam hominis auaritiam! *inquit D. Basilius:* Horrea crepabant præ copia conditorum: auarus tamē animus nequaquam implebatur. Vrgent enim ipsius animam diuitiæ à promptuarijs emanantes, ne fortè cum exiuerint, prosint egentibus.

Longè

Longè aliter Maria impleta erat cæleſti gratia, cuius plenitudo largo Spiritus-ſancti imbre vniuerſas creaturas irrigabat. Vidiſti è pleno fonte nouos ſcaturire radios aquarum, quibus vicina omnia continuò irrorantur? Sic Maria plena gratiarum ſcaturit, irrorat: vt nullus illi adſit nõ madidus. Hinc S. Laurentius Iuſtinianus: Gratiæ plenitudinem, quæ in Maria erat, præſenſit cæleſtis nuncius, cognouit, manifeſtauit, dixit: Aue gratia plena. *Habet arcanum ſenſum*, præſenſit. *Videtur enim denotare quempiam, qui vicinam fontis plenitudinem præſentit, cùm accedens madet, ſiue irroratur. Sic Angelus accedens ad Mariam ſic ſe gratiæ perfundi ſenſit, quaſi ſcaturienti fonti appropinquaret.*

Serm. de Annunciat.

S. Bernardus poſtquam introduxit formoſiſſimam Rebeccam viuo fonte adaquãtem Eliezer, eiuſq; iumenta, hiſtoriam antiquam Salutationi accõmodat Angelicæ. Quærit, *inquit*, Angelus puellam, quam parauit Dominus filio Domini ſui, bibit ipſe de hydria tua, O Virgo

Ser. 2. inter paruos.

Virgo cognata sibi virtute delectatus: Sed nunquid nō & iumentis potum tribues? Bibit Angelus, quod virum non cognoscis. Bibant iumenta, ꝙ de humilitate singulariter glorieris. Sed fortè ne in his quidē duabus metretis plena est hydria tua: capax est etiā tertiæ, vt non modò Angelus, & iumēta, sed ipse iā bibat Architriclinus; Patrē loquor, qui principium Trinitatis, Architriclinus iure vocatur. Ait sanè Angelus fæcunditatem Mariæ commendans, quæ tertia est metreta: Quod ex Te nascetur sanctū, vocabitur Filius Dei. Ac si dicat, cū eo solo tibi est generatio ista cōmunis. *Ita Marianā plenitudinē cōmendat Bernardus: ex qua lacteo candore pudicitiæ potantur Angeli: humilitatis decus imbibunt homines: gaudet diuinus Pater sibi socio splendore fæcunditatis: vt sic nemo sit è Diuinis, vel è creatis, qui de Mariæ plenitudine non capiat. Ita ille.*

OCTAVA Plenitudo *vocari potest* absque mensurâ. *Sumitur ex Eusebio in*

Euangelium de Annunciatione: Quis vnquam, *inquit*, tantam gratiam habuit, quantam Maria Virgo? Alij enim ad mensuram datur: hæc autem Gratia plena dicitur. *Et S. Thomas 3. p. quæst. 27. art. 1.* Rationabiliter credimus, quod illa, quæ genuit Vnigenitum plenum gratiæ, & veritatis, præ omnibus alijs maiora priuilegia gratiæ acceperit.

NONA Plenitudo priuilegiorum. *Ex S. Bonauentura in speculo. Vbi cum recensuisset priuilegia, quibus humanam naturam omnemque creaturam transcendit B. V. ita concludit.* Gloriosum sit Mariæ quod, quicquid post Deum pulchrius, quicquid dulcius, quicquid iucundius in gloria est; hoc Maria, hoc in Maria, hoc per Mariam est. *Et S. Damascen. Orat. de Dormitione Deiparæ:* Prorsus immensam Plenitudinem omnium gratiarum abyssum gratiæ: Dei matris, & seruorum Dei infinitum est discrimen!

DE

DECIMA Plenitudo *nominetur* Angelica. *Habuit enim quicquid Angeli, & plus quàm Angeli gratiæ, caritatis, meritorum. S. Chrysost. in Hypapan.* Magnũ reuerà hæc Virgo mundi miraculũ. Ecquid enim in hac rerum vniuersitate queat maius, aut sublimius reperiri? Sola hæc cælum & terrã amplitudine superauit. Quid-nam illa sanctius? Nõ Prophetæ, nõ Apostoli, non Martyres, nõ Patriarchæ, non Angeli, non Throni, nõ Dominationes, non Cherubim, non Seraphim; nõ aliud deniq; inter res creatas visibiles vna hac excellẽtius reperitur.

Adhibet ad hoc declarandum Petrus Damian. Sermo. de Assumpt. similitudinẽ Solis & Lunæ. Sol, *inquit*, lucidius incãdescẽs ita sibi siderũ & *Lunæ* rapit positionẽ, vt sint quasi non sint, & videri non possint. Similiter & Virgo veri præuia luminis in illa inaccessibili luce perlucẽs, sic vtrorũq; spirituum habebat dignitatẽ, vt in cõparatione Virginis nec possint, nec debeant apparere. *Hinc sumi potest*


VNDECIMA Plenitudo Super-Angelica. *S. Epiph. orat. de Laud. B. V.* Solo Deo excepto, cũctis superior ex istis. *Andreas Cretens. Ora. de Assumpt.* O Virgo Regina omnis humanæ naturæ; quæ habes non cõparabilem cũ alijs appellationẽ; excepto Deo solo tu es omnibus altior. *D. Anselm. de Concept. Virginali.* Nihil tibi Domina est æquale, nihil comparabile. Omne enim, quod est, aut supra Te est, aut infra Te. Quod supra Te est, solus Deus est. Quod infra Te est, omne, ꝙ Deus non est. *Huic tam similis, vt eadem videri possit est.*

DVODECIMA Plenitudo, *quæ dicatur* Excessiua. *Excessit enim Deipara omnẽ omnium Sanctorũ gratiam, quamuis in cumulum vnum cõiectam. Legendi, Franciscus Suarez 3. par. dist. 18. sect. 4. Henricus Henriquez de Fine hominis cap. 10. Sebastianus Barradas Tom. 1. li. 6. ca. 10. Ioan. Carthagena de Arcanis Deiparæ li. 5. hom. 7. Antonius Spinellus in Throno, cap. 13. Petrus Hamerius Concione 17. in*

Aduen-

Aduentum. D. Bonauent. opuſculo de laudibus B. V. vbi exponens illud Eccl. 14. In plenitudine Sanctorũ detentio mea, *ſic ſcribit.* Ex doctrina S. Bernardi ideò in *Plenitudine Sanctorũ* Mariæ detẽtio fuit, quia in mirificâ perfectione ſuâ, plenitudo perfectionis omnium Sanctorum illi non deficit.

MARIA Excelſa.] *De nominis* Mariæ *etymo, ac pronũciatione ſcripſere multi. Accuratè vltimò Martinus* Delrius Pol*emica ſecundâ, habita in feſto Annunciat. Angelus* Caninius *libro, de nominibus noui Teſtamenti,* מרים, *vult ſignificare* Exaltatã, *a radice* רם, Ram, *exultauit.* N*am cenſet in themate medium* Iod *quieſcere, licet in deriuatis moueatur. Primum verò* Mem, *ſcribit ad thema non pertinere, eo quod Miriâ ſit diſſillabum: & ideò neceſſariò hermanticũ, ac ſimplex:* Cùm enim, *præter primum* Mem, *tres aliæ thematicicæ appareant: nẽpe,* Res, Iod, *&* Mem *poſterius, conſequi, vt prius* Mem, *cum ſuo chirick ſit heomãticũ. Idẽ arbitratur Guido* Faber, *vir in Hebraicis eximiè verſatus.*



ORATIO QVARTA.

MARIA
In Visitatione
LVNA
FESTINANS
&
MODVLANS.

Curre, curre MARIA, *curre, curre:*
Curre, curre MARIA, *curre, sicut*
Velocissima Luna: Luna *cunctas*
Vincens acceleratione stellas.
Ocyor Phaëtonte, *Vesperoqúe,*
Marte, & Mercurio, Chronoq; *Luna.*
Stellæ sunt aliæ, retroq; flectunt:
At sibi similis, nihilqúe mutans
Luna, *semper iter suum peragrat.*
Et tam multiplici ire docta motu,
Ad certos numeros meat, velutq;
Cælestem modulatur Harmoniam.
Curre MYSTICA-LVNA: Luna *vel*

O Ch

O Curre, ô propera MARIA LVNA.
Curre LVNA MARIA *curre, curre,*
Illucere tuæ Sodalitati.

Exurgens Maria abijt in montana cum festinatione. Lucæ 1. 39.

Quæ est ista, quæ progreditur, quasi Aurora cõsurgẽs, pulchra, vt Luna. Cãt. VI. 9.

Surge propera Amica mea. Cantic. II. 10.



NTER caussas cõparationis illius venustissimæ, quam instituit Orator diuinus in encomio Sponsæ cælestis (qui titulus est DEIPARÆ nulli ignotus) dum illã celebrat PVLCHRAM, vt LVNAM, opinor, haud postremã esse Astri illius motum varietate insignem: & adiunctam in orbem festinanter eunti iucundissimã modulationẽ. Quæ duo, cũ præcipuè spectentur, & admirationem pariant in DOMINA nostrâ, cognatã suã Elizabethã Visitãte, quis nõ animaduertit, q̃ sit idonea imago ad Visitationem

Maria cõparatur Lunæ.

Ob Motũ & Modulationem.

illam mysteriosissimam properant
DEIPARÆ, in eaque suauiter canti
lantis declarandam, LVNA-FEST
NANS, ac MODVLANS ? Quod,
honori, cultuiq; tuo promouendo
DIVA MATER, quo omnis nostr
huiusce diei tendit fatigatio, & præ
cedentium industria, paullò copios
us explicetur; festina, quæso Te, i
subsidium indigi opis Marianæ, &
auxiliatricem patrocinij sæpius ad
uocati, & experti dexteram por
rige.

O Curre, ô propera, MARIA, *curr*
Curre ô curre Tuis patrocinari.

Luc. 1. 39. DVM audio, ac penè cerno me
ditabundus, exurgere MARIAM, &
abire in montana cum festinatione in ci
uitatem Iuda, hæreo stupefactus a
aspectum tantoperè iter suum acce
Cant. 8. 14. lerantis Virgunculæ, & instar *capreæ*
hinnuliq; ceruorum, per aspera mon
tium, sinuosa vallium, amæna colli
um, concito gradu, sese ex oculi
occur

occurſantium, celerrimè ſurripientem: inſequor voce tremulâ, ac ſiſtere nitor, harmonico illo, non agreſtis turbæ, ſed Mentium beatarum, concentu. O Socij! *Quæ eſt iſta, quæ progreditur, quaſi* Aurora *conſurgens:* PVLCHRA, *vt* LVNA: *electa, vt* Sol: *terribilis, vt caſtrorum* Acies *ordinata?* Admirandus quaternio, *Aurora, Luna, Sol, Acies*: quibus nihil venuſtius, nihil velocius. Sed miſſis, hoc tempore, ceteris, quibus ſuus dicabitur dies, in *Luna*, & *Feſtinante*, & *Modulante* contemplandâ immoremur. Cant. 7. 9.

LVNA ſemper cum feſtinatione motum ſuum peragit. Hinc ſiderum cenſetur celerrima. Hoc illi eſt elogium: hæc laus præ ceteris vulgata. Audi commendationem ab hac dote: *Luna feſtinat.*

Velociſſima Luna. Luna *cunctas*
Vincens acceleratione ſtellas
Ocyor Phaethonte: veſperoque,
Marte, & Mercurio, Chronoq; Luna.

Instituatur, si placet, cōparatio. *Saturnus*, qui & Κρόνος, nobilis, inter erraticas septem Stella, viam suam longam sanè, & amfractuosam conficit annis omninò triginta. His elapsis, ad idem, vnde moueri cœpit, punctum peruenit. *Iupiter* planetes, in itinere suo annos hæret duodecim, nihil minus. *Mars* inerrãdo peregrinatur brennio integro, nec citius cursum absoluit. *Solem* post trecentos sexaginta quinque dies, & horas aliquot metam destinatam attingere animaduertimus. *Mercurio* licet alatis fingatur, pingaturq. pedib⁹ ob pernicitatẽ, designati sunt, vt spaciũ suũ emetiatur, dies nõ pauciores trecẽtis quinquaginta quinq; neque vnq̃ ante in termino conspicitur. *Veneris* haud est dissimilis in periodo sibi peculiari tarditas. LVNA verò ocyssimè, diebus viginti septem, & pauculis horis, ingentem illam, quam quotidie supra vos cernitis, sphæram gyratione peragrat.

Saturnus mouetur annis 30.

Iupiter ann. 12.

Mars 2.

Sol dieb. 365.

Mercurius dieb. 355.

Venus 355.

Luna dieb. 27.

Idem

Idem eſt MARIÆ, LVNÆ-MYSTICÆ encomium. Hæc eius inter infinitas, virtus eximia. Illius magis, quàm *Lunæ* nobis conſpicuæ eſt proprium, *cum feſtinatione* curſum abſoluere. Ob quam cauſſam, *Velox*, *ac Feſtinans* LVNA, illuſtre eſt Virginis Matris in quolibet ei⁹ myſterio ſymbolum. Sanè *Luna-velox*, & in vtero feliciſſimæ matris primo conceptã: quia illo ipſo momento properantẽ: & in infantiâ, pueritiâ, ac adoleſcentiâ virtutis orbem celerrimè conficientem: & in deuexâ ætate, ex vitæ mortalis curriculo ſe proripientem, ac ad ſuperos euolantem; ſed hodierno potiſſimùm die, montana Iudææ, *cum feſtinatione* peragrantem repræſentat. *Maria velox.*

Vix concepta, properauit, vt *Luna*. Nam eodem, quo eſſe cæpit, momẽto, omnes virtutis conſummatiſſimæ gradus illicò percurrit: &, quod omnem admirationem ſuperat, *In vtero matris properat Maria.*

 ipſam

ipſam Seraphinorum altitudinē cō-
templationis ſublimitate trāſcendit.
Vt enim aliàs à nobis eſt probatum,
quod frequentius ad Deiparæ augē-
dam æſtimationem repetendum;
in primâ ſuà ſanctificatione, quæ
tunc contigit, cùm eſt concepta,
cum diuinâ gratiâ virtutes vniuer-
ſas, ſiue per ſe infuſas, vt loquuntur
Theologi, ſiue adquiri ſolitas, ade-
pta eſt: eodemque punctulo Spiri-
Tom. 1. tus-ſancti donis omnibus fuit dita-
Serm. 61. ta: & quod ſcribit S. Bernardinus
art 3. c. 3. *Ad tantam contemplationem eſt ſublima-
ta, vt perfectius in ventre matris con-
templaretur Deum, quàm vnquam
fuit contemplatus aliquis in perfectâ
ætate.* Annon hoc eſt, reliquorum
Deo cōiunctorum, vt totidem ſide-
rum in virtutum ſphæâ curſum, ve-
locitate præuertere?

Velocitatis imago in volatu ad cælum. Vt huius celeritatis penè incredi-
bilis habeatur conceptio, quoniā ad
diuina à ſenſibus remota, nō niſi per
illa, quæ potētijs ijs obijciuntur ma-

nuduct-

nuducimur: fingite vos videre aliquem, qui ab imo terræ, per tres aëris regiones, & interiacentes cælorum globos ad ſupremum orbem, quem Deus inhabitare dicitur, concitatiſſimè, non pedibus, ſed alis ad volatum perquam idoneis, aſcendere conetur. Cõficiatis quotidie milliaria Italica ſexaginta, à terrâ ad Lunæ globum perueniet annis quinque, ac duobus, & quod excurrit, menſibus, Ad Mercurij ſphæram annis decem, & amplius. Ad orbem veneris, annis ſex ac viginti. Ad Solis circulum annis centum ſexaginta nouem, menſibus tribus. Ad Martis habitaculum annis centum octuaginta quatuor, menſibus quinque. Ad Iouis regiam, annis mille ducentis, nonaginta & vnõ: ac duobus menſibus. Ad Saturni ſedem, annis bis mille ſexaginta quinque, menſibus vndecim. Ad octauam ſphæram annis bis mille ſeptingentis, quinquaginta quatuor, ſex menſibus. Ad

nonum cælum annis bis mille nongentis octoginta duobus. His adde tres alios cælos, vt sint, cum empyreo, duodecim, superius enarratis maiores; certè ad summi apicem, is quem designaui volitans, annis quatuor mille non perueniret.

Iam, sit alius quispiam, qui talaria plantis suis nectat, aut Pegaso vehatur, & anno vno totum illud ferè immensum, supra quod nihil est, spatium emetiatur. Prodeat alter, qui vix mensem, dum transcurrit idem, insumat. Quidam die vno tantundem spacij peruolitet. Denique reperiatur qui punctulo temporis eadem via ad metam pergat, eamque contingat. Nonne huius velocitatem, magis, quam dici, aut æstimari possit, illorum præferres, licet celerrimo cursui, aut volatui!

Quomodo æstimanda velocitas cursus Deiparæ. Tale quid contingit in motu *Lunæ-Mysticæ* ad sanctitatis virtutumque culmen cum festinatione tendendenden-

dentis. Non est minor distantia inter imum gratiæ, virtutis, contemplationis diuinæ, siue etiam perfectionis Christianæ gradum, & summum, quàm inter infimum elementum, & supremi cæli apicem. Quidam autem, dum ad superiora tendunt, ac de virtute in virtutẽ progressum faciũt, vt ad vni⁹ perfectionẽ perueniant, non vnum impendũt lustrum. Alij bonam vitæ partem transigunt, & nunquã, vel ad mediũ virtutis heroicæ orbem conscendũt. Sunt qui ætatem longissimam transmittunt, antequam perfectionis fastigium videant. Plurimi, quamuis aliquot annorum centurias, imò myriades viuerent, nunquam ad contemplationis culmen pertingerent. Quotus quisque est, qui vltimo vitæ mortalis die, sit summè castus, pius, modestus, temperans, mansuetus, humilis, virtutibus ceteris cumulatus: denique contemplationi diuinæ, cælitum instar, deditus? Vix

Vix è millibus vnus: ausim dicere, nullius, integro seculo, in tantâ hominum quotidie nascentium; ac denascentium multitudine, demonstrari poterit. Ea est in hoc ærumnarum stadio, quamuis strenuè ad virtutis metam decurrentium, tarditas.

Virgo B. momento confecit longissimũ virtutis iter.

Quantam ergo illius oportuit esse in hoc genere cursus velocitatem, quæ ne quidem horulam in longissimis virtutis perfectæ itineribus insumpsit, & ad terminum confessione applausuque spectantium peruenit? Nonne *Lunam* agnoscis reliquis sui alteriusque ordinis sideribus velociorem: idque ipso ortus sui die primo: hoc est, in ventre matris: Vbi, cùm Maria esset, antequam inde egrederetur, summitatem gratiæ cælestis, & virtutis verticem attigit, ad quem vix vllus, tametsi longissimæ ætatis, aspirat. Quod elegantissima similitudine declarat Papa Gregorius, qui concipit

pit reliquos iustos; vt altissimos mõtes, Olympum, Ossam, Pelion, Soractem, sed in cumulum congestos, aut vnum alteri, & sic deinceps, impositos: tum verò, Virginem Matrem ceteris excelsiorem, ac ipsorum fastigia prementem. Sic enim interpretatur illud Isaiæ vaticinium: *Erit præparatus mons domus Domini in vertice montium.* Mons, inquit, *in vertice montium fuit Beatißima Virgo Maria, quæ omnem electæ creaturæ altitudinem electionis suæ dignitate transcendit.* Nimirum, hoc fuit alatum illud iumentum, quo *Luna mystica* tantum iter momento confecit: Electionis dignitas: gratuita Omnipotentis destinatio: in Matrem sibi illam eligentis Verbi diuini beneplacitum. Quem vbique præsentis gratia portat, non suauiter tantùm, vt Bucephalo, sed celeriter quoque, & magis sanè, quàm Pegaso, equitat. Idcirco, montium, quamuis altissimorum culmina momento supergressa

S. Greg. l. 1. reg. c. 1.

Isa. 2.

gressa

gressa est MARIA. Et ipsa Mons celsissimus. *An-non enim Mons sublimis Maria*, inquit Gregorius, *quæ vt conceptionem æterni Verbi pertingeret, meritorum verticem supra omnes Angelorum choros, vsque ad solium Deitatis erexit?* Quod tunc iam verissimum fuit cũ nondum in lucem edita ad maternitatem Dei destinata esset. Verè *Luna* sideribus velocior.

Qua autem celeritate primo illo tempore supra oẽs Sanctorum orbes euecta fuit animâ, seu spiritu, cuius hæc fuit ascensio: eadem, postquam inter mortales viuere desijt, est vsa, cùm corpore fuit supra omnes cælorum globos adsumpta. Totum enim illud spatium, quod dimensionem nostram penè superat, momento tẽporis, si tamen momentum insumsit, peragrauit. Quod Astrologis perpendendum pręscribit grauis Theologus, monens sidereorum motuum contemplatores, vt mentem ad cælestis regni amplitudinem eleuent:

uent: & beatorum animas ſpeculentur, momento eo vſque peruenire, vt cum Chriſto regnent: momento eo- vſque Chriſtum, non animâ tantùm & diuinitate, verũ etiam corpore cõſcendiſſe; ac B. Matrem eius Mariam corpore quoq; vnico momento fuiſſe eovſq; adſumptam. Cui aduenienti adclamare potuerunt occurrentium agmina cęlitum: *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi Aurora*: velox *vt* LVNA?

Cerne eandem in infantiâ, properantem deprehendes. Vix trimula ad templum adducitúr-ne, an velociſſimè currit? cucurriſſe tunc viam Ieroſolymitanam, vt aſſueta erat currere viam mandatorum Dei, planè mihi perſuadeo. Venit in ciuitatem ſanctam. Currit ad templum cum feſtinatione. *Erant* autem *circa templum*, inquit Nicephorus, *iuxta quindecim graduum Pſalmos*, quindecim aſcenſionis gradus. In horum itaque vno B. Virginem

In Præſentatione velox, vt Luna.

Niceph. lib. 2 cap. 3.

nem Mariam paruulam paren
constituerunt, cumque ipsi ves
menta, quæ in itinere habuerat, d
traxissent, & cultioribus ornasse
alacris puella, per gradus omn
properans ad altare peruenit: vb
Sacerdote votiuam infantem exp
ctante, & suscipiente salutari potu
admirantis epiphonemate: *Qua*
ista, quæ progreditur, quasi Aurora co
surgens, velox *vt* LVNA?

In adolescentia velox, vt Luna.

Iam verò, templi vsibus, ex p
rentum, & spontaneâ suâ oblatio
destinata, Deo vacans, ac æterno
rum contemplationi, eo contend
celeritate admirabili, & deuen
quo mortalium nemo vel in sen
potuit adspirare. Disputatur à The
logis, quoto ætatis anno ad mun
omnium maximum Dei Genetr
cis sit euecta, seu Iesum pepereri
Augustinus, vel quisquis est Auct
libri de Scripturæ sacræ mirabi
bus, Virginem existimat fuisse du
dennem, cùm Iosepho in matrim

niu

nium traderetur. Ex quo consequitur, tertio-decimo ætatis suæ anno inchoato peperisse illam mundi Saluatorem. Quomodo? dicis. Estne ætas tantilla tanto idonea titulo? tam operoso conueniens officio? Non est profectò, nisi virtu[illegible]um, indeque meritorum procursus ætatem pr[illegible]eniat. Hoc si accidat, nulla annorum habetur ratio: profectus æstimatur virtutis, non ætatis: meritorum, non annorum. MARIA duodennis grauissimum obit munus Deiparæ. Id summa illius, in tenerâ ætate, ex cursus velocitate, perfectio postulabat. *Non enim*, vt eleganter Philo Hebræus disserit, *Deus respicere solet annorum numerum: aut tempus breue, longumue, sed animæ illius, quæ mouetur promptius, ac vehementius, vires, & profectum.* Lib. de No[illegible]

Spectabat cælestis Amator animulam illam sibi percaram, omni donorum genere cumulatissimam, annis duodecim ea sanctitatis spa- *Quid in Maria iuuencula Deus spectauerit.*

cia

cia celerrimo transcursu peragrat
quæ multis annorū circumuolut
nibus, tota hominum, Angeloru
que natio, quamuis extremo con
tu non potuisset conficere. Spect
bat Lunam suam orbe virtutis p
nè im[illegible]enso, festinatione felicis
Tit. de desponsat. impub. Thomas Sanchez de Matrimon. li. 7. disp. 104. q. 4.
mâ peragrato, in termino perf
ctionis constitutam. Profectò,
in humanis, dum de matrimon
ineundo agitur, malitia supplet æt
tem: & prudentia, intelligentiaq
fæminæ temporis dispensatione
admittit: vt habet Papa Innoce
tius III. *cap. finali de sponsalib. imp
ber.* quare non summa innocenti
ac sanctitatis maturitas, pro æt
tis fuerit complemento, apud
lum, qui vt scribit Theodoretu
Danielis adolescentiam expenden
Or. de Daniele.
cùm sit *auctor rerum omnium nulla
rationem ætatis habet, sed pietatem ta
tùm, ac religionis studium requiri*
Quod in Mariâ fuit maximum, lic
ætatis teneræ adolescentulâ. Ta

cu

tum potuit motus velocitas, quam in *Luna mysticâ* deprehendimus: & commendat signatè in Visitante sacer Historicus.

Exurgens, inquit, *Maria, abijt in montana cum festinatione.* Quæ hactenus festinauit animo, nunc etiam festinat corpore: quæ eatenus affectibus, nunc quoque pedibus. Semper sibi similis. Vbique non pulchra tantùm, sed & velox, vt Luna. An fortasse idcirco Ioannes, Diuæ Virgini, dum inter mortales ageret à secretis, vt illius nobis exhiberet effigiem, vidisse scribit se Mulierem sub cuius pedibus *Luna* fuerit, Apocal. 12. Agnosco mysterium, celeritatē indicare voluit symbolo, magnus ille in arcana Sapiētia Mystes. Non potuit melius, quàm pedibus illius vel subijciendo, velut orbem rotatilem Lunam, velocitatis incredibilis imaginem: vel appingēdo illi plantas lunatas. Quæ multo accommodatius itineri accinctam

Maria pedib. velox.

Apocal 12.

Talaria calceamēta alata Mercurij.

& ce-

Virg. 4. Æneid.

& celerrimè currentem repræsentant, quàm talaria, quibus profani Poëtæ, Deorum nuncium, quem fingebant, pedes inuoluere mentiebantur. Certè, Vates ille noster Apocalypticus, postquam induxit Mulierem lunatis calceis indutam, de fuga mox subijcit. Vt enim è Draconis illius, cui cornua septem, & capita decem tyrannide se subduceret, *fugit* actutum *in solitudinem*; Vt Lunam sub pedibus habere, significare, arcano sensu, possit, fugam adornare: quasique velle quopiam auolare.

Lunati calcei insigne nobilitatis.

Itaque fingere licet, Dominam nostram, antequam itineri se daret, lunata calceamenta pedibus nectere, non ad nobilitatis, cuius indicium erant apud Romanos, & Arcades, quàm ad celeritatis significationem. De quibus interpretari possis carmen illud, hominúm-ne, an Angelorum? Virginem peregrinantem contemplantium: *Quam pulchri*

Cant. 7.

sunt

ſunt greſſus tui in calceamentis, *Filia Principis*? Quibus calceamentis? lunatis: celeritatis, ac feſtinationis. Quanto in omnibus itineribus Patronæ noſtræ greſſus fuerunt celeriores, tanto ab ſponſo, rerum optimo æſtimatione, cenſebantur pulchriores. Cerne mihi Virginem tenerrimam, diuina prole, non grauidante, ceu elemento in proprio loco, grauidam, profectionem inſtituere, viginti minimùm milliarium in Cariatharbem, quæ & Hebron, ſiue Chebron nominabatur, viginti duobus milliaribus ab vrbe Ieroſolymitana diſtantem, Zachariæ & Elizabethæ domicilium: & agili pede tot viæ difficilis amfractus permeantem, nec accliuitate territam, nec decliui præcipitique in ima montium procurſu præpeditam.

Cant. 7.

Baron. in apparatu Annal. n. 58 & 59.

Illuſtre exemplum nobis potiſſimùm ad imitandum propoſitum, qui illius nos profitemur eſſe clien-

Maria Idea vitæ marialis.

O tes,

tes, quàm *vitæ moralis* Ideam *& exemplar* scitè appellat in contemplationibus Marianis, Idiota. Sed quoniam non quæcumque, aut vbiuis probatur à sapientibus festinatio, distinguamus itinera, & examinemus festinationem virtutis solidæ cultoribus commendandam.

Iter. Corporeum. Spirituale.

Iter, siue Via, generatim, aut est corporeum, quod propriè sic dicitur, aut spirituale, quod figuratum vocatur, vel metaphoricum: illud pedibus conficitur: hoc affectibus, & moribus. Vnde & morale appellari potest, vt prius illud physicum. Corporeum varium habet terminum. Virginis Matris, ciuitatem in montanis Iudææ sitam. Sic Christus sæpe tendebat Ierosolymam, Bethaniam, Capharnaum. Apostoli frequenter proficiscebantur in Galilæam: tandem in orbem vniuersum. Est, qui metam sui itineris habet Hispaniam; est, qui Galliam; est qui Belgium, omnes Mortem, vl-

mam

mam rerum lineam. Itineris spiritualis æquè multiplex est exitus. Sed primò distinguendum fuisset in Iter Mundi, quod & carnis, & Satanæ, & inferni, & vitiorum : ac in iter cæli, quod & spiritus, & Dei, & virtutum nuncupatur. Iter Mundi pro fine habet, voluptatem, honorem, dignitatem, peccatum : & hoc tam multiplex, vt numerum ferè certum superet. Itineris cælestis terminus est, diuina gratia, illiúsque accessio, & incrementum, legis à Deo, & legitimis superioribus sancitæ obseruatio: consiliorum Euangelicorum adimpletio: virtutis cuiusq; perfectio: caritatis præsertim : denique, huius aliarumq; consummatio, & præmium, cælestis gloria. *Iter Mundi. Carnis. Dæmonis. Iter cæli.*

Non æquè festinandum est in quolibet horum itinerum: imò, in aliquo nequaquam festinandũ. Vitiosa est in mũdi itineribus celeritas: in quibus tamen velocissimè curritur. Festinatur à plerisque statim *Festinatio vitiosa in itineribus mundi.*

in adoleſcentia, & ante illam, in viâ voluptatis, quæ ardentiſſimè etiam à pueris appetitur: ad illam incitatiſſimo curſu properant iuuenes: nunquam in hoc itinere ſubſiſtitur à carnis mancipijs: nulla hîc præcipitem accelerationem moratur aëris intemperies: non æſtus, frigus, nix, glacies: non viarum amfractus: non itineris moleſtia: non ſpacij, per quod graſſandum, longitudo Feſtinatur in itinere ſuperbiæ ab ambitioſis: cuius terminus, ſceptrum, diadema, purpura, galerus, infula, pedum: & his minora, nobilitas, canonicatus, doctoratus, conſiliariatus: ac iſtis magis euanida: nomen, titulus, fama. Ad hæc non curritur, ſed volatur. Nihil hîc gloriæ cupidum detinet: non fæda ſeruitus, quæ obeunda, donec optatis potiatur; non adulatio, non aliorum offenſio: non diurna concurſatio: non ſolicitudo noctur-

In via Superbia.

na

na: non insidiæ: non obtrectatio. Moritur opulentus quispiam Clericus multorum sacerdotiorum possessor, quamuis ipsemet, nec sacerdos, nec futurus sacerdos: quo iure, nouo-ne, an veteri viderint, quorum interest, vt seruentur Ecclesiæ canones: moritur tamen, vt ceteri: sed vix vltimum duxit spiritum, & festinatur à decem prensatoribus: properatur ad curiam: non mare, non Alpes, non saxa, non fortunarum profusio, non grassans contagio, non, quicquid, vel corpori, vel animo est graue, retardat.

Similis festinatio vsitata est in itineribus intemperantiæ, auaritiæ, iniustitiæ: denique, cuiuslibet vitiositatis: quæ dicuntur itinera perditionis, ac viæ inferi, per quas incredibili celeritate volitant gulæ dediti, cupiditatibus suis addicti, epulones, asoti, Apicij, Euclioni, furunculi, & his peiores, quamuis à *Iter cuiuslibet vitiositatis.*

patibulo liberi, in hac vitâ magni, ac honorati orbis fures, latrocinijs nobiles. Quid de vanitatis dicam itinere, in quo meræ calcari videntur rosæ, ideoque non nisi rosa signatis calceis teritur. In hoc itinere agminatim cursitare conspiciuntur adolescentuli, vix primæ lanuginis, quo minus barbati, eo magis ad horrorem occurrentium criniti, benè lobbati, & fungi instar galeri immensitate tecti, aut inuoluti: nullâ non corporis parte, quæ subaspectum cadat effæminati; oculis, ore, mento, ac fronte potissimùm lamię: manibus harpyiæ: pectore struthiones, pede capreæ: veste chamæleontes: imò chamæleonte mutabiliores. Nunc ad suram vsque, vel talos dependentibus caligis braccati, habitu corporis tam insulso ac ridiculo: vt Sueuicus, membrorum repræsentator magis sit decorus. Profectò talis, vt nemo ante hac, vel piscator aut cerdos quibus tamen

Via Vanitatis.

men maximè accommodatus videtur, gestare eum sit dignatus. Et nunc Alamanicus dicitur: aut Allo-modius.

Horum voces sunt, quos Sapientia se percepisse testatur cum festinanter ad hoc iter procurrerent, sibique insusurrarent. Eia agite. *Exiguum, & cum tadio est tempus vita nostra: & non est refrigerium in fine hominis: & non est, qui agnitus sit reuersus ab inferis: quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus, quasi non fuerimus. Venite ergo, & fruamur bonis, qua sunt, & vtamur creaturâ, tanquam in iuuentute celeriter. Vino pretioso, & vnguentis nos impleamus: & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis, antequam marcescant: nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. Nemo nostrum exors sit luxuria nostra. Vbique relinquamus signa lætitia: quoniam hac est pars nostra, & hac est sors.* Hi, vt Sapien-

Voces impiorum. Sap. 2. 1. 2. 6. 7.

Prou 11.13. pientia monet: *relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas. Lætantur cum malè fecerint, & exultant in rebus peßimus. Quorum viæ peruersæ sunt,*
Prou.1.20 *& infames gressus eorum.* Idcirco eadem *Sapientia, foris prædicat, in plateis dat vocem suam. In capite turbarum clamitat: in foribus portarum vrbis pro-*
Prou.1.15 *fert verba sua dicens. Fili mi ne ambules cum eis: prohibe pedem tuum à semitis eorum. Pedes enim illorum ad malum currunt, & festinant, vt effundant san-*
Prou.1.22. *guinem. Vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea, quæ sunt noxia cupient, & imprudentes odibunt Sapientiam?*

In istiusmodi itineribus non est
Prou.7.26 festinandum. *Sunt* enim *viæ inferi penetrantes in interiora mortis.* Pedes ita
Prou.5.5. festinantis *descendunt in mortem, & ad inferos gressus illius penetrant.* Alia igitur via festinationem exigit, illius imitatione, quæ

-- Afflatu diuini Numinis aucta
Exsurgit: montesq; procul cōtendit in altos
Festinans.

Via, quæ tendit in montana: via ſpiritus: via virtutis: via perfectionis; via ſanctitatis. Per hanc curſum inſtituit *Luna-myſtica*, eamque non facilitate minus, quàm celeritate admiranda confecit. *In via ſpiritus feſtinandum.*

Mirata fuit antiquitas pernicitatem Ladæ curſoris celeberrimi: de quo vetus Poëta: *Lada pernicior.*

Per ſtadium Ladas ſaltauerit, anne volarit, *In 4. Anthol.*

(Par ſuperis curſu) dicere lingua nequit.

Ego magis miror motus celeritatem in ſideribus, quæ nullam penè comparationem admittunt. Sol iſte, quem videtis quotidie, qui multo maior eſt vniuerſo terræ, ac maris globo (quod ex cono, ſeu pyramide vmbræ terræ, quæ ad cælum Martis non pertingit ſatis liquet) &, ſi credimus Aſtronomis, continet eius magnitudinem centies, ſexagies ſexies, tanta velocitate cum toto ſuo orbe rotatur, vt horæ vnius ſpacio, ſupra centum myriades, ſeu, *Curſus ſolaris velocitas.* 166.

decies centena millia milliariorum (millionem vulgus vocat) conficiat. Quocirca vna horâ suo cursu ambitum terræ æquat quinquagies. Inter stellas fixas multæ sunt, quæ quinquaginta, septuaginta, nonaginta, aut centum partibus sunt maiores vniuersa terra: nulla autem est, quæ non superet eam saltem octodecim partibus, Astronomorum demonstratione. Quis autem credat harum aliquas, quæ circa æquinoctialem sunt, tanta cum orbe suo pernicitate cieri, vt singulis horis supra quadraginta milliones (siue quater mille myriades) milliariorum percurrant? Et, quod inde sequitur, ambitum terræ conficiant bis millies vna horâ?

Velocitas Sagittarū. Maior est hæc velocitas, quàm sagittarum, quæ à benè curuato arcu propelluntur: maior, quàm *Fulgurum.* fulgurum è nubibus emissorum: maior, quam globi tormento bellico excussi: sit enim subducatur ra- *Globi tormenti-...*

tio,

tio, globus ita vibratus, tametſi vniformiter volet, vix centum horis ambitum terræ conficit. Obſeruarunt ſanè iaculatores curioſi, vno horæ minuto iſtiuſmodi globum vix tria milliaria conficere. Itaque vna hora percurret milliaria centum octuaginta: centum horis octodecim millia: quæ nondum æquant ambitum terræ. Siquidem is (vt Geometræ affirmant) eſt nouendecim millium, & octoginta. Quamobrem longè plus Sol vna hora conficit ſpacij, quàm globus tormenti quinque millibus horarum abſolueret. Celeritas autem ſtellarum fixarum circa Aequinoctialem eſt quadragecuplo maior, quàm ſit celeritas Solis.

Sed hanc omnem, & quamcumque aliam, quæ in exemplum adduci poſſet curſus velocitatē ſuperat *Luna-myſticæ* expeditiſſima pernicitas in itinere ſuo mõrano, quod virtutis *Ambitus orbis virtutum.*

 fuit

fuit, ac sanctitatis. Huius enim amb
tus aut longitudo multo maior e
quàm vllius orbis cælestis, licet ex
mus accipiatur. Nam cælum virt
tũ, non vndecim, aut duodecim, s
plures, quàm centum orbes habe
quorũ quilibet inferiorem non m
nus magnitudine superat, quàm
sphæris illis materialibus superior
bi subiectum excedit. Per hos aute
omnes maturauit gressus suos De
para, ac breuissimo tempore, si n
momẽto, in singulis orbibus cursu
suum ita consummauit, vt ad summ
perfectionis peruenerit. Quocir
necesse fuit, eam, si benè ratione
supputamus, vnâ horâ, plus spa
percurrisse, ac velocius fuisse m
tam, quàm vllum siderum, siue ine
rantium, quæ Planetæ vocantur,
ue in stellifero orbe fixarum, die, v
anno integro.

Cælũ mysticum ex orbibus virtutum compositũ.

Qui sunt autem illi orbes tã vas
vt globos, quos supra nos conspic
mus, mole suâ vincant? Ita nomin

Orbes.

virtu

virtutes, ex quibus cælũ morale magnitudine penè immensum cõstatur. In illo imprimis cernuntur septem, sphæris totidem Planetarum proportione respondentes: tres *Theologicæ: Fides, Spes, Charitas*: quattuor *Cardinales, Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudo*. His adnexi sunt septem alij orbes, quos prioribus, vel subijcere, vel superponere possis: sunt autem *Dona Spiritus sancti*, quæ septem numerantur: Donum *Sapientiæ*: donum *Intellectus*: *Consilij*: *Scientiæ*: *Fortitudinis*: *Pietatis*: *Timoris Domini*. *Virtutes Theologicæ 3. Cardinales 4.* *Dona Spiritus S. 7.*

His iuncti sunt orbes alij eiusdem capacitatis, numero duodecim. Vocantur *Fructus spiritus*, quibus secundum spiritum viuentes à carnalibus dignoscuntur. Horum nomenclatura, & ordo habetur apud solertissimum Cæli mystici scrutatorem Paulum Apostolũ: à quo sic numeratur: *Caritas, Gaudium, Pax, Patientia, Longanimitas, Bonitas, Benignitas, Mansuetudo, Fides, Modestia, Cõtinentia, Castitas.* *Fructus Spiritus 12. Rom. 8. Galat. 5.*

Virtutes Cardinalibus adnexa.

Nam ad Prudentiam reuocatur *Eubulia, Synesis, Gnome.* Iustitiæ adnectitur *Religio*, cuius plurimæ sunt, siue species, siue partes, siue officia. Eidẽ virtuti coniuncta est *Veritas, Pietas, Obseruantia, Obediẽtia, Gratitudo, Amicitia, Affabilitas, Liberalitas*, Ἐπιείκεια. Ad Fortitudinem spectat *Magnanimitas, Magnificentia, Patientia, Perseuerantia.* Temperantiæ adfines sunt, vel subditæ, *Verecundia, Honestas, Abstinentia, Sobrietas, Castitas, Virginitas, Continentia, Clementia, Mansuetudo, Modestia, Humilitas, Studiositas.*

Singulæ virtutes orbem suũ habent.

Ex his, ac multis alijs virtutibus, tanquam orbibus, cælum illud componitur, quod hominis ad felicitatem minimè interituram tendentis, est stadium. Hîc velocitatis experimẽtum capitur. In hoc itinere, quod ad perfectionem Christianam ducit, indeque ad immortalitatem, quò quis festinat magis, eò censetur melioris indolis, ac nobilioris. In hoc campo, viatores omnes, viatrix ipsa,

& peregrinatrix Domina noſtra, poſt ſe reliquit, velocitatis palmam conſenſu vniuerſitatis merita. Verè *Luna velox*, & *Feſtinans*. Sunt nonnulli in hoc cælo, Planetæ illi, qui Saturnus nominatur, & altiſsimum locum obtinet, perſimiles. Tardiſsimè is in orbe ſuo mouetur: quippe ſenex, vt fingunt Poëtæ, gradu podagroſo incedit, plumbo calceatus, aut lanâ. Hoc grauitatis cenſetur; & maieſtatis eſt index, lento paſſu progredi. Haud ſecus, in altiori dignitatis, ſciẽtiæ diuitiarũ gradu conſtituti, Reipublicæ vtriuſq;, Eccleſiaſticę, ac Politicæ Principes, Optimates, Præſules, opulenti, Doctorũ Magiſtratuũque titulis illuſtres, in virtutis cælo percurrendo ſunt plerumq; ſegniores. Nimirum, hoc grauitatis eſt, paſſu plumbeo ad virtutis culmen tendere. Grauitatem laudo, modò à maturitate non diſcrepet: ſed in procurſione pedum, quam Modeſtiæ leges præſcribunt, non in exercita-

Saturnus tardiſsimè mouetur.

tio-

patibulo liberi, in hac vitâ magni, ac honorati orbis fures, latrociniijs nobiles. Quid de vanitatis dicam itinere, in quo meræ calcari videntur rosæ, ideoque non nisi rosa signatis calceis teritur. In hoc itinere agminatim cursitare conspiciuntur adolescentuli, vix primæ lanuginis, quo minus barbati, eo magis ad horrorem occurrentium criniti, benè lobbati, & fungi instar galeri immensitate tecti, aut inuoluti: nullâ non corporis parte, quæ subaspectum cadat effæminati; oculis, ore, mento, ac fronte potissimùm lamię: manibus harpyiæ: pectore struthiones, pede capreæ: veste chamæleontes: imò chamæleonte mutabiliores. Nunc ad suram vsque, vel talos dependentibus caligis braccati, habitu corporis tam insulso ac ridiculo: vt Sueuicus, membrorum repræsentator magis sit decorus. Profectò talis, vt nemo ante hac, vel piscator aut cerdos quibus tamen

Via Vanitatis.

men maximè accommodatus videtur, gestare eum sit dignatus. Et nunc Alamanicus dicitur : aut Allo-modius.

Horum voces sunt, quos Sapientia se percepisse testatur cum festinanter ad hoc iter procurrerent, sibique insusurrarent. Eia agite. *Exiguum , & cum tadio est tempus vita nostra : & non est refrigerium in fine hominis : & non est, qui agnitus sit reuersus ab inferis : quia ex nihilo nati sumus , & post hoc erimus , quasi non fuerimus. Venite ergo , & fruamur bonis, qua sunt , & vtamur creaturâ , tanquam in iuuentute celeriter. Vino pretioso , & vnguentis nos impleamus : & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis, antequam marcescant: nullum pratum sit , quod non pertranseat luxuria nostra. Nemo nostrum exors sit luxuria nostra. Vbique relinquamus signa lætitia : quoniam hac est pars nostra , & hac est sors.* Hi, vt Sa-

Voces impiorum.
Sap. 2. 1. 2. 6. 7.

Prou 11.13. pientia monet: *relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas. Lætantur cum malè fecerint, & exultant in rebus pessimis. Quorum viæ peruersæ sunt,*
Prou.1.20 *& infames gressus eorum.* Idcirco eadem *Sapientia, foris prædicat, in plateis dat vocem suam. In capite turbarum clamitat: in foribus portarum vrbis pro-*
Prou.1.15 *fert verba sua dicens. Fili mi ne ambules cum eis: prohibe pedem tuum à semitis eorum. Pedes enim illorum ad malum currunt, & festinant, vt effundant san-*
Prou.1.22. *guinem. Vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea, quæ sunt noxia cupient, & imprudentes odibunt Sapientiam?*

In istiusmodi itineribus non est
Prou.7.26 festinandum. *Sunt* enim *viæ inferi penetrantes in interiora mortis. Pedes ita*
Prou.5.5. festinantis *descendunt in mortem. & ad inferos gressus illius penetrant.* Alia igitur via festinationem exigit, illius imitatione, quæ

-- Afflatu diuini Numinis aucta
Exsurgit: montesq; procul cõtendit in altos
Festinans. Via,

Via, quæ tendit in montana: via ſpiritus: via virtutis: via perfectionis; via ſanctitatis. Per hanc curſum inſtituit *Luna-myſtica*, eamque non facilitate minus, quàm celeritate admiranda confecit. *In via ſpiritus feſtinandum.*

Mirata fuit antiquitas pernicitatem Ladæ curſoris celeberrimi: de quo vetus Poëta: *Ladæ pernicior.*

Per ſtadium Ladas ſaltauerit, anne volarit, *In 4. Anthol.*

(Par ſuperis curſu) dicere lingua nequit.

Ego magis miror motus celeritatem in ſideribus, quæ nullam penè comparationem admittunt. Sol iſte, quem videtis quotidie, qui multo maior eſt vniuerſo terræ, ac maris globo (quod ex cono, ſeu pyramide vmbræ terræ, quæ ad cælum Martis non pertingit ſatis liquet) &, ſi credimus Aſtronomis, continet eius magnitudinem centies, ſexagies ſexies, tanta velocitate cum toto ſuo orbe rotatur, vt horæ vnius ſpacio, ſupra centum myriades, ſeu, *Curſus ſolaris velocitas.* 166.

decies centena millia milliarioru
(millionem vulgus vocat) conficia
Quocirca vna horâ suo cursu an
bitum terræ æquat quinquagie
Inter stellas fixas multæ sunt, qu
quinquaginta, septuaginta, no
naginta, aut centum partibus su
maiores vniuersa terra: nulla a
tem est, quæ non superet eam salte
octodecim partibus, Astronomo
rum demonstratione. Quis aute
credat harum aliquas, quæ circa a
quinoctialem sunt, tanta cum orb
suo pernicitate cieri, vt singulis ho
ris supra quadraginta milliones (s
ue quater mille myriades) milliario
rum percurrant? Et, quod inde se
quitur, ambitum terræ conficiant b
millies vna horâ?

Velocitas Sagittarũ Maior est hæc velocitas, quàm
sagittarum, quæ à benè curuato ar
cu propelluntur: maior, quàm ful
Fulgurum gurum è nubibus emissorum: ma
ior, quam globi tormento belli
Globi æneo- co excussi: sit enim subducatur ra
tio

tio, globus ita vibratus, tametsi vniformiter volet, vix centum horis ambitum terræ conficit. Obseruarunt sanè iaculatores curiosi, vnò horæ minutó istiusmòdi globum vix tria milliaria conficere. Itaque vna hora percurret milliaria centum octuaginta: centum horis octodecim millia: quæ nondum æquant ambitum terræ. Siquidem is (vt Geometræ affirmant) est nouendecim millium, & octoginta. Quamobrem longè plus Sol vna hora conficit spacij, quàm globus tormenti quinque millibus horarum absolueret. Celeritas autem stellarum fixarum circa Aequinoctialem est quadragecuplo maior, quàm sit celeritas Solis.

Sed hanc omnem, & quamcumque aliam, quæ in exemplum adduci posset cursus velocitatē superat *Lunæ-mysticæ* expeditissima pernicitas in itinere suo mōtano, quod virtutis

Ambitus orbis virtutum.

fuit, ac sanctitatis. Huius enim ambitus aut longitudo multo maior est, quàm vllius orbis cælestis, licet extimus accipiatur. Nam cælum virtutũ, non vndecim, aut duodecim, sed plures, quàm centum orbes habet, quorũ quilibet inferiorem non minus magnitudine superat, quàm in sphæris illis materialibus superior sibi subiectum excedit. Per hos autem omnes maturauit gressus suos Deipara, ac breuissimo tempore, si non momẽto, in singulis orbibus cursum suum ita consummauit, vt ad summũ perfectionis peruenerit. Quocirca necesse fuit, eam, si benè rationem supputamus, vnâ horâ, plus spacij percurrisse, ac velocius fuisse motam, quàm vllum siderum, siue inerrantium, quæ Planetæ vocantur, siue in stellifero orbe fixarum, die, vel anno integro.

Calũ mysticum ex orbibus virtutum compositũ.

Qui sunt autem illi orbes tã vasti, vt globos, quos supra nos conspicimus, mole suâ vincant? Ita nomino virtu-

Orbes.

virtutes, ex quibus cælũ morale magnitudine penè immensum cõstatur. In illo imprimis cernuntur septem, sphæris totidem Planetarum proportione respondentes: tres *Theologicæ*: *Fides*, *Spes*, *Charitas*: quattuor *Cardinales*, *Prudentia*, *Iustitia*, *Temperantia*, *Fortitudo*. His adnexi sunt septem alij orbes, quos prioribus, vel subijcere, vel superponere possis: sunt autem *Dona Spiritus sancti*, quæ septem numerantur: Donum *Sapientiæ*: donum *Intellectus*: *Consilij*: *Scientiæ*: *Fortitudinis*: *Pietatis*: *Timoris Domini*.

Virtutes Theologicæ 3. Cardinales 4.

Dona Spiritus S. 7.

His iuncti sunt orbes alij eiusdem capacitatis, numero duodecim. Vocantur *Fructus-spiritus*, quibus secundum spiritum viuentes à carnalibus dignoscuntur. Horum nomenclatura, & ordo habetur apud solertissimum Cæli mystici scrutatorem Paulum Apostolũ: à quo sic numeratur: *Caritas*, *Gaudium*, *Pax*, *Patientia*, *Longanimitas*, *Bonitas*, *Benignitas*, *Mansuetudo*, *Fides*, *Modestia*, *Cõtinentia*, *Castitas*.

Fructus Spiritus 12. Rom. 8. Galat. 5.

Beatitudines Euãgelicæ 8. Matth 5. Luca 6. An-non etiam octo Beatitudines Euangelicæ in hunc censum suo iu veniant, cùm non minus, quà hactenus recensiti, tanquam sphæræ quædam lucidissimæ ad tropologicum cælum pertineant? Est ne ingens sphæra pauperum spiritu, ad regnum cælorũ alacriter properantium. Non minor hac est Mansuetorum mititatis merito terrã possidentium. Magna quoq; est lugentium: magna iustitiam famentium ac sitientium: magna misericordi operibus debitorum. Suas quoque sphæras habent, certè non minuta mundi corde, pacifici, persequutionem patientes.

Tres orbes supra firmamentũ. Supra nominatos orbes contem plor tres alios, non minus illustre quàm quos Astronomi Firmament imponunt, & vocantur *Aqueus*, *Glacialis*, ac *Crystallinus*. An-non ta les, *Paupertas* voluntaria, cuius A qua, egentium potui destinata, e symbolum? *Castitas* perpetua, quar

Glacie

Glacies repræſentat, ſuo rigore carnis æſtũ mitigans, vel extinguens? *Obediẽtia* integra, Cryſtalli inſtar, à cãdore, & pelluciditate commendabilis.

Præter has ſphæras, habet alias quã plurimas cælum tropologicũ, quod eſt hominis virtutẽ ſedulò inſectantis palæſtra. Nam omnis in illo ſtella orbem diſtinctum habet, quod nõ cõtingit in cælo materiali, in cuius orbe octauo, ſeu firmamẽto dicunt Aſtronomi eſſe ſtellas viſu perceptibiles, dũ aër perpurgatus eſt, MXXII, præter quas, ſunt aliæ quã plurimæ; adeò, vt hieme, nocte ſerena, infinita propemodũ multitudo ſtellarũ appareat. Hoc dico. Præter virtutes, quas ſuperius nominibus ſuis ſignaui, quæ ſunt capitales, & aliarũ fontes; reperiri alias numero plures, ac ferè infinitas, ſi ad ſingulas deſcendamus, quæ orbem peculiarem conſtituunt, per quem ſtudioſo eſt decurrendum. *Stellæ cæli myſtici.*

Nam

Virtutes Cardinalibus adnexa.

Nam ad Prudentiam reuocatur *Eubulia, Synesis, Gnome.* Iustitiæ adnectitur *Religio*, cuius plurimæ sunt, siue species, siue partes, siue officia. Eidē virtuti coniuncta est *Veritas, Pietas, Obseruantia, Obediētia, Gratitudo, Amicitia, Affabilitas, Liberalitas*, Ἐπιείκεια. Ad Fortitudinem spectat *Magnanimitas, Magnificentia, Patientia, Perseuerantia.* Temperantiæ adfines sunt, vel subditæ, *Verecundia, Honestas, Abstinentia, Sobrietas, Castitas, Virginitas, Continentia, Clementia, Mansuetudo, Modestia, Humilitas, Studiositas.*

Singulæ virtutes orbem suū habent.

Ex his, ac multis alijs virtutibus, tanquam orbibus, cælum illud componitur, quod hominis ad felicitatem minimè interituram tendentis, est stadium. Hîc velocitatis experimētum capitur. In hoc itinere, quod ad perfectionem Christianam ducit, indeque ad immortalitatem, quò quis festinat magis, eò censetur melioris indolis, ac nobilioris. In hoc campo, viatores omnes, viatrix ipsa,

& peregrinatrix Domina noſtra, poſt ſe reliquit, velocitatis palmam conſenſu vniuerſitatis merita. Verè *Luna velox,& Feſtinans*. Sunt nonnulli in hoc cælo, Planetæ illi, qui Saturnus nominatur, & altiſsimum locum obtinet, perſimiles. Tardiſsimè is in orbe ſuo mouetur: quippe ſenex, vt fingunt Poëtæ gradu podagroſo incedit, plumbo calceatus, aut lanâ. Hoc grauitatis cenſetur: & maieſtatis eſt index, lento paſſu progredi. Haud ſecus, in altiori dignitatis, ſciētiæ diuitiarū gradu conſtituti, Reipublicæ vtriuſq;, Eccleſiaſticę, ac Politicæ Principes, Optimates, Præſules, opulenti, Doctorū Magiſtratuūque titulis illuſtres, in virtutis cælo percurrendo ſunt plerumq; ſegniores. Nimirum, hoc grauitatis eſt, paſſu plumbeo ad virtutis culmen tendere. Grauitatem laudo, modò à maturitate non diſcrepet: ſed in procurſione pedum, quam Modeſtiæ leges præſcribunt, non in exercitatio-

Saturnus tardiſsimè mouetur.

tione virtutum, in qua festinatio
Iouis cursus mediocris. turitati haud derogat. Sunt alij, q
vt Iupiter, breuiori tempore curs
absoluunt: homines conditioni
fortunæ mediocris: neque in sup
Martis velocior. mo, neque infimo reipublicæ lo
visendi. Celebrantur nonnulli, c
ceu Mars, inter celeres Planetas
scibilis, velocius virtutis perfect
nem sunt consequuti; quorum in
mni penè statu, sexuque est aliq
reperire.

Ad gratiã & virtutẽ festinantes. In istorum numero primas ol
nent Ioannes Baptista, & Ierem
Propheta in vtero sanctificati: t
Apostoli, qui singulari quodam m
do diuini spiritus plenitudine do
ti, ad illum quam citissimè perue
runt apicem gratiæ, vt in illâ con
marentur. Denique, qui vel in inf
tiâ, vel pueritiâ, vel primâ adolesc
tiâ, eos fecerunt in virtute progr
sus, à quibus senum plerosq; , qua
uis virtutis studiosos, longè abe
1. Reg. 2. & 3. videmus. An nõ talis *Samuel*, qui p

adh

adhuc minister erat in conspectu Domini? Minister videlicet perfectus in omni virtutum genere. Idem verò *proficiebat, atque crescebat*, attende festinationem, *& placebat tam Deo, quàm hominibus*. Vt est primo Regum, secundo, ac tertio. An non talis *Iosias* Rex, de quo lib. 4. Regum cap. 22. *Octo annorum erat Iosias, cùm regnare cœpisset, fecitqúe, quod placitum erat corã Domino: & ambulauit per omnes vias Dauid patris sui; non declinauit ad dexteram, siue ad sinistram?* An non talis *Tobias*, suauissimus pusio, qui *cùm esset iunior omnibus in tribu Nepthali nihil tamen puerile gessit in opere?* Et ne sexum debiliorem negligamus, an nõ talis *Susanna*, quam parentes, cùm essent iusti, erudierunt secundum legem Mosis, in qua ita profecit, vt vix vllam in synagogâ parem, nullam superiorem habuerit.

4. Reg. 22.

Tob. 1. 4.

Dan. 13.

In lege noua, seu Euangelica plures fuerunt istiusmodi fortis in virtutis stadio festinantes, & orbem suũ per-

percurrentes, quàm vt possit
numerus. Itaque frustra sim, si
Paradisus Puerorum Philippi de Berlay-mont. logum texam, quem *Paradisus P*
rum exhibet, liber huic instituto
commodus, in quo primæuæ h
statis, totiusque pueritiæ rectę i
matæ, id est, celeris ad virtutem
sus reperiuntur exẽpla, senibus i
ac pueris ad speculum, admirati
imitationem. Verùm nihil est in
theatro nihil in alio quouis peg
te quod cum *festinantis Maria* ve
tate possit comparari. Hæc vna
lut LVNA inter planetas, virtutu
mnium orbes, ac totius sancti
stadium, incredibili celeritate t
currit: velocior sagittantis ia
velocior Austri impetu: sideribu
locior: ocyssima Cælitum.

Caussa celerrimi cursus. At, quæ caussa, cur tam citò,
taque pernicitate *Luna-Mystica*
bem virtutum percurrerit? Q
vnum Sidus altero celerius mo
tur, oritur primò ex ipsius Sider
dole, conditione, situ, magnitud

Quæ vt ſunt varia, ita varius eſt motus. Saturno debetur motus illius celeritatis, quæ ipſi ob ſitum conuenit. Marti alius, Ioui ſuus: Soli, ac Lunæ ſuus. Prima itaque cauſſa velociſſimæ progreſſionis in *Luna-myſtica* eſt ipſius conditio, ſitus, magnitudo, quibus conſentaneus erat talis impetus, eumque motus conſequens. Sanctiſſima Virgo, quoniam indolis erat nobiliſſimæ, filia Regis ſummi, peculiari adoptionis iure, eadem futura Sponſa ſupremi Principis, tandemque Mater Altiſſimi, conſonum erat eius dignitati, ac prærogatiuis, vt ad id, quod naturâ non poterat conſequi, moueretur, præ ceteris, celerius; ne vllo vnquam tempore, eo careret ornamento, ſine quo, hoc eſt, virtutum omnium perfectione, ac cumulo, nihil habuiſſet præ conſortibus ſuis magnoperè eximiũ. Hanc cauſſam adſignat D. Bernardinus, *a* & Dionyſius Carthuſianus *b* accelerati vſus rationis in Virgine, cum in

a Tom.2. ſer.51.ca.2. To.1 ſer.61 art.3.ca.3.
b To.1.oper.

vtero

minor S. Bernar. Epist. 174. Theologi in 3 p. de Myster. Christi.

vtero matris detineretur. Eandem agnoſcunt Patres, cùm de prima ſanctificatione Marianâ agunt. Scholaſtici quoque, Matris dignitaté nominant, cùm tam citò illam ad ſummum ſanctitatis decus conſcendiſſe aſſerunt.

Retrogredi impedit itineris abſolutionẽ.

Altera cauſſa citiſſimò itineris decurſi, vt in ſtellâ, ſic in quolibet viatore, eſt, nunquam, poſt motum ſemel incæptum, regredi. Quamuis enim celerrimè moueri quidpiã incipiat, tamen ſi retroagatur currus, aut retrorſum eat feſtinans, curſor retardatur: & ſi frequenter id accidat, tardiſſimè, aut nunquam metam continget. Quod ſi nunquã retrogradiatur, expeditiſsimè iter ſuũ conficit. Inter Planetarum proprietates eſt *Retrogradatio*, à quâ vna excipitur *Luna*. Cuius cauſſam dant Aſtronomi velocem eius motum in excentrico. Mouetur enim *Luna* ad motum centri epicycli in ſuo deferente velociſſimè ab occaſu in

ortum

ortum; vt cum Ioanne de Sacrobosco docet Christophorus Clauius capite quarto sphæræ. Nos in *Luna-mystica* aliquam caussam velocissimi motus existimamus esse, quod nunquam illi conueniat *Retrogradatio*; quæ aliorum ad virtutem, ac cælum contendentium rotam sufflaminat, cursumque incitatissimum cohibet.

Retrogradatio filiorum Adã.

EST profectò magis proprium mortalibus omnibus, post primi parentis fatalem casum, in virtutis orbe, quàm Planetis in suâ sphæra, retrogredi. Vnde tam tardè ad metam, si tamen vnquam, pervenimus. Vix infantiam ingressi, in viam virtutis nos damus, manuductoribus, pædagogis, magistris, confessarijs, & imprimis, probis parentibus, quorum hoc officium. Vix passus aliquot promouimus, & illicò regredimur, inobedientes, proterui, maligni, lubrici. In adolescẽtiâ iterum cursum inchoamus. Adest

ad-

adflatus diuinus impellens: incitant è superiori loco oratores sacri: vrget conscientia: exstimulant superiorum minæ, cohortationes Sodalium, pœnarũ metus: allicit virtutis ipsa suauitas: dulcedo interior: quies animi nullius sibi mali conscij. Currimus. Sed non elabitur dies; certè nõ hebdomas: multo minus annus; & naturæ ad malũ pronitate, accedente cõsortij praui malitiâ, retrocedimus. In virili ætate, ac quæ illã subsequitur, impetu facto, frequenter procurrimus: in temperantiæ orbe rotamur: iustitiæ, modestiæ, patientiæ, honestatis viam ingredimur: sed nullus penè est, qui non retrorsum aliquando conuertatur. Idem euenit interdum quibusdam, qui vitam spiritualem magno animo capessunt ordinis Ecclesiastici homines, aut religiosi. At mox ad antiquam siluã respectant: mundana, ac nocitura iterum appetunt: priores curas, & vtinam non cum ijs, pristinos mores,

ac flagitia resumunt: ad Ægypti ollas, cepe, & allia anhelant: & nonnunquam redeunt, vt canis ad vomitum: ac lota sus ad volutabrũ luti.

Nimirum, tam cognata est naturæ nostræ corruptæ *Retrogradatio.* *Omnes*, inquit Isaias vates, *in viam suam declinauerunt.* Quod enunciare posses ex Hebræo, vti docet eruditissimus auctor Forerius, *Omnes in viam suam faciem verterunt.* Quotusquisque est, qui mittens manum suã ad aratrum, aliquando non respiciat retrò? Et tamen constat, quod, qui respicit retrò, non sit aptus regno Dei, Lucæ 9. Est ne aliquis, ex toto iustorum numero, qui semper potuerit vsurpare verè, quod est Psalmo XLIII? *Non receßit retrò cor nostrum.* Quod in originali est: *Non se vertit retrorsum nostrum cor.* Qui benè viuendi proposito semel suscepto firmiter inhæserit? Qui nũquã ad semel abiuratam vanitatem redierit? Qui nunquam viã virtutis

Omnes declinauerunt.
Isai. 55. 11.
Ps. 43. 19.

ingressus, terga verterit? Qui redeũdi in antiquam siluam, vnde exierat, desiderium nullum vnquam conceperit? Qui cum vxore Lothi post tergum aliquando non respexerit? Sumus omnes, velut *ἀστέρες πλανῆται, sidera errantia*, vt est in epistola Iudæ Apostoli: quibus *Regradatio* communis est, si Lunam excipias.

Gen. 19. 17

Iudæ 13.

Maria nunquam, & nullibi retrograda.

LVNA nostra *Mystica* nunquam in pietatis pelago, quamuis occurrentibus monstris, & dira minitantibus, retrorsum vela dedit: nunquam in sanctitatis stadio pedem retrotulit: nunquam à concepto perfectionis proposito retrocessit: nunquam largitionem sui Deo sponte, per votum factam retractauit: nemo illam à velocissimo ad summum omnis consummatæ virtutis decus cursu retraxit. Hoc est priuilegium sanctissimæ Virginis inter reliqua excellens, quod in illa agnoscunt Theologi, dum docent,

con-

confirmatam fuisse in gratiâ, & ab omni, quamuis leuissimo peccati contagio immunem: vt ante Synodum Tridentinam adfirmauit D. Augustinus. Hæc itaque haud postrema est caussa, cur sanctissima Virgo iter suum, quod festinans in montana suscepit, tantâ facilitate, celeritateque confecerit.

Trid. sess. 6 can. 23. Aug. de natura & gratia ca. 36.

Verum, plurimum, & nescio, an non plus etiam ad idem contulit, quod, vt non fuit *Retrograda*, ita nec fuerit *Statatia*, vel *Stationaria*. Inter passiones Planetarum reperio Stationem. Sunt enim duo quædam puncta; alterum ex parte Orientis, quod dicitur statio prima: ex parte Occidentis alterum, quod vocatur statio secunda. In alterutrâ harum stationum existens Planeta dicitur stationarius: quia tunc videtur nobis in suo epicyclo quodammodo stare, & non mutare locũ in Zodiaco, vt pluribus explicant Astrorum contemplatores in Theoricis.

Stationes Planetarum.

Bosco in ca. 6. sphæra.

Luna stationaria non est. ricis. Qui negant id conuenire Lunæ, cum ob velocissimum motum nunq̃ videatur consistere. Et sanè dignũ est cõsideratione, quod, cũ Sol aliquando fuerit retrogradus, & stationarius. Quod vmbræ regressio in horologio Achaz, & Solis stitio ad Gabaa demonstrat, de Lunâ nunq̃ id legatur. Nos Lunam nostram velocissimè moueri asserimus, quia nunquam fuit stationaria. Quæ est singularis prærogatiua Dominæ nostræ, à quâ longè absumus, quotquot vitæ mortalis curriculum auspicamur. Cur-nam, quæso, existimatis, tam lentè plerosque imò omnes progredi in itinere probitatis, & tam tardè ad aliquem peruenire terminum? Quia sumus omnes, vt Planetæ, Lunâ exceptâ, stationarij.

Stationes morales mortaliũ. Properandum nobis esset, nunquam interrupto cursu, ad modestiam, temperantiam, humilitatem, veram religionem, aliasque Christiano

ho-

homine dignas virtutes. Sed cùm multum ætatis currendo insumpsimus, longissimè à metâ nos abesse animaduertimus. Quæ caussa? Statio: Stamus toto infantiæ tempore: nam gressum in hoc itinere, dum nondum vsu rationis pollemus, haud promouemus. In pueritiâ, si quidem virtutis iter arduum ingrediamur, toties stamus, quoties puerilibus nugis à serijs, ac virtutis studio auertimur: & quo die, quid diem nomino? qua hora non auertimur? In adolescentia, iuuentute, virili ætate, tot sunt stationes, quot malorũ occasiones, quot virtutis excolendæ impedimenta, quot prauorũ consortia. Stamus, dum preciosissimi temporis iacturam, fabulando, ridẽdo, ociando, facimus. Stamus, dum in officijs pietatis, ob segnitiem nostram, non progredimur. Stamus, dum corporis cultum tantâ diligentiâ, ac solicitudine promouemus. Statio; aut stationis caussa est, vanis-

ſimo iſti adoleſcenti coma capitis: in quâ torquendâ, criſpandâ, addenſandâ bonæ aliquot horæ ponuntur. Eidem, vel alteri ſtationem facit, in humeros, ac ad pectus dependens collare; galericulus plumâ, aut verſicolore ſpirâ viſendus: follicantes, aut ad pedes defluentes caligæ: niuei, quamuis in luto, calcei, ligulis nō nexi, ſed diſſoluti, &, vt pes videre poſſit, feneſtrati: palliolum, baltei inſtar, humeris, axilliſque circum poſitum: ſimiliaque puparum, aut ſimulacrorum in theatris ornamēta. His enim parandis, ac concinnandis, dū tempus fallitur, in virtutis itinere, vel conſiſtitur, vel fit regreſſus.

Stationes à conditione naturæ. Quid memorem ſtationes alias, quas communis naturæ fatiſcentis conditio indicit? Sumus velut ſtationarij Planetæ toto eo tempore, quo ſomnum capimus, ſenſuum vſu perfecto, & multo magis, rationis officio deſtitui. Stamus, quando vitæ mortalis neceſſita-

tibus

tibus satisfacimus, nihil altius excellentiusq; cogitantes: vti ferè contingit in quotidianâ corporis refectione: in recreatione, per ambulationem, aut ludendi exercitium; in amicorum consalutatione, ac congressu. Denique stamus, quotiescumque virtutis aliquam exercitationem nobis conuenientem negligimus. Quæ stationum tempora, si accuratè pensentur, ac iungantur, deprehendemus, frequentius nos, ac diutius, in omni ætate consistere, quàm per viam mandatorum Dei, aut consiliorum, aut virtutum currere. Nec enim currimus, nisi dum in virtute proficimus, & sanctitatis incrementa capimus. Quid itaque mirũ, quod vel tardissimè, vel nunquam optatam perfectionis metã attingamus?

At, quamuis alij planetæ suo tempore consistant, *Luna* tamen nunquam est stationaria. Quod proprium fuit *Lunæ-mysticæ*, quæ ab eo momento, quo currere cæpit viam iusti- *Deipara nunquam stetit in virtutis progressu.*

tiæ, ac ſanctitatis, nunquam iter ſuũ ſtatione, vel minimâ, interrupit. Hinc ad infinitũ penè gratiæ, ac meritorum cumulum conſcendit. Vt perfectiſſimam de Deo, diuiniſque contemplationem in Diua Virgine non impediebat corporis paruitas, aut ætatis imbecillitas: ita non incidebat curſum actionum heroicarum meritoriarumque, quies, comeſtio, peregrinatio, amicorum interuentio, occupationes domeſticæ, & tot alia vitæ mortalis incommoda, ac viciſſitudines, quæ iter noſtrum tantoperè retardant.

Deipara in vtero matris cõtemplatur.

Vix credibile videri poſſet alicui, quod habet S. Bernardinus, eſt tamen conſenſu Scholaſticorum probatum. *Ad tantam contemplationem ſublimata eſt* Virgo Maria, *vt perfectius etiam in ventre matris contemplaretur Deum, quàm vnquam fuit contemplatus aliquis in perfecta ætate. Magiſque in contemplatione exceßit dormiendo, quam aliquis alius vigilando.* Itaque

Tom. 1. ſer. 61. Art. 3. cap. 3.

que iam tunc in vtero matris currebat, ſat ſpacij in illis anguſtijs inueniens, in quo ad brauium tenderet Mariana celeritas. Dormiendo currebat, ſat exercitatos ad virtutis curſum in quiete nocturnâ mouens pedes: ſat excitatos habens ad cæleſtia ſenſus, quãuis ad terrena ligatos. Vigilando currebat. Annõ vigilans curreret, quæ ſomno proſtrata carne, greſſus accelerabat ſpiritu? *Licet in vtero matris dormiret*, inquit laudatus paullò ante Eccleſiaſtes; *attamẽ ſomnus, qui abyſſat, & ſepelit in nobis rationis ac liberi arbitrij actus, & per conſequens, actũ merendi, non credo, quod talia in* Virgine *fuerit operat⁹. Sed anima eius libero, ac meritorio actu tũc tẽdebat in Deũ. Vnde illo tẽpore erat perfectior contẽplatrix, quã vnquã fuerit aliquis alius dũ vigilauit.* Nũq̃ ergo ꝑ viã virtutis *Luna feſtinãs* ſubſtitit. Atq; ita celeritate incredibili hoc iter ſuum confecit. *Tom. 2. Serm 51. art. 1. c. 2.*

In quo illud nobis eſt mutatione exprimendum, vt quoniam ſemper *Quid imitandum in Luna ſemper feſtinante.*

noctu, diuque currere, nunquam interrupto operationum motu, non permittit humana conditio; conemur, vt quam potest fieri rarissimè in statione moremur. Nunquam esse stationarios, conuenit cælestibus, ab omni concretione mortali segregatis spiritibus. Quos, quemadmodũ nec inedia, nec fames, aut sitis, nec lassitudo, nec vigilia torquet; ita nec his opposita, somnus, quies, cibi potusque ingestio, & horum cõquisitio detinet. Contemplantur isti assiduè facie ad faciem, vt loquuntur sacra oracula, felicitatis omnis theatrum, in quo suauissima est famentis æquè, ac sitientis refectio: nec nõ defatigationis remediũ. Nobis in hoc ærumnarum stadio desudantibus nondũ tanta obuenit prosperitas: nec continget, quãdiu mortalitatis circumferemus sarcinam. Quare enitendũ, vt virtutis cursum, quẽ necessariò interrumpit somnus, occupationũ alteratio, cura corpo-

ris, & his affinia, non remoretur peccatum vllum lethiferũ. Quæ est malè tuta statio, & non tantum currentem retardat: sed retroagit quoque. Deinde, non retineat nos ab incitatissimo cursu quantum quidem fert filiorum Adam conditio, peccatum vllum veniale, saltem plenè voluntarium. Quæ est alia statio, mortalibus adeò communis, vt ne quidem cõfirmatis in gratia, sine hac semper currere detur, ob naturæ deprauationẽ. Apostolos confirmatos fuisse in gratiâ cõsentiunt Theologi *a*: admittunt tamẽ in ijs retardationẽ aliquam à culpis venialibus. Quare dũ non nemo *b*: asserit illos securos non fuisse de gratiâ, intelligi debet, de quadam iactura, non gratiæ in se, sed feruoris ipsius per peccata aliqua venialia: à quibus solam B. Virginẽ certũ est fuisse immunem: & in hac statione non fuisse retardatam. Fortasse, & hoc priuilegio donatus fuit

a S. Amb. lib. de Bened. Patriarchar. cap. 4.
b Macarius AEgyptius homil. 17.

hodie in vtero saltitans, ad præse-
tiam visitantis Dominæ, Baptis
Quod Galatinus *a* adfirmat: defe
di posse ostendit Ambrosius Cat
rinus; *b* Ioannes *c* Driedo, Abule
sis, *d* insinuat S. Gregorius, *e* & Be

Præterea, demus operam, vt n
interrumpatur multum cursus gra
ac meritorũ, superuacaneis quib
dã officijs, operationibus superflu
ociocitate. Quare magnoperè lab
randum esset sedulò Virginis Ma
imitatori, qui quàm citissimè ill
exemplo in votis haberet peregrin
tionẽ suã absoluere, & altissimũ g
tiæ meritorumq; culmen conting
re, vt de somni, refectionis, recre
tionisq; tẽpore tm̃ demeret, quãtu
valetudinis ratio permittit. Salut
tionibus amicorum, sociorumq;
honestè subduceret. A consuetudi
familiari, confabulatione, negoc
minus necessarijs, quicquid abu
dans, vt luxuriantes pampinos, re
deret. Nihil temporis daret audie

a Li. 7. c. 9.
b Opus. 2. de Christi. præd.
c li. de gra. c. 5.
d Matt. 14. q. 40.
e Lib. 3. mor. ca. 4.
f hom. de decoll. Ioã.

dis nugiuendulorum, & scurrarum aulicorum facetijs: nihil explorandis lectitandis-vè curiosorum, seu, vt vocant, nouellantium commentis, aut mendacijs: nihil theatralium spectaculorum ludicris: nihil circo, nihil arenæ, nihil hippodromo: parum sphæromachiæ: parum pilæ lusoriæ: parum inambulationi non necessariæ: parum trudiculis, & globorum velitationi: parum oblectationi oculorum in picturæ profanæ aspectu: parum delectationi aurium in musicorum concentuum auditu: parum titillationi narium in flosculorum, & vnguentorum olfactu: parum voluptati linguæ in esculentorum, poculentorumque gustatu, ac similibus sensuum delitijs.

Denique, contendamus, vt cursus spiritualis noster non sistatur bonæ intentionis defectu. Quamuis enim, quæ necessaria sunt, & commoda corpori perficiamus: quamuis, nihil, quod genere suo malum sit, per-

petremus: quamuis ociositate non torpeamus: tamen, nisi altius quid spectemus, & ad Deum, diuinámque gloriam, seu pietatem, ac animæ salutem labores nostros referamus, sumus stationarij, nec progredimur. Quamobrem necesse est, si Marianã ad montana, & cælestia velocitatem exprimere, quantum fas mortali, velimus, vt ipsa quoq; necessitatis opera, vel expressè, vel virtute ad diuinã gloriam à nobis dirigantur, ab omni fæce terrena corporalis commodi purpurgata. Quod quoniã nũquam omisit Diua nostra, quæ nihil vnquã fecit, dixit, cogitauit, quod non ad diuinæ gloriæ augmentum destinatò referret: cuiusque semper fuit recta, ac voluntati Patris æterni in omnibus conformis intentio; idcirco tam Longum iter tam breui tempore perfecit, *Luna* semper *festinans*, nunquam stationaria.

Lunæ motus triplex. Præter quam illius Sideris proprietatem, dum eiusdem motum

cu-

curiosius indago, & contemplor, animaduerto quidpiam aliud, quod mirum in modum ad festinantis Dominæ nostræ velocitatem declarandam confert, si haud ineptè accommodetur. Qui in Planetarum theoricis vel mediocriter sunt versati, ignorare non possunt, Lunam, præ reliquis planetis trium diuersorum motuum agitatione esse celebrem. Siquidem proprium cursum, ratione longitudinis, ab Oriente in Occidentem, breuiori, quàm quiuis ceterorum, conficit spacio temporis, vt initio est indicatum: duodecim verò signa Zodiaci vno mense percurrit: quod nulla stellarum errantium facit: annuum autem curriculum, trecentis quinquaginta quatuor diebus absoluit; cum Sol, cui proprius est in eclipticâ motus, trecentos sexaginta quinque dies, ac sex horas in eo perficiendo consumat. Luna extra zonam latam, communemque
alio-

aliorum Planetarum viam excedens, vltra Capricorni & Cancri tropicos, Meridiem & Septentrionem versus progreditur. Eadem suprà cęlum ita se nonnunquam attollit, ac si octauo esset affixa. Contra verò sic interdum demittitur, vt montium verticibus incumbere videatur: Ob quam caussam, qui allegoricè fabulas Poëtarum interpretantur, scribunt *Lunam* vocatam *Triuiam*: quasi tribus vijs illis, ac peculiaribus motibus noscibilem.

Luna Triuia.

Tres vias, per quas *Luna mystica*, singulari velocitate, cucurrit, dicere possis, viam *fidei*, viam *spei*, viam *caritatis*, trium virtutum Theologicarum, in quarum peragratione iustos omnes multis parasangis post se reliquit. Exempla, quæ dedit firmissimæ fidei, constantissimæ spei, feruentissimæ caritatis sunt innumera, nec vnius horæ angustijs coarctanda. Considero tantùm hoc tempore, quomodo per illas properarit,

Tres viæ in quibus excellens Maria. Fidei. Spei. Caritatis.

dum

dum visitatum iret cognatam. An non enim iter longum, & arduum suasit fides, spes muniuit, perfecit caritas? Fallitur Theophylactus, dum putat, Virginem idcirco ad montana festinasse, vt certior redderetur, num vera dixisset Angelus. Certitudinis sat habebat, quæ fidem Angeli dictis adhibuerat perfectissimam. An timebat illa, ne deciperetur, quæ nuncium cælitus missum exceperat, & quis esset, non ignorabat? & post illius verba se Filium Dei concepisse nō ambigebat? Ibat Virgo sanctissima *non quasi incredula de oraculo: non quasi incerta de nuncio: non quasi dubitans de exemplo*, inquit magnus Præsul Ambrosius. En fidem! *sed quasi læta pro voto: religiosa pro officio: festina præ gaudio:* En spei mixtam caritatem!

Fortasse magis aliquibus probabitur, si dicamus, tres illas vias, per quas pedes celerrimè mouit Diua Nostra, ideoque verius, quàm *Lu-na*,

Tres viæ votorum.
Obediētia.
Paupertatis.

Castimonia. *na*, dicenda *Triuia*, esse vias trium, siue Euangelicorum consiliorum, siue votorum celebrium, *Obedientiæ, Paupertatis*, & *Castimoniæ*: quorum documenta in omni vitæ suæ parte reliquit clarissima, suis locis commemoranda. Ad mysterium Visitationis spectat: quod hanc ex Obedientia suscepisse sit verisimile: Videtur sanè Angelus mandatum insinuasse Dominæ peregrinationis perficiendę. Ob quam causam connectit Lucas Euangelista, Angeli abitum cum profectione Mariæ. *Discessit ab illa Angelus. Exurgens autem Maria.* Vnde, qui Virginis virtutes in eius Arcanis penitius introspiciũt, aut rimantur, commemorãt in illa obsequendi studium. Quod tum in hac profectione elucet, tum altera non minus præpropera ex Dei præcepto in Aegyptum. Quam primum enim *Matth. 2.* *Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph dicens. Surge & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Aegyptum: & esto ibi vsque dum*

dum dicam tibi. Quibus verbis, vt notauit Chrysostomus Rauennas, *mādatur fuga, non profectio: imponitur necessitas, non voluntas: indicit Angelus latentem peregrinationem, non liberū commeatum*: in viam se dedit festinanter. Festinationis autem hodiernæ causas dum colligit Albertus Magnus, obedientiam, inter alias nominat. Festinauit, inquit, *propter tria. Vt videlicet citò publicum Virgo verecunda euaderet. Vt obsequendi desiderio satisfaceret. Vt citò dilectam videret*. Eandem festinationem vt alias itinerum Marianorū fortasse imperauit Paupertas. Egentium enim est festinare: quos vrget rerum inopia, vt gradū accelerent, ne tardius ad misericordię asyla perueniant, & nocte subdio cubare cogantur. Habent suas mansiuncu-las inopes, nec tentoria secū ferunt, aut culinariam supellectilem: quapropter properant, vt limen contingant ante tenebras, ne hospiti sint molesti. Notauit id D. Chrysostom.

S. Chrysologus.

Luc. x.

ex

ex festinatis itineribus paupertatem colligens. *Vide*, inquit homil. 45. in Genes. *Vide iustorum conuersationem, quam contracta illis fuerit, & minimè superuacua supellex: quomodo facilè trāsmigrabant.* Et in Psalmum 117. exponens illud: *Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum.* *Non dixit*, inquit, *in domibus, sed in tabernaculis, volens ostendere, non diligenter extructam sed ex temporalem habitationē.* Ad Castimoniæ testificationem spectat, quod tradunt auctores quidam non contemnendi, noluisse iuuenculam in iter se dare solam: sed profectionis suæ comitem Iosephum domesticum testem, ac virum iustum habere voluisse. Prudenter sanè indicabat, teneram virginem, ne pietatis quidem caussâ, peregrinationem adornare debere sine comite: & multo minus recens nuptam sine coniuge, ne vel castitas periclitetur, quod vtinam in peregrinationibus fæminarum non contingeret: qui-

quibus idcirco lege à magistratu, aut mandato à confessarijs vagæ profectiones, & circumcursationes seuerè inhibendæ essent. Sat magnum peregrinationis spacium templa vrbana, aut quæ ciuitati adiacent proximè: tum domi varijs in locis aræ excitatæ dabunt. Sed in castissima Patrona nostra hoc locum non habebat. Vel ne ob sexum, & ætatem, illique adiunctam formam, caussa offensionis cuipiam detur. Quod cautissimè fugiebat. Has autem virtutes in Maria fuisse voto firmatas non existimo ambigendum. Sic enim & magis arctè Deo copulabatur: & magis se Christo conformabat: & velociùs ad perfectionem contendebat. Ipsa enim voti religio permagnum adiumentum adfert ad perfectionis metam quàm citissimè attingendam. En igitur tres vias per quas insigniter *Luna mystica* mouebatur, reliquis cæli incolis, qui per easdem gressum maturarunt, velo-

cius,

cius. O *Lunam*, tam nomine, quàm r
Triuiam!

Placet ne, vt easdem vias indigite-
mus, viam *Virginum*, *Coniugatorum*,
Viduarum? Per has enim varij conci-
to cursu iter suum ad virtutem, ac
beatitudinem instituerunt: Sed ex
sexu fæmineo nulla hactenus est no-
minata, quæ cum Virginum Virgi-
ne in hoc genere potuerit compa-
rari. Ipsa vna & Virginibus, & con-
iugatis & viduis cucurrit ad palmam
consummatæ in quolibet statu vir-
tutis celerius: Castissima Virgo: fide-
lissima coniunx: grauissima, post Io-
sephi, ac multo magis, Christi exces-
sum, vidua. Cuius ea propter caput
triplici corona radiat, splendidius
sanè, quàm ob triplicem circumro-
tationem radiatum Lunæ sidus. *Quæ
est ista quæ progreditur, pulchra*, vt *Luna*
velox!

Tres viæ. Virginum. Coniugatorum. Viduarũ.

Quam velocitatẽ magis ob oculos
ponent tres aliæ viæ, in ijsque cur-
rentes; quorum, si singulos, quam-

Tres viæ status naturæ. Legis Gratiæ.

nis grauiter curſui deditos, longo poſt ſe interuallo reliquerit, quis neget, Deiparam, Iuſtorum omnium ad metam feſtinantium, vt Lunam in triplici ſuâ viâ, planetarum eſſe velociſſimam? Vias illas nomino, *Naturæ, Legis, Gratiæ.* Tot enim diſtinguuntur à ſacris Doctoribus ſtatus, qui ſunt, veluti triplex ſtadium, in quo probi curſu contenderunt ſtrenuè, vt palmam obtinerent, quàm citiſſimè. In primo, poſt Protoplaſtos noſtros, qui pænitentiæ operibus dediti poſt lapſum in paradiſi campo ignauè commiſſum, nunquam currere deſtiterunt, eorum filij, aut nepotes, Abel, Seth, Enos, Henoch, Noë, Abraham, ab eoq́ue geniti Patriarchæ. In altero, Moſes, Aaron, Phinees, Samuel, Dauid, alijq; Synagogæ heroës. In ſtatu gratiæ, Apoſtoli, ac Chriſti diſcipuli, & qui illorum inſtiterunt veſtigijs. Iam fingite quempiam, in quo coëat vi quadam occultâ quicquid

in singulorum statuum celeberrimis cursoribus extitit; hic haud dubiè omnes velocitate superabit. Hæc est species *Luna-mysticæ*, quæ per tres illas vias, nunquam interrupto motu, quicquid sanctitatis à quopiam obtineri potuit, velociùs, quàm iunctim omnes est consequuta. An non meritò illi occinitur: *Quæ est ista, quæ progreditur, pulchra vt Luna* velox, & Triuia?

Luna motus sex. *Clauius in cap. 1. Sphæræ.* *Sex mundi ætates.* *Lib. 1. de Gen. contra Manichæ. cap. 23*

Sed quid *Triuiam* cantamus, cùm certissimè adfirment Astrologi, Lunæ motus illustres minimum sex à se notari. Hic mihi obuersantur animo sex mundi secula, aut, vt alij vocant, Aetates, quas D. Augustinus scribit similitudinem habere, illorum sex dierum, quibus Mundus est conditus. Prima ætas ab Adamo, vsque ad Noë protenditur. Secunda, à diluuio vsque ad Abraham. Tertia ab Abrahamo ad Dauidem. Quarta à Dauide ad captiuitatem Babylonicam. Quinta ab hac ad Mes-

Messiam. Sexta ab ortu Christi vsque ad finem mundi. In singulis velut orbibus quibusdam, fuit vnus, alterue Deo carus, qui, instar astri, irrequietem penè motum habuit, donec ad sanctitatis terminum perueniret. Sed omnes omnium motus complexa est & longissimè superauit in orbe suo, sextuplici motu nobilis *Luna mystica*.

In prima ætate celerrimè motus fuit Henoch, adeò, vt de illo dicatur in diuinis litteris *Ambulauit cum Deo* Genes. 5. Quod Hebræus diceret proprio idiotismo, *Iuit post Deum*: vel *Deum insequutus est*: aut *Dei vestigijs inhæsit*. Certè, quod Latinus habet, Deuteronomij 13. *Dominum Deum vestrum sequimini*. Hebraicè est, *Post Deum vestrum ambulate*. Velox fuerit oportet illius motus, qui Dei vestigia proximè assequi potuerit. Significat autem, sensu spirituali, quod ad raram quandam sanctitatem, & vitam inculpatam, ac Deo *Henoch.* *Gen. 5. 24.* *Deut. 13. 4.*

Q pla-

placitam peruenerit, perfectionis
Noe. diuinæ imitator. In secundâ ætate
geminam laudem habuit Patriarcha Noë, de quo Genesis 6. *Cum Deo ambulauit*. Quod explicat illud,
Gen. 6. 9. quod præcesserat, *Noe vir iustus, atque perfectus fuit in generationibus suis.*
In tertia ætate Abrahamus admirandus planè fuit in celeritate: postquam enim audiuit à Deo: *Ambula coram me & esto perfectus*, Genes. 28. accinxit se ad iter virtutis summa celeritate percurrendum. Ex vnius virtutis exercitatione iudicium licet ferre de reliquis.

Abraham Gen 17. 1.

Appropinquabant ad eius tabernaculum tres-viri, peregrinantium
Gen. 18. 2. habitu. *Quos cùm vidisset cucurrit in occursum eorum*, inquit Sacra historia, Genes. 18. Expendit motus accelerationem Chrysostomus, eumque cum venatore comparat. *Currit, & volat Abraham: videbat enim prædam, quam venabatur. Non vocauit famulos. Quasi diceret: magna negotiatio est: mag-*

Hom. in c. 12. Genes.

magnus thesaurus: per memetipsum hanc mercem inferre debeo. Sic D. Chrysostomus. Idem contemplans S. Ambrosius nostram tarditatem extimulat: *Festinauit*, inquiens, *Abraham occurrere. Quia non satis est rectè facere; nisi etiam matures, quod facias. Festinanter manducare Pascha lex iubet. Festinauit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitq; Accelera, tria sata similæ commisce, & fac subcineritios panes. Ipse verò ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum, & optimum: deditq; puero, qui festinauit, & coxit illum.* Gen. 18. Eleganter Origenes: *Abrahamus currit: vxor festinat: puer accelerat: nullus piger est in domo Sapientiæ, ac* Sapientis.

In quartâ ætate ceteris palmam præripuit currendi celeritate Dauid. Cui idcirco DEVS testimonium amplissimum dedit, filium ad eandem hortatus, præmio luculenter promisso. *Si ambulaueris coram me,* Salomon, *sicut ambulauit pater tuus, in simplicitate cordis, &*

David.

Lib. 3. Reg. 9. 4.

aliorum Planetarum viam excedens, vltra Capricorni & Cancri tropicos, Meridiem & Septentrionem versus progreditur. Eadem suprà cęlum ita se nonnunquam attollit, ac si octauo esset affixa. Contra verò sic interdum demittitur, vt montium verticibus incumbere videatur: Ob quam caussam, qui allegoricè fabulas Poëtarum interpretantur, scribunt *Lunam* vocatam *Triuiam*: quasi tribus vijs illis, ac peculiaribus motibus noscibilem.

Luna Triuia.

Tres vias, per quas *Luna mystica*, singulari velocitate, cucurrit, dicere possis; viam *fidei*, viam *spei*, viam *caritatis*, trium virtutum Theologicarum, in quarum peragratione iustos omnes multis parasangis post se reliquit. Exempla, quæ dedit firmissimæ fidei, constantissimæ spei, feruentissimæ caritatis sunt innumera, nec vnius horæ angustijs coarctanda. Considero tantùm hoc tempore, quomodo per illas properarit, dum

Tres viæ in quibus excellens Maria. Fidei. Spei. Caritatis

dum visitatum iret cognatam. An non enim iter longum, & arduum suasit fides, spes muniuit, perfecit caritas? Fallitur Theophylactus, dum putat, Virginem idcirco ad montana festinasse, vt certior redderetur, num vera dixisset Angelus. Certitudinis sat habebat, quæ fidem Angeli dictis adhibuerat perfectissimam. An timebat illa, ne deciperetur, quæ nuncium cælitus missum exceperat, & quis esset, non ignorabat? & post illius verba se Filium Dei concepisse nō ambigebat? Ibat Virgo sanctissima *non quasi incredula de oraculo: non quasi incerta de nuncio: non quasi dubitans de exemplo*, inquit magnus Præsul Ambrosius. En fidem! *sed quasi læta pro voto: religiosa pro officio: festina prægaudio*: En spei mixtam caritatem!

Fortasse magis aliquibus probabitur, si dicamus, tres illas vias, per quas pedes celerrimè mouit Diua Nostra, ideoque verius, quàm *Luna*,

Tres viæ votorum: Obediētiæ, Pauper-tatis.

Castimonia. *na*, dicenda *Triuia*, esse vias trium, siue Euangelicorum consiliorum, siue votorum celebrium, *Obedientiæ*, *Paupertatis*, & *Castimoniæ*: quorum documenta in omni vitæ suæ parte reliquit clarissima, suis locis commemoranda. Ad mysterium Visitationis spectat: quod hanc ex Obedientia suscepisse sit verisimile: Videtur sanè Angelus mandatum insinuasse Dominæ peregrinationis perficiendę. Ob quam causam connectit Lucas Euangelista, Angeli abitum cum profectione Mariæ. *Discessit ab illa Angelus. Exurgens autem Maria.* Vnde, qui Virginis virtutes in eius Arcanis penitius introspiciũt, aut rimantur, commemorãt in illa obsequendi studium. Quod tum in hac profectione elucet, tum altera non minus præpropera ex Dei præcepto in Aegyptum. Quam primum enim

Matth. 2. *Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph dicens. Surge & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Aegyptum: & esto ibi vsque dum*

dum dicam tibi. Quibus verbis, vt notauit Chrysostomus Rauennas, *mandatur fuga, non profectio: imponitur necessitas, non voluntas: indicit Angelus latentem peregrinationem, non liberũ commeatum*: in viam se dedit festinanter. Festinationis autem hodiernæ causas dum colligit Albertus Magnus, obedientiam, inter alias nominat. *Festinauit*, inquit, *propter tria. Vt videlicet citò publicum Virgo verecunda euaderet. Vt obsequendi desiderio satisfaceret. Vt citò dilectam videret.* Eandem festinationem vt alias itinerum Marianorũ fortasse imperauit Paupertas. Egentium enim est festinare: quos vrget rerum inopia, vt gradũ accelerent, ne tardius ad misericordię asyla perueniant, & nocte subdio cubare cogantur. Habent suas mansiunculas inopes, nec tentoria secũ ferunt, aut culinariam supellectilem: quapropter properant, vt limen contingant ante tenebras, ne hospiti sint molesti. Notauit id D. Chrysostom.

S. Chrysologus.

Luc. 1.

ex festinatis itineribus paupertatem colligens. *Vide*, inquit homil. 45. in Genes. *Vide iustorum conuersationem, quam contracta illis fuerit, & minimè superuacua supellex: quomodo facilè trãsmigrabant*. Et in Psalmum 117. exponens illud: *Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum*. *Non dixit*, inquit, *in domibus, sed in tabernaculis, volens ostendere, non diligenter extructam sed extemporalem habitationẽ*. Ad Castimoniæ testificationem spectat, quod tradunt auctores quidam non contemnendi, noluisse iuuenculam in iter se dare solam: sed profectionis suæ comitem Iosephum domesticum testem, ac virum iustum habere voluisse. Prudenter sanè indicabat, teneram virginem, ne pietatis quidem caussâ, peregrinationem adornare debere sine comite: & multo minus recens nuptam sine coniuge, ne vel castitas periclitetur, quod vtinam in peregrinationibus fæminarum non contingeret: qui-

quibus idcirco lege à magiſtratu, aut mandato à confeſſarijs vagæ profe-ctiones, & circumcurſationes ſeuerè inhibendæ eſſent. Sat magnum peregrinationis ſpacium templa vrbana, aut quæ ciuitati adiacent proximè: tum domi varijs in locis aræ excitatæ dabunt. Sed in caſtiſſima Patrona noſtra hoc locum non habebat. Vel ne ob ſexum, & ætatem, illique adiunctam formam, cauſſa offenſionis cuipiam detur. Quod cautiſſimè fugiebat. Has autem virtutes in Maria fuiſſe voto firmatas non exiſtimo ambigendum. Sic enim & magis arctè Deo copulabatur: & magis ſe Chriſto conformabat: & velociùs ad perfectionem contendebat. Ipſa enim voti religio permagnum adiumentum adfert ad perfectionis metam quàm citiſſimè attingendam. En igitur tres vias per quas inſigniter *Luna myſtica* mouebatur, reliquis cæli incolis, qui per eaſdem greſſum maturarunt, velo-

cius. O *Lunam*, tam nomine, quàm r
Triuiam!

Placet ne, vt easdem vias indigite mus, viam *Virginum*, *Coniugatorum*, *Viduarum*? Per has enim varij conci to cursu iter suum ad virtutem, a beatitudinem instituerunt: Sed e sexu fœmineo nulla hactenus est no minata, quæ cum Virginum Virgi ne in hoc genere potuerit compa rari. Ipsa vna & Virginibus, & con iugatis & viduis cucurrit ad palmam consummatæ in quolibet statu vir tutis celerius: Castissima Virgo: fide lissima coniunx: grauissima, post Io sephi, ac multo magis, Christi exces sum, vidua. Cuius ea propter capu triplici corona radiat, splendidiu sanè, quàm ob triplicem circumro tationem radiatum Lunæ sidus. *Qu est ista quæ progreditur, pulchra*, vt *Lun velox!*

Tres viæ. Virginum. Coniugatorum. Viduarũ.

Quam velocitatẽ magis ob oculo ponent tres aliæ viæ, in ijsque cur rentes; quorum, si singulos, quam

Tres viæ status naturæ. Legis Gratiæ.

uis grauiter curſui deditos, longo poſt ſe interuallo reliquerit, quis neget, Deiparam, Iuſtorum omnium ad metam feſtinantium, vt Lunam in triplici ſuâ viâ, planetarum eſſe velociſſimam? Vias illas nomino, *Naturæ, Legis, Gratiæ.* Tot enim diſtinguuntur à ſacris Doctoribus ſtatus, qui ſunt, veluti triplex ſtadium, in quo probi curſu contenderunt ſtrenuè, vt palmam obtinerent, quàm citiſſimè. In primo, poſt Protoplaſtos noſtros, qui pænitentiæ operibus dediti poſt lapſum in paradiſi campo ignauè commiſſum, nunquam currere deſtiterunt, eorum filij, aut nepotes, Abel, Seth, Enos, Henoch, Noë, Abraham, ab eoq́ue geniti Patriarchæ. In altero, Moſes, Aaron, Phinees, Samuel, Dauid, alijq; Synagogæ heroës. In ſtatu gratiæ, Apoſtoli, ac Chriſti diſcipuli, & qui illorum inſtiterunt veſtigijs. Iam fingite quempiam, in quo coëat vi quadam occultâ quicquid

cius. O *Lunam*, tam nomine, quàm r *Triuiam!*

Placet ne, vt easdem vias indigite mus, viam *Virginum*, *Coniugatorum*, *Viduarum*? Per has enim varij conci to cursu iter suum ad virtutem, a beatitudinem instituerunt: Sed e sexu fæmineo nulla hactenus est no minata, quæ cum Virginum Virgi ne in hoc genere potuerit compa rari. Ipsa vna & Virginibus, & con iugatis & viduis cucurrit ad palmam consummatæ in quolibet statu vir tutis celerius: Castissima Virgo: fide lissima coniunx: grauissima, post Io sephi, ac multo magis, Christi exces sum, vidua. Cuius ea propter capu triplici corona radiat, splendidiu sanè, quàm ob triplicem circumro tationem radiatum Lunæ sidus. *Quæ est ista quæ progreditur, pulchra*, vt *Luna velox!*

Tres viæ. Virginum. Coniugatorum. Viduarũ.

Quam velocitatẽ magis ob oculos ponent tres aliæ viæ, in ijsque cur rentes; quorum, si singulos, quam

Tres viæ status naturæ. Legis gratiæ.

ui

nis grauiter cursui deditos, longo post se interuallo reliquerit, quis neget, Deiparam, Iustorum omnium ad metam festinantium, vt Lunam in triplici suâ viâ, planetarum esse velocissimam? Vias illas nomino, *Naturæ, Legis, Gratiæ.* Tot enim distinguuntur à sacris Doctoribus status, qui sunt, veluti triplex stadium, in quo probi cursu contenderunt strenuè, vt palmam obtinerent, quàm citissimè. In primo, post Protoplastos nostros, qui pænitentiæ operibus dediti post lapsum in paradisi campo ignauè commissum, nunquam currere destiterunt, eorum filij, aut nepotes, Abel, Seth, Enos, Henoch, Noë, Abraham, ab eoque geniti Patriarchæ. In altero, Moses, Aaron, Phinees, Samuel, Dauid, alijq; Synagogæ heroës. In statu gratiæ, Apostoli, ac Christi discipuli, & qui illorum institerunt vestigijs. Iam fingite quempiam, in quo coëat vi quadam occultâ quicquid

in singulorum statuum celeberrimis cursoribus extitit; hic haud dubiè omnes velocitate superabit. Hæc est species *Lunæ-mysticæ*, quæ per tres illas vias, nunquam interrupto motu, quicquid sanctitatis à quopiam obtineri potuit, velociùs, quàm iunctim omnes est consequuta. An non meritò illi occinitur: *Quæ est ista, quæ progreditur, pulchra vt Luna* velox, & Triuia?

Luna motus sex. Clauius in cap. 1. Sphæræ. Sed quid *Triuiam* cantamus, cùm certissimè adfirment Astrologi, Lunæ motus illustres minimum sex à se notari. Hic mihi obuersantur animo sex mundi secula, aut, vt alij vocant, Aetates, quas D. Augustinus scribit similitudinem habere, illorum sex dierum, quibus Mundus est conditus. *Sex mundi ætates. Lib. 1. de Gen. contra Manichæ. cap. 23* Prima ætas ab Adamo, vsque ad Noë protenditur. Secunda, à diluuio vsque ad Abraham. Tertia ab Abrahamo ad Dauidem. Quarta à Dauide ad captiuitatem Babylonicam. Quinta ab hac ad

Mes-

Messiam. Sexta ab ortu Christi vsque ad finem mundi. In singulis velut orbibus quibusdam, fuit vnus, alterúe Deo carus, qui, instar astri, irrequietem penè motum habuit, donec ad sanctitatis terminum perueniret. Sed omnes omnium motus complexa est & longissimè superauit in orbe suo, sextuplici motu nobilis *Luna mystica*.

In prima ætate celerrimè motus fuit Henoch, adeò, vt de illo dicatur in diuinis litteris *Ambulauit cum Deo* Genes. 5. Quod Hebræus diceret proprio idiotismo, *Iuit post Deum*: vel *Deum insequutus est*: aut *Dei vestigijs inhæsit*. Certè, quod Latinus habet, Deuteronomij 13. *Dominum Deum vestrum sequimini*. Hebraicè est, *Post Deum vestrum ambulate*. Velox fuerit oportet illius motus, qui Dei vestigia proximè assequi potuerit. Significat autem, sensu spirituali, quod ad raram quandam sanctitatem, & vitam inculpatam, ac Deo

Henoch.

Gen. 5. 24.

Deut. 13. 4.

placitam peruenerit, perfectionis diuinæ imitator. In secundâ ætate geminam laudem habuit Patriarcha Noë, de quo Genesis 6. *Cum Deo ambulauit*. Quod explicat illud, quod præcesserat, *Noe vir iustus, atque perfectus fuit in generationibus suis.* In tertia ætate Abrahamus admirandus planè fuit in celeritate: postquam enim audiuit à Deo: *Ambula coram me & esto perfectus*, Genes. 28. accinxit se ad iter virtutis summa celeritate percurrendum. Ex vnius virtutis exercitatione iudicium licet ferre de reliquis.

Noe. *Gen. 6. 9.* *Abraham* *Gen 17. 1.*

Appropinquabant ad eius tabernaculum tres-viri, peregrinantium habitu. *Quos cùm vidisset cucurrit in occursum eorum*, inquit Sacra historia, Genes. 18. Expendit motus accelerationem Chrysostomus, eumque cum venatore comparat. *Currit, & volat Abraham: videbat enim prædam, quam venabatur. Non vocauit famulos. Quasi diceret: magna negotiatio est:*

Gen. 18. 2. *Hom. in c. 12. Genes.*

mag-

magnus thesaurus: per memetipsum hanc mercem inferre debeo. Sic D. Chrysostomus. Idem contemplans S. Ambrosius nostram tarditatem extimulat: *Festinauit*, inquiens, *Abraham occurrere. Quia non satis est rectè facere, nisi etiam matures, quod facias. Festinanter manducare Pascha lex iubet. Festinauit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitq; Accelera, tria sata similæ commisce, & fac subcineritios panes. Ipse verò ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum, & optimum: deditq; puero, qui festinauit, & coxit illum.* Gen. 18 Eleganter Origenes: *Abrahamus currit: vxor festinat: puer accelerat: nullus piger est in domo Sapientiæ,* ac Sapientis.

In quartâ ætate ceteris palmam præripuit currendi celeritate Dauid. Cui idcirco DEVS testimonium amplissimum dedit, filium ad eandem hortatus, præmio luculenter promisso. *Si ambulaueris coram me,* Salomon, *sicut ambulauit pater tuus, in simplicitate cordis, &*

David.

Lib. 3. Reg. 9. 4.

in æquitate: & feceris omnia, quæ præcepi tibi: & legitima mea, & iudicia mea seruaueris, ponam thronum regni tui super Israel in sempiternum. De se autem Dauid ipse ita fidenter pronunciat: *Viam mandatorum tuorum cucurri.* *Ps. 1018. 32*

Zorobabel. *Iesus Iosedech.* Habuit etiam ætas quinta præclaros in virtutis stadio cursores, inter quos, Zorobabel, & Pontifex Iosue, filius Iosedech, quibus *Eccles. 49* *Zachar. 4.* præeuntibus, Iudæi post longam captiuitatem in patriam cum festinatione reuersi, altare Deo summo extruxerunt, templiq; iecerunt fundamenta. In his numerandus, qui hanc ætatem penè conclusit, Iacob parens *Ioseph spõsus B. V.* Iosephi Mariæ sponsi, quem inter illius generationis viros sanctimonia illustres excelluisse nullum est dubium. *Paulus.* In sextâ ætate, Paulus se currere testatur, *1. Corin. 9. 26. 24.* 1. Corinth. 9. & ad cursum alios incitabat, vt comprehenderent. Petrus & Ioannes currebant, *Ioan. 20. 4* Ioannis 20. Apostoli ceteri, ac illorum imitatores accincti lumbos

pro-

properabant, vt clarissima orbis sidera, in perpetuo semper motu, quantum permittebat naturæ fragilis cõditio. Sed nullius cursus fuit incitatior, & motus magis continuus, ac varius, quàm Dominæ Nostræ, in qua, velut *Luna-mystica* sex omnium ætatum motus deprehendo exactissimè expressos.

Illa superauit Henoch, & Noë, ambulando cum Deo, coram Deo, ac post Deum: quia magis, quàm alterutrer illorum Deo placuit: quia arctiori cum Deo amicitiæ nexu fuit copulata: quia sanctitate, ac perfectione excelluit. Quę omnia, figurata illa loquendi formula significantur. Illa, maiori, quam Abraham, feruore, ac alacritate, ad misericordiæ, ac caritatis officia properauit: abiens hodie cum festinatione in montana, longo itinere: non passibus tantùm aliquot è tentorio progrediens. Illa constantiâ magis firmâ viam mandatorum Dei cucurrit, quàm Dauid, *Maria ambulauit cum Deo.*

toties subsistens in otiositatis statione, toties lapsus, toties retroactus. Illa felicius, quàm Zorobabel, aut Iosue, in patriam tendentibus pacem prætulit, & templum Diuinitatis Ierosolymitano longè augustius, nobis exhibuit. Denique, in sextâ ætate omnes post se non modico interuallo reliquit, eò velocior, quò Deo propinquior. An non iure, illam properantem deprædicamus, velut Lunam sextuplici motu visendam? illique occinimus?

Curre, curre MARIA, *curre:*
Velocißima Luna, Luna cunctas
Vincens acceleratione stellas.

Causa velocitatis & motuũ in Luna.

At, quis finis, quæ causa, impellens tot motuum, tantæq; velocitatis in *Luna*? Vt benè sit aeri, terræ, mari, reliquisque subiectis corporibus, & in eorum complexu degentibus. Admiranda enim vis est illius astri in inferiora, quæ à lumine, motuque illius plurimum pendet. Vnde

Luna

Luna caritatis est symbolum, ac beneuolentiæ, cuius proprium, non hilariter solùm, sed velociter etiam benefacere. *Omnis benignitas properat*, ait Seneca, *& proprium est libenter facientis citò facere.* Quare inter præcepta; *Quemadmodum beneficia danda*, locat penè in capite, *Cito* dentur. *Ingratum est beneficium, quod diu inter manus dantis hæsit.* Gratissima sunt beneficia, parata, facilè occurrentia: vbi nulla mora fuit, nisi in accipientis verecundia. Nihil æquè amarum, quam diu pendére. AEquiore quidam animo ferunt, præcidi spem suam, quam trahi. Gratius est citò negari, quàm non citò dari. Vnde illa hominis faceti præoccupatio: Lib. 2. de benef. Martial.

Primum est vt præstes, si quid te Cinna rogabo

Illud deinde sequens, vt citò Cinna neges.

Diligo præstantem; non odi Cinna negantem

At tu nec præstas, nec citò Cinna negas.

Qui citò dat bis dat, iactatur vulgò. Et apud eruditos Publiana sentẽtia: *Bis est gratum, quod opus est, vltrò si offeras*. Velox est ad benefaciendum *Luna*: properat, vt citiùs inferiora, vbique benefica vi fruantur.

Festinationis in B. V. causa. I. Caritas.

Hoc caritati adscriberetur, si quidem illius virtutis capax esset istud Luminare maius, quemadmodum *Luna mystica*. In cuius festinatione, tanquam in effectu; caritatem egregiam, velut causam contemplatur, & commendat Seraphicus Doctor Bonauentura, verbis mellitissimis, quibus ad imitationem Marianæ caritatis, celeritatisq́; amatores Virginis impellit.

In speculo B. Vir c. 4.

Vide, *Carissime*, *quod* Maria *affectuosa fuit per caritatem. Ipsa enim est* Maria, *de qua dicitur in Luca*: Exurgens autem Maria abijt in montana cum festinatione. *Abijt*, inquam, *vt visitaret, vt salutaret, vt ministraret Elizabeth. Vide, quomodo illa* Visitatio Mariæ *plena fuit caritate.*

In descriptione enim illius Visitationis, Maria *quater nominatur: in quo caritas* Mariæ *ad* Deum, *& ad proximum plenius declaratur. Caritas proximi debet haberi, & foueri, corde, ore, & opere.* Maria *autem caritatem proximi habebat in corde. Et propter hoc*, exurgens Maria abijt in montana cum festinatione. *Quid enim eam ad officium caritatis* festinare *cogebat*, *nisi* caritas, *quæ in corde eius seruebat? Legimus, quod pastores venerunt* festinantes *ad præsepium: Et quod* Maria abijt cum festinatione *ad obsequium. Et quod Zachæus* festinans *descendit ad hospitandum Dominum. Væ ergo tardis ad opera caritatis. Item* Maria *caritatem proximi ore fouebat. Ipsa enim est, de qua ibidem dicitur.* Et factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elizabeth, exultauit infans. *Caritas, inquam, proximi salutationibus, & alijs caritatiuis loquutionibus semper fouenda est. Vnde Angelus salutauit Mariam:* Maria *salutauit Elizabeth: Filius Ma-*

ria salutauit Marias euntes de sepulchro, dicens illis, Auete. *Væ ijs, qui propter odium salutationem proximo negant. Væ & illis, qui dolosè proximum salutant, sicut Iudas, cùm dixit,* Aue Rabbi. *O quàm dulciter* Maria *salutare nouit!* O Maria *digneris nos per gratiam tuam salutare. Et certè, ipsa nos libenter salutat beneficio, & consolatione, si nos eam frequenter salutamus seruitio & oratione. Libenter nos salutat cum gratiâ, si libenter eam salutamus cum* Aue-Maria. *Item* Maria *caritatem non solùm corde habebat: non solum ore fouebat; sed etiam opere exercebat. Ipsa enim est* Maria, *de qua ibi dicitur:* Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus. *Mansit, videlicet pro ministerio, & consolatione Elizabeth. Vnde Ambrosius.* Quæ propter officium venerat, officio inhærebat. *Item,* Maria, *sicut in omnibus caritatem habuit ad proximum, ita super omnia caritatem habuit ad Deum. Ipsa enim est* Maria, quam

can-

cantasse *ibidem dicitur*: Magnificat anima mea Dominum. *Anima, quod amat, hoc magnificat: & in hoc exultat. Idcirco anima* Mariæ *Deum decentissimè magnificauit, & in Deo firmissimè exultauit, quia Deum excellentissimè amauit. De cuius amore bonum verbum dicit Magister Hugo de Sancto Victore. Quia*, inquit, *in corde eius amor Spiritus-sancti singulariter ardebat, ideo in carne eius virtus-Spiritus sancti mirabilia faciebat.*

Caritas igitur, seu beneuolentiæ affectus, ac benefaciendi desiderium ad velocissimum motum Lunam nostram incitabat. Ibat *cum festinatione*, ne tardius beneficium cognatæ conferret. Accelerabat iter, ne mora quicquam de gratia demeret: non ignara, tantum se gratiæ demere, quantũ moræ adiecisset. Maturabat gressum, sciens, maiorem esse muneris gratiam, quo minus diu pependit. Currebat, ne Elizabethã, si fortasse, de aduentu Dei Matris

Caritatis & beneuolentiæ est citò dare.

aliquid intellexerat, solicita expectatione torqueret. Multum in beneficio quolibet celeritas facit: multum aufert mora. Qui tardè, & diem de die extrahens succurrit egenti, non ex animo facere censetur. Lenti officia, coacti sunt, non volentis. *Tardam misericordiam pater nescit*, ait eleganter Chrysologus, exponens illud pro filio prodigo parentis effatum. *Citò proferte stolam nouam*: & tardam misericordiam prębebit misericordiæ Mater? Ab illa, quæ erat gratia plena, *compendio gratiæ maturantis hauritur beneficium*. Verba sunt Cypriani dum munus commendat. Compendium itineris celeritate quærit gratia. Hoc Lunæ est valde consentaneum, quam Ptolomæus de viribus planetarum differens, ex veterum sententia dicit esse stellam beneficam. Quod sanè experimur.

Serm. 6.

Luc. 15.

Epist. ad Donatum.

Lib. 4. de iudiciis, ac Viri Plan.

II. Est autem beneficentiæ, acutùm, & procul cernere aliorum calamitatem et

Cõtempla.

tem et indigentiam; quo instigatur, vt velocius accurrat. Tribuerem id Lunæ vulgari, si rationis esset compos, sed caret oculo intellectus, quia intellectu: quem præstantissimum habuit *Luna-mystica*, & in eo perspicacissimum oculum, quo & vidit, multis quamuis milliaribus dissita, Elizabethæ, ac latentis in ea prolis necessitatem, & contemplata est diuinorum in se copiam munerum ad aliorum quoque salutem communicandam. An fortasse idcirco *Abijt cum festinatione*? Certè animalia, quæ acuti sunt visus, festinant ad prædam. Vt videre est in buteone, triorchi, miluio, accipitre. Vnde paræmia: *Ocyor accipitre*. Contrarium animaduertimus in ijs, quibus visus torpet, sunt enim tardigrada, aut ad motum inepta: vt talpæ, & eius generis plura. Certè visus interioris perspicacitati adscribere videtur nominatus antea Seraphicus Doctor, pernicitatem cursus, ac sedulitatem

tio alienæ indigentia.

Plin. li. 10. cap 8.

in officijs misericordiæ. Quæ non tantũ olim exhibuerit Elizabethæ, sed ad nos quoque deriuet quotidie.

Typus B.V.

Quod typo explicat mulieris Moabitidis, nomine *Ruth*, cuius est celebris memoria in diuina historia.

Ruth

RVTH, inquit, *interpretatur* Videns, *vel* Festinans. *Et signat B. Virginem, quæ verè* Videns *in contemplatione: & benè* Festinans *fuit in actione.* Videns *etiam nostram miseriam est*, *&* Festinans *ad impendendam* nobis *suam misericordiam.*

In speculo cap. 5.

Videt Maria in æternitatis speculâ, aut potius in Diuinitatis speculo, ad se confugientiũ inopiam, calamitates, pericula; vt olim ex remotissimo loco, magis quàm aquilinis oculis vidit cognatorum penuriã: &, nullâ morâ interpositâ, tanquã ad miserationis prædã aduolat, ac benignè opitulatur. Vbi perpende, tantam fuisse, ac etiamnum esse: ad suorum commoda Dominæ Nostræ festinationem: vt idcirco, nomine inde deriuato, veluti proprio, FESTINANS:

STINANS:

STINANS: hoc enim *Ruth* significat, appelletur. Tales enim sunt Mariæ, Matris misericordiæ festinationes: tanta acceleratio, ac velocitas, vt nomen ex eo traxerit. Et quoniam parentem sequitur sua proles, quid mirum, Christum Mariæ filium eandem fuisse sortitum appellationem?

Illius enim æquè ac Matris, imò magis, quàm Matris, ob benefaciendi promptitudinem, ac celeritatem, fuit nomen proprium FESTINANS, seu ACCELERANS. Audi mandatū summi Nomenclatoris: *Voca nomen eius*, Accelera *spolia detrahere*, Festina *prædari*. Isaiæ VIII. Quibus verbis iubetur Christum vocare duobus nominibus, quæ idem significant. Primò, *Accelera spolia detrahere*: Secundò, *Festina prædari*: vt certa, ac magna celeritas prædationis significetur: quasi dicat, *Festinans*, ac celerrimus *prædator*. Qui ad prædam misericordiæ, vt aquila ad escam volabis, eamque ex vnguibus Diaboli

Christi nomen Festinans, Accelerans.

Isai. 8. 3.

Diaboli eripies, spolijs illius auctus. Quæ considerans Chrysostomus, homil. 5. in cap. 1. Matthæi, scribit: *Mos est scripturæ euentus rerum ponere loco nominum. Nomen itaque appellat ipsam rei, quæ facta est, veritatem.* Quare sensus est: Prædic talem fore hunc puerum, vt iure sic vocari possit. Tanta erit Christi, ad nos in libertatem asserendos, festinatio, ac velocitas, vt ab ea meritò nomen mutuare queat. Et quid à filio illius matris, quæ proprio nomine *Ruth*, id est, *Festinans* dicitur aliud expectari posset, & quod aliud illi imponi nomen? A *Festinante* gignitur *Festinans*. Quamuis, vt ego reor, non tam filius à matre, quàm à filio mater, nomen, & illi rem subiectam traxit. Cur enim ad officia pietatis festinauit Maria? Quia illum conceperat, cui nomen, *Festina*: opus *Accelera*. Qui vt miserijs nostris succurreret: *Exultauit*, seu; *festinauit vt gigas ad currendam viam*. Et hodie Ioannis sanctificationem ita

Psal. 18.

ab-

acceleraulit ; vt illius ortum præuenerit.

Ab hoc non multum abit aliud quidpiam, quod continet figura Matris Dei, *Ruth*, illiusque interpretatio. Quamuis enim S. Bonauentura, Beda, ac S. Hieronymus libello de nominibus Hebraicis, *Ruth* exponant: *Videntem*, ac *Festinantem*: tamen S. Chrysostomus hom. 1. in Matthæũ, ita scribit: RVTH Inspiratio *appellatur. Nam nisi inspiratio Dei fuisset in ea, non dixisset, quæ dixit, nec fecisset, quæ fecit.* Addendum, quod præmiserat: *Inter ea, quæ gessit, non despexit socrum viduam simul, & peregrinam*: adfectum erga opis indigam, & officium caritatis commendãs in eâ fæminâ. Hæc mihi aliam festinationis Marianæ caussam superiori nectendam suggerit. Est autem *Inspiratio*. Conceperat de Spiritu Sãcto, quo plena erat. Eius inspiratione, & impulsu agitur. Ea propter *abit cum festinatione*. III. *Inspiratio.*

Et nonne celerrimè non tam currat,

Spiritus S. Mobilis. quàm volitet, quam Spiritus agit, cuius propriam epitheton *Mobilis* Sapientiæ VII. Quamobrem effe-
Sap. 7. 22. ctus quidam donorum Spiritus-sancti à Scholasticis Doctoribus dici-
Εὐκίνητος. Benè mobilis. tur esse, vt facilè mobilé reddat hominem ad excipiendum impulsum eius, & quocumque celerrimè feratur. Ibat cum festinatione Maria quia *Ruth*, id est *Inspirata.* Non potest non festinare ad virtutem, perfectionem, felicitatem, quam Spiritus-sanctus cōcitat. Celerrimus fuit motus currus triumphalis, in quo vehi vidit Deum Sabaoth Propheta Ezechiel. Quæ caussa? quia, *Quocumque ibat* spiritus, *illuc eunte spiritu, & rotæ pariter eleuabantur, sequentes eum.* Spiritus *enim* vitæ *erat in rotis* Ezechielis I. Nihil velocior Spiritu
Ezech. 1. 20. sancto, à quo qui impellitur, rotatur, curritque celerrimè. Nam *omnibus mobilibus est mobilior*, inquit Sapiens Sapientiæ VII. Quod Græcè legi-
Sap. 7. 24. tur

tur: πάσης γὰρ κινήσεως κινητικώτερον σοφία: *Omni enim motu mobilius quid est Sapientia*: nempe increata, quæ Spiritus-sanctus: hoc est: magis efficax: magisque mouens, aut motus productrix, quàm ipsemet motus seu quælibet mouens caussa. Apud D. Fulgentium legitur: *Omnium mobilitantium mobilior est.* Hic in Virgine, vt in rotâ suâ ad omnẽ motum aptissima hospitabatur: quid mirum quod festinet? Spiritus vitæ est in illâ. Habet in ventre non tantùm illum, qui venit saliens in montibus, transiliens colles, similis capreæ, hinnuloque ceruorum, Canticorum secundo: verùm & illum, qui motu ipso, quod penè incredibile, est mobilior: quamuis vterque vnum sint. *Cant. II. 8. 9.*

Agnouit hanc velocitatis caussã in festinante Virgine D. Amb. qui in c. 1. Luc. dũ de celeri pfectione in mõtana prægnantis Dominæ disserit, in caussã principẽ festinationis, digitũ intendẽs, enunciat celebre illud, & à *Spiritus S. dãnat tarditatem.*

poste-

S. Amb. in cap. 1. Luc. posterioribus vsitatissimum effatũ: *Nescit tarda molimina Spiritus-sancti gratia*. Hanc eius energiam ad mouendum celeriter indicabat vehementia venti, quando Spiritus-sanctus in Pentecoste descendit, Actuũ secundo. *Factus est repentè sonus de cælo, tanquam aduenientis spiritus vehementis*: id est, inspirationis, aut venti, qui naturâ maximè est mobilis & motus celeritatem incredibilem caussat, vt experiuntur nautæ volitantes per Oceanum. Hoc proprium est Diuini Spiritus; quo idcirco agi dicimur, vt vento cymbæ: *Quicumque Dei Spiritu aguntur*, ait Paulus Apostolus. Qui non nectunt moras in viâ Domini: qui cum festinatione ad montana perfectionis contendunt: qui veluti vento rapti inferiora deserunt, ij *sunt filij Dei*. Sic Christus quoque *ducebatur*, vt est Matth. 4. *agebatur*, Lucæ 4. *expellebatur* Marci 1. à *Spiritu*, qui

Act. 2. 2.

Rom. 8. 14.

Matt. 4. 1.
Luc. 4. 1.
Marci 1. 12.

Immotus stabilisq; manens dat cuncta moueri.

Idem

Idem est *Mobilis* & *Stabilis*. Mobilis & loquitur Gregorius, quia vbique etiam nescientibus occurrit: stabilis, quia per naturam omnia continet. Spiritus igitur, ac inspirationis ab illo celeritas, festinationis in Virgine peregrinante fuit caussa. Vt vel idcirco præclara illius figura fuerit *Ruth*, nomine ipso, *Inspirata* vel *Inspiratio*. Similem velocissimi motus caussam in Luna facilè adsignaueris, si dicas, eum oriri ab impetu, quem Spiritus, Intelligentiam vocant Philophi, illi imprimit. Quę est communior Philosophorum huius temporis opinatio, an etiã verior alibi disputamus.

Greg. ho. 5. in Ezech.

Verùm accuratius inquirenti in etymon vocabuli *Ruth*, quæ Mariæ festinantis est typus, ex D. Bonauenturâ, occurrit ex Hebraicorum vocabulorum interpretatione litterali, *Ruth*, idem esse propriè, quod, *madefacta*, & *irrigata*: metaphoricè, *inebriata* vel *saturata*, Quod relatum est in

Ruth. Madefacta. Irrigata.

Ap-

Appendicem Bibliorum, & ex radicibus Hebraicis eruit Nicolaus Serarius in librum Ruth cap. 1. Qui caussam comminisci, ac proferre vellet minimè absurdam, cur omnia moderantis Dei prouidâ curâ factum sit, vt Luna velocissimè, varijsque motibus cieatur; dicere posset, id propterea magno cõsilio, & ad rerũ sublunarium opportunitates diuersas percommodè constitutum, vt, quam lucem, præ reliquis sideribus à Sole communicatam imbibit: & quâ vim beneficã copiosissimè participat, ea non solum made facta & irrigata: quo pacto fingunt Poëtæ Lunã in Oceanũ mergi, vt marinis vndis humectetur, sed etiã saturata & quodãmodo ebria, in nos transfundat copiosius, ac celeriùs. Quamobrem *Luna mystica* tantoperè post salutationẽ ab Angelo sibi factã properat? Erat madefacta cælitus misso imbre: irrigata erat rore desuper ad irrigandam terram benedictã misso,

IV. *Ebrietas Spirituum.*

Læta epotarat sobriam
Ebrietatem Spiritus.

Hanc vt in mentes, velut terrã aridã ac sitientẽ, Elizabethę, Zachariæ Ioannis citius, quod caritatis est, transmitteret, abijt cum festinatione. Ideò *Ruth* festinans: quia *Ruth*, irrigata, ac ebria. Ebrietas corporalis, incessus motusque varietatẽ efficit ac celeritatem. Currunt ebrij, saltant: vmbras transiliunt, sicut foueas, inquit Ambrosius, instabilis est illis gressus: in orbem gyrantur, rectis, obliquis, amfractuosis itineribus progrediũtur. Non minus efficax est ebrietas spiritualis, *Li. de Elia & Ieiunio cap. 16.*

Spiritu-sancto ebrij, vt Virgo Maria, alacri pede, ac veloci viã sibi propositam emetiuntur: currunt, properant: immò, *assumptis aquilæ alis volant*, & *non laborant*: vt est apud Prophetam. *Vt nubes volant*: & *quasi columbæ* & sicut *ceruus ad fontes aquarũ*. Introduxerat Rex dilectam sponsam suam in cellam vinariam: & inebriarat, non *Spiritu-sancto ebrij.* *Isai 40.* *Isai. 60. 8.*

vino.

Eph. v. 18. *vino, in quo est luxuria*; sed spirituali diuinoque, quod virgines germina-
Zach. 9. re facit: & Sponsas reddit castas. Miserat Sponsus, optimus œnopola, vi-
2 Cor. 11. 2. num nouum in vtrem - ne, an vterum nouum, in quo nihil hactenus fuerat veteris vappæ ab Adamo deriuatæ. Ordinauerat in illa caritatem. Nec vino tantum impleuerat, quod euanescit: sed vt iugis esset ebrietas, vitē in illa plātauerat vinum sponte protuberantem. Fuit enim Christi conceptio, in Annunciatione facta, tanquam plantatio in vineâ Engaddi illius vitis, quæ de se enunciat. *Ego*
Ioan. 15. 5 *sum vitis vera*. Breuiùs & clariùs. Plena erat Virgo Maria Spiritu-sancto, &, quod obumbratione illius cōceperat, Verbo Patris, ceu vino, quod Sapientia carissimus suis conuiuatoribus miscuerat; quid mirum, quòd egrediens, è cellâ Nazarethica inebriante, abeat *cum festinatione*, similis capreæ, hinnuloque ceruorum in montibus aromatum?

Cele-

Celebrant Platonici *Ebrietatem*, quam vocant *Superlunarem*, excitatã nectaris potione, per quam animus extra ſe, & ſupra ſe poſitus morborũ mortaliũ obliuiſcitur, & velociſſimè terrã, ac, quæ in illa, deſerens, ad cæleſtia, ac diuina fertur, quę propè cõſpicit. Quorum quidẽ ſplendore primùm caligat; ſed illorum deinde ſaporẽ guſtans, calore nouo cũcepto, à priori habitu mutatur. Vnde mox perſpicuè cernit ſpiritualia, ad quæ incredibili impetu fertur: eaq́; dum guſtat, ſummo cum fructu nutritur. Æſtimo hanc ebrietatem, ſi non ſit fictitia: ſed pluris facio Marianam, quam denomino Lunarem, quippe *Lunæ-myſticæ*, non fabuloſi nectaris, ſed viuifici ſpiritus potione inductã, quâ multo celeriùs, ac perfectiùs anima extra ſe rapitur, & terrenis omnibus ſuperior, per montana diuinarum perfectionum, abditorumq́ue conciliorum expaciatur. Illum ſequuta, qui in cellâ cubantem exſti-

Ebrietas Superlunaris. Marsil. Ficinus dial. 2. de Iusto.

Ebrietas Lunaris. Mariana.

Cant. 2. mularat, hortatoriâ voce: *Surge, propera Amica mea: Columba mea, formosa mea, & veni.* Nota cum Bernardo: *Nō tantū surgere, sed & surgere* festinanter *solicitari. Sic quippe habes*: Surge, propera veni. *Nec parum cōfortat, quod addit.* Veni: *& non,* vade. *Per hoc se intelligens, non tā mitti, quam* duci: *& secū pariter sponsum esse venturū.* Ebria à sponsi cælestis vberibus, quę *meliora* sunt *vino fragrātia vnguentis optimis,* ducitur, trahitur, raptatur. Sic petierat, nam præ sobria ebrietate pedibus ipsa cōsistere nō poterat. *Trahe me post te curremus.* Et nos miramur, quod ad mōtana contendat cū festinatione? Impulsu, ductuque sponsi propellitur. audit:

Ser. 58. in Cant.

Cant. 1. 2. 3.

Fuga dilecte mi: & assimilare capreæ hinnuloq; ceruorum: super montes aromatū. Cant. 8.

Hugo Desp. lib. 3. 45.

Festina, *pedibusq; leues præuerte capellas,*
Ante uola ceruos, ante uola hinnuleos.
En iuga vicino cælos tangentia cliuo,
Thuris vbi madido cortice gutta tumet.
Cedrus vbi laurusque, & copia plurima myrrha,
Mixtaq; puniceis cynnama læta crocis.

Huc

Huc fuge pennigeris super alta cacumina plantis,
Seu tua, mons Amana, Libane siue tua.
Alta super iuuenum fastigia Seraphicorũ,
Cherubicosqúe apices, astraqúe summa super.

Diuersam ab his festinationis caussam Marianæ, in Lunâ contemplor, ne à symbolo meo abeam. Scitis ex diuinâ Genesi, *Luminaria*, quæ sunt in *firmamento cæli*, creata fuisse à Deo, *vt sint in signa, & tempora, & dies, & annos*, Genes. 1. *In signa* quidẽ, non vana, & coniectanea Astrologorum, sed alia, quæ Sol & Luna exhibent: siue illa sint miraculosa, vt Solis consistẽtia, tẽporibus Iosuæ; Lunæ prodigiosa obscuratio, sic Diodorus Tharsensis, & Procopius exponunt: siue prænuncia diuinæ vindictæ: vt obscuratio Solis in Apocalypsi, secundũ Ambros. & Eucheriũ: siue naturalia, quę prognostica appellantur, quẽadmodũ explicant, Philo. Basil. Damascen. In tẽpora verò: nempe stata & defi-

Luminaria cæli sunt signa. Gen. 1. 14.

nita: qualia ſunt. *Primò*, Ver, æſtas autumnus, hiems, quæ ſunt quattuor anni tempeſtates, ſic Philo., & Baſilius. *Secundò*, tempus meſſis, vindemiæ, oliuitatis, ſumendi pharmacũ, incidendi venam, ſecandi ligna, plãtandi: quomodo Theodoretus, & Athanaſius declarant. *Tertiò*, tempora ſacra, quæ erant feſta, & feriæ Eccleſiaſticæ in Synagoga, vt Neomeniæ, Kalendæ, Paſcha: quod Procopius, ac Cyrillus adnotarunt. *Quartò*, tempora ciuilia, quo pacto vocantur, nundinæ, iuſtitia, & his affinia. Itaque condita ſunt quoque *In dies, & annos:* hoc eſt, vt ſint notæ, & indices omnium dierum, naturalium, artificialium; ſacrorum, profanorum; criticorum; forenſium: omnium etiam annorum, ſolarium, lunarium, magnorum.

Luna index temporis. In his autem Luna primas obtinet. Cuius velut proprium officium de-
Eccl. 43. 6. ſcribens Eccleſiaſt.; LVNA, inquit, *in omnibus* (nempe gentibus, aut mu-

natio-

tationibus suis) *in tempore suo, ostentio temporis: & signum æui*: id est temporis. *A Luna signum diei festi.* A Luna sumuntur menses, per quos festa sunt distributa. Imò, *Mensis secundum nomen eius est*, Hebræis idem est nomen Mensis, & Lunæ: vtuntur enim mensibus lunaribus. Quocirca, vt olim Iris, arcus ille cælestis omnib⁹ notus, nuncia Deorũ esse fingebatur, quia pluuias denunciat: ita multo cõuenientius Lunã, velut nunciã Dei altissimi concipere licet: cùm ad tam multa, tam necessaria, tam cõmoda mortalibus denuncianda creata sit.

נרח *Iareach Gracis.* Μὴν *Mensis.* Μήνη *Luna.*

Irim de celo misit Saturnia Iuno. Virg 5. AEn.

Lunam velut Nunciam, Dei mãdata perferẽtem, & solemnitates indicentem, habebant olim, & solicitè expectabant in Synagogâ, rituũ sacrorũ magistri Pontifices. Nisi hæc indicaret, scire non poterant, quãdo esset Neomenia, in quâ clangendum erat buccinâ. Ab hac expectabãt certã notitiã festi tubarũ, in Kalẽdas incidentis, vt tubis argenteis ductilib⁹ cane-

Luna Theologis nuncia

In Synagoga.

In neomenia Septẽbris simul festum tubarum.

canerent. Eiuſdem denunciatione conſtabat, quo die celebrandum eſſet Phaſe, & immolandus agnus, de quo ſeueriſſimum erat mandatum: *Menſe primo, quarta decima die menſis*, ſeu Lunæ, *ad veſperum Phaſe Domini eſt*, Leuitici 23. Exodi XII. Num. 28.

Luna nūcia Theologis in Eccleſia.

Ad Lunam quoque, vt ad nunciā attendunt, eiuſque aduentum præſtolantur, & cogitatione præueniunt Chriſtiani Theologi, qui indicere non poſſent feſtorum ſuorum ſolemniſſimum Paſcha Reſurrectionis Dominicæ, niſi illâ referente. Sine illa ignorarent ſolemnitates præcipuam ſubſequentes, & pro illius varietate mobiles. Illâ non monente in magna eſſent ignoratione veteris nouiq; Calendarij.

Nūncia Medicorū.

Non minus neceſſaria nunciatrix eſt Luna Medicis, & ad eorum tribū pertinentibus, vnguentarijs, chirurgis, pharmocopæis. Ab illâ enim accipiunt, quando nam ſit futurus cōflictus

flictus naturæ ac morbi, qui accidit diebus criticis: quorum indicationem putant ad Lunam spectare. Quando alius perpurganda potione medicâ, vel puluere, sunt enim, qui Lunâ in Tauro commorante, negent medicinam sumendã. Quãdo carificatio adhibenda. Quando sanguis è venâ educendus. Decantantur in triuijs, multorum obseruationibus confirmati versiculi:

Cardan. lib de iudiciis c.15. lib. de reuolutionib. cap. 9. Galen. lib. 3. de diebus decretoriis cap. 5. Bellantius Donatus.

Lunâ crescente minuas iuuenis corpulente.
Sed decrescente minuas iuuenis macilente.
Luna *vetus veteres: iuuenes noua* Luna *requirit.*
Hoc pacto minuas, vt longo tempore viuas.

Lunæ, sicut nunciæ aduentum præstolantur, plurimumque illi tribuũt astrologi, agricolę, nautę piscatores, architecti, omnesq; penè mechanici artifices, & qui in viam se dant, vniuersi, vt ventum, pluuiam,

A Lunæ indicationes vari a

tempestatem, aliáque his gemina euitent eius denunciatione: & contraria ijs consequantur. Nam, si Lunæ corpus rubeat, vt aurum, ventos nũciat. Si orbis eius sit cæruleus, pluuias portendit. Ex vtraque mistus, nimbos, ac procellas significat. Lætus orbis serenitatem promittit. Si in summo eius corniculo maculis quibusdam nigrescit, pluuiosum mensis exordium designat. Si nigrescit in medio, plenilunium serenum spondet.

Pallida Luna *pluit, rubicunda flat alba serenat.*

Cũ in nocturna nauigatione scintillat ad remos, vela contrahunt nautæ nã breui sequitur tẽpestas. Piscatoribus Luna suggerit, quando cancri, ostrea, echini, & qui sanguine carent pisciculi sint extrahendi. Quare plenilunium expectant in quo abundãt magis. Agricolas monet, vt ventilentur frumenta, atque legumina; & condantur circa extremam Lunam

Arist. lib. 4. de part. animal. cap. 5.

Plin. li. 18. cap. 32.

Naui-

Nauigantes vt diligentiſſimè obſeruent vigeſimum primum Lunæ diẽ. Architectos, ne permittant materiam, pro ædificio extruendo cædi, Lunâ creſcente, aut plenâ: tunc enim faciliùs, quàm, quæ decreſcente cæduntur, putreſcere. Seminatoribus agrorum nunciat, bona ſpe ſint, Lunâ plena fruges mirificè adaugeri, ac celerrimè matureſcere. Venatoribus, ne ferarũ occiſa corpora plenilunio exponant: nam illa Lunam in tabem viſu ſuo reſoluere. Itineri accinctis ne ſub dio noctu lucente Lunâ ſomnum capiant: nam ſomno ſopitis ſub Lunæ lumine; vel in itinere diutius immorantibus, pallorem, & capitis dolorẽ cõciliare Lunę radios.

Anaſtaſ. lib. 4. in Gen.

Mirãdul. li. 3. contra Aſtrol. cap. 5.

Galen. li. 3. de dieb. decretos.

Cũ igitur eum in finẽ Luna ſit producta, vt nunciã agat. Ad quod munus nihil magis eſt neceſſarium, quã celeritas. Quâ dote, qui pollet, ille optimus in eâ tribu cenſetur. Hinc veredorum introductus vſus: id eſt, equorũ curſus velociſſimi: quibus vtuntur

Nuncÿ virtus velocitas.

tuntur principum tabellarij, qui id circo veredarij, ac barbarè, *postar* vocantur. Eodem fine, Mercurio tabellario olim cælitũ, nunc etiã ter rigenarũ, alæ ad calces appinguntur: conuenientissimũ fuit, vt illi celerri mus motus adsignaretur. Quo titul festinationẽ Virginis in montana lu dâ cõmendo. Illam enim considero tanquam Nunciam diuinitùs abl gatam, quæ chirographum summ Principis, à quattuor annorum mi libus, & quod excurrit, expectatum in quo sententia de hominum lib ratione perscripta erat, ad Zachari Elizabetham & Ioannem, totu genus humanum repræsentantes, d ferret. In Zacharia, & Elizabeth adulti vtriusque sexus, & iusti; in Io anne nondum sanctificato, paruu omnes, & iniusti exhibentur. Huiu rei gratia *Obseruo*. Hominem quà primum à Deo desciuit, *venundat sub peccato*, animam suam peccand Dæmoni vendidisse, accepto, tanqu prec

B. Maria Nuncia lætissimorum.

Rom. 7. 14.

precio, voluptatis dulcedine: vilissimo sanè precio. Quo factum, vt libertatē vendiderit, seruituti mācipatus. A domino aūt suo, aut tyranno potius, vt catenatum mancipiū non vno stigmate fuisse notatum, vt vbicumque ageret seruitutis durissimæ multiplicem tesseram circumferret.

Notæ istiusmodi sunt, ad bonum tarditas: procliuitas ad malum: perturbationes immodicæ fædæ affectiones, quas Paulus vocat *passiones ignominiæ*: desideria praua: facilis in grauissima flagitia prolapsus: deniq; mortalitas, quā circumfert quilibet tanquam testimonium delicti communis, & venditionis publicæ. Itaq; concipiunt Patres Cōcilij Ephesini, Diabolum, venditione propudiosissima ab homine facta, vsum fuisse ei⁹ corpore, tanq̄ mēbrana, in qua emptionis modum preciumq; capitalibus litteris inscripserit. *Corpore nostro,* inquiunt, *permultis pathematis subiecto, veluti charta vsus, nostræ venditio-*

Notæ seruitutis diabolicæ.

Rom. 1. 27.

Tom. 6. Conc. Ephesini cap. 7.

ditionis precia ostentabat : paßionisque debitum malignus ille falsarius minitabundus ob oculos nobis ponebat. Permitteret hoc Deus legitimus filiorum hominum Dominus? Iustitiæ fuit, & longanimitatis, aliquamdiu sustinere, & patientiæ incredibilis dare documenta. Non patietur id in æternum. Tempus aduenit, cum nostri recordatus, chartam poposcit, & operâ vsus Scribæ velociter scribentis, syngrapham confecit in quâ redemptionis humanæ precium expressit: mancipiorum libertatem extorsit: dimissionem imperauit. Benè sperate filij Adam.

Syngrapha libertatis. At, vbi illa charta? quæ syngrapha? quis transferet? Applaudo ingeniosissimis Patribus nominati concilij, qui dũ de hac ipsa re agunt, Cãcellariam designant, sic locum vocamus vulgo, Principũ diplomatis, bullatisque litteris expediendis destinatum. Dum enim salutant Virginem benedictam, & quicquid in illa, ex

cla-

clamant : *O venter, in quo communis libertatis syngrapha confecta est!* Papyrum dicunt esse ipsam Humanitatem, seu corpusculum animatum Iesu Christi, in quo Verbum diuinum, tanquam sententia Patris æterni non tam litteris, quam notis hieroglyphicis, ac cyphris inscripta fuerit. Quid enim aliud significauit Mysterij illius maximè gnarus Paulus Apostolus dum nominat *Verbum consummans, abbreuians*: denique, *Abbreuiatum, quod fecit Dominus super terram.* Quod-nam illud? Verbum incarnatum: & vt loquitur Tertullianus, compendiatum, sermo verè decisus in vtero Mariæ, vt Cyprianus, Hieronymus, Anacletus exponunt. Clarissimè Patres Synodi Ephesinæ loquentes de secundâ Trinitatis personâ: *Verbum antea incorporeum, corpus chartaceum, elementorumq; figuras induit.* Et mox. *Quod cernebatur charta quidem erat, quod verò in chartâ latitabat Verbum erat regium, non linguâ, sed*

Rom. 9.28

Lib 4. in Marcion. c. 1.
Cypr. lib. 2. contra Iudæ. num. 3.
Hier. epist. ad Algasiam. q. 10.
Anaclet. epist. 2.
Conc. Ephes. c. 10.

V. *Causa festinationis B.V. munus nuncia.* *naturâ productum.* Hoc liberationis humanæ chirographum traditum erat in Nazarethicâ solitudine Virgini, non reseruandum sibi, sed fidelibus offerendum, ac referandū. Memor officij, non alijs indiga veredis, quàm pedibus *Lunâ* calceatis in viam se dat, abitque, an volat? cum *festinatione.*

VI. *Quia Mulier fortis.* Si aduenienti ad Zachariæ limen accurrant domestici, & excipiant sacro illo carmine: *Quæ est ista, quæ progreditur quasi Aurora, pulchra vt Luna?* & respondeat chorus: *Prou. 30. 1.* Hæc est *Mulier fortis*, cuius *procul & de vltimis finibus est precium*; aliam indicabit caussam festinationis Marianæ. Fortitudinis enim signum est velox motus, in animalibus, si diutius illum continuent absque sustentaculo: oriturque in ex abundantia spirituum vitalium. Spiritus vitæ erat in Virgine: obumbrarat Virgini: copiam donorum suorum, quæ ad velocitatem aptissi-

tissima sunt instrumenta, transfuderat in Virginem: non poterat non, tam fortis heroina, totque Spiritus ad motum efficacissimi dotata muneribus velociter iter capessere.

VII. *Quia à corporea grauitate libera.*

Eadem velocitas Lunæ nostræ, oriebatur, ex singulari quadam leuitate, non quæ vanitatis est comes, sed quæ Spiritus diuini est effectus. Quæ leuia, in motu festinant. Id in volucrum genere est cernere, & ijs animalculis, quæ in terrâ ocyssimè feruntur, damâ, lepore, dorcâ. Maxima in ijs est leuitas, in quibus minimum fęcis corporeæ. *Corpus enim quod corrumpitur aggrauat animam.* Est corpus, animæ, instar ergasterij, & ferreorum vinculorú: sub quibus Paulus gemens, grauatum se querebatur, & infelicem, liberationemque ac dissolutionem flagitabat. *Virtutis amatores*, inquit Philo, *baiulant sarcinas magnas: affectum erga corpus, & voluptatem*

Sap. 9. 15.

2 Cor. 5. 4. Rom. 7. 24.

Philo lib. Quod deterior

potiori in sidiatur. *corporis: præterea, certamen aduersus externa bona: deiectationesq́; , quæ inde proueniunt.* Quis sarcinis grauatus, quis compedibus vinctus, ijsque ferreis gressus acceleret? A corporeâ omni concretione, quæ culpabilis erat, ab omni vitioso erga corpus affectu: ab appetitu quolibet voluptatis corporeæ libera erat Domina Nostra, tota in corpore spiritualis: alite leuior cũ ad superna volãdum esset: Obsequitur igitur conditioni suæ, quam Spiritus obumbratione consequuta erat; & abit in montana *cum festinatione.* Quomodo non volaret auis emissa è caueâ? Quomodo non properet venator prædam insequens?

Luna. Diana. Viatrix. Venatrix. Lunæ velocitatem motusque varios vt indicarent veteres Mythiologi, quique fabulis naturæ arcana obuelabant, inducebant illam in theatrum habitu Nymphæ, quam *Diana. Iana. Luna.* appellabant *Dianam*, à nomine *Iana*; quæ vox apud veteres Latinos, Lunam significabat, auctoribus Macro-

crobio, & Varrone D. littera addita. Nisi fortasse *Diana* dicatur, quasi *Deuiana*; quod inter ceteras stellas, suo in curriculo, motibusque menstruis maximè vagari & oberrare videatur. Siquidem, vt norunt Astrologi; non solùm ab eclipticâ lineâ deflectit; sed etiam extra Zodiacum, (intra cuius metas ceteri planetæ se continent) longius aliquantulum versus vtrumque polum progreditur. Ex hac cum festinatione vagandi libertate, in Venatricem transijt Luna, & venationis Dea credita, nomine Dianæ. Quod eius videretur esse studium hac illac, more viatorum, feras persequentium, nulla certa via, ordineque nullo, aut limite seruato vagari. Ob quam caussam Arcades eam ouina pelle amictam, adiuncto cane venatico, figurabant: humeris pharetram, dexterâ facem luminis symbolum; sinistra duos angues ostentantem. Mittantur fabulæ:

Macro. l. 1. Satur. c. 9. Var. de re rustica.

Philostrat. in tabula venat. best. furia. Melãthus lib. de imag. Deor. Apoll. l. 1. Natal. Com. lib. 3. cap. 8. Lil. Giral. Syntag. 12. August. li. 7. de Ciui. c. 7.

Qui

Viator. venator perfectionis studiosus.

Qui stadium virtutis ingreditur, non tantùm viatorem, sed & Venatorem agit. ita D. Basilius cõmentatur. *Habet domus Dei viuentis, quæ Ecclesia est,* Venatores, Viatores, *Architectas, Aedificatores, Agricolas Pastores, Athletas, Milites.* Viatori, ac Venatori cõuenit velocitas & festinatio: sed hoc discrimine: quod viator ita celeriter currat, vt non exorbitet: nec ad dexteram flectat, aut sinistram, sed progrediatur viâ ad destinatum terminum regiâ. Venatori nulla cura est de recto itinere, sed prædam insequitur, nunc rectè, nunc obliquè, nunc dextrorsum, nunc sinistrorsum: nunc horsum, nunc illorsum vagando, gyrando, procedendo, retroagendo, & quolibet motus velosissimi genere, modò prædam consequatur: hic illius est finis. *Venatores*, inquit Basilius, *missus à Deo ita monente*: Ecce ego mitto multos Venatores, & venabuntur eos super omnem montem. *Attende*

in id Deut. 15. Attende tibi.

Ierem. 16.

tende igitur magna cum diligentiâ , ne fortè fugiat te præda. Eſt autem Venatoris ſpiritualis præda diuinæ gratiæ, virtutiſq; perfectio, ad quam in omni itinere gradiebatur Maria. Sed præter hanc inſequebatur, in montana tendẽs, Ioannem latitantem in tenebricoſo originariȩ culpȩ ſpelȩo, vt illum inde extraheret. Vnde, Venatricis inſtar, nullo viarũ diſcrimine, nunc aſcendendo, per contemplationem: nunc deſcendendoq́, per humiliationem: nunc circumgyrando, per patientiã: nunc per difficultatum ardua, & aſpera enitendo, magnanimitate: nunc ſaltuatim properando, per diuerſarũ virtutũ exercitationẽ prædæ ſuæ inſiſtebat, donec tandẽ illam adſequeretur. Itaq; *Abijt in montana cum feſtinatione* quia Venatrix. *Quæ eſt iſta, quæ progreditur, vt Aurora pulchra, vt Luna* venatrix. VIII. *Cauſa feſtinationis Venatio ſpiritualis.*

Quoniam aũt in venatione maximè viget alacritas, & in prædæ inſequutione, ac multo magis apprehẽſione IX. *Gaudium ſpirituale, & alacritas.*

sione gaudium, nec hoc sileamus; quod habet D. Ambrosius *Festina præ gaudio in montana perexit.* Fuit aliqua caussa festinationis Marianæ gaudium, non carnale & vanum, quod inconstantem, & minus sui compotem animum demonstrat, sed spirituale, ac diuinum, quod perfectionis ardor, & alienæ salutis cupido generat.

S. Ambro. Luc. 1.

X. *Fuga ociositatis.*

Non vacat etiam venantem cum obuijs quibusque miscere sermonem, in viâ consistere, salutationibus tempus terere. Et, ne his detineantur ociosorum illecebris, properant, qui venationi dant operam. Quod in venatione spirituali, non minus, quam vulgari corporeâ locum habet. Quo facit, quod scribit S. Bonauentura, Festinasse Mariam, ne quemquam in itinere salutaret. *Virgo*, inquit, *prius domum intrauit: postea salutauit. Nam infra dicitur*, iter virtutis ingredientibus: *Neminem per viam salutaueritis*. Quare *abijt cum festina-*

S. Bonau. Luc. 1.

stinatione ? vt ociositatem fugeret; quæ itinerantium tarditatem comitatur; ne tempus salutatiunculis & interuenientium colloquijs falleret: vt quam citissimè prædam suam assequeretur, & comprehenderet.

Non existimes tamen, festinationem Virginis modestissimæ fuisse præcipitem, incompositam, indecoram. Festinanter simul & lento passu iter suum percurrebat. Nempe ex virtutis præscripto. Festinatio torporem excludebat, ac ignauiam: lentitudo grauitatem, sanctimoniamque demonstrabat. Si qua vnquam ab orbe condito modestiæ magistra, certè nostra, in omnibus itineribus docuit, quid sit, *Festina lentè.* Quomodo, quæ maximè sibi contraria videntur coniungi possint. Quid mirum ? cùm in eius vtero iungeretur cælum & terra : summum & imum: Diuinitas & humanitas? *Festinatio Mariæ qualis?* *Festina lentè.*

Scio Iurisconsulto minus probari festinationem. Nam, vt scribit L. Tutorum *Quis Iuris-cõsulto dicatur festinare?*

torum §.1. in fine, de administ. tut. aliud est *Properare*, aliud *Festinare*. Qui vnum quid maturè transigit, is properat: qui multa simul incipit, neq; perficit, is festinat. Turbulenta res est festinatio, aiebat quidam, &, vt Ennodius insinuat, iuuenilis index animi. hinc ætati adscribebat indocilem festinationem. Sed ne Iuris-consultum cum Euangelista committamus, aut cum eius Interprete Latino, cui plus tribuendum, quàm, vel omnibus Iustiniani Digestis, vel Iuris-peritorum glossematis, dicamus eum loqui de *Festinatione* præpropera, quæ temeritatis sit fœtus, non prudentiæ: quæ ex præcipitato oriatur consilio: quæ tempus legitimum anteuertat: denique de Festinatione Iuridicâ, non Theologicâ: Politicâ, non Ecclesiasticâ: Profanâ, non sacrâ, qualis fuit Mariana.

Quis properare?

Ennod. l. 2. epist. 20.

Docuit festinando Maria, siue corpore ac pedibus, per montana Iudæ, siue

Festinatio Mariana.

siue animo, ac affectibus, per alta virtutum, Festinationem rationi non esse contrariam. Esse Festinationem aliquam, quæ modestiæ metas non transgrediatur: quæ vsitatos compositæ mentis motus non deserat: quæ ex pauore ac metu non oriatur: quæ cum magnanimitate nō pugnet: quæ leuitatem vanitatemq́ue non oleat: quæ moderationis, maturitatisq́ue sit socia: quæ ex vigilantiâ, promptitudine, lentitudineq́ue sit temperata: quæ temeritatem, æquè ac socordiam excludat: quæ nec præproperè quicquam, nec serius, quā oporteat, aggrediatur: cum qua & sit industriæ celeritas, & diligentiæ tarditas, optimum temperamentum: tandem, quæ & maturè incipit, & tempestiuè absoluat.

Hæc est *Festinatio*, quæ à Domina nostra, vocetur *Mariana*, & est celeritas *Luna-Mysticæ*, in cuius imitatione magna pars cōsistit officij homi- *Festinandum Christiano.*

hominis Christiani. In mali fugâ
Eccl. 21. 2. *Festinatio* est necessaria. *Iustus quasi à facie colubri fugit peccatum.* In vitæ melioris ingressu festinandum est: Iu-
Prou. 4. 12 stus, *ingressus viam Sapientiæ, & semitas æquitatis currit non habens offendiculum.* In progressu æquè festinandum: o-
Psa 118. 32 portet enim *viam mandatorum Dei* currere: *Festinandum*, inquit Paulus,
Heb. 4. 11. scribens Hebræis, volentibus *ingredi in illam requiem.* Mandatum habebant Hebræi, mactato agno paschali, & ad manducandum apposito,
Exod. 12. 11 *Comedetis festinanter.* Quod secundum tropologiam exponens Papa
Homil. 22. in Euang. Gregorius, docet, mandata Dei, mysteria redemptionis, cælestis patriæ gaudia cum festinatione cognosci debere: ac præcepta vitæ cum festinatione impleri. Neminem verò in huius vitæ itinere torpore debere detineri, ne in patriâ locum perdat. Neminem moras ad appetenda studia debere nectere: sed cæpta perficere: ne contingat, vt non possit perficere, quod inchoauerat. Ean-

Eandem Agni paſchalis feſtinatam manducationem peruoluens Gregorius Nazianzenus tantoperè extollit *feſtinationem*, vt eius defectu à ſalute nos excidere, & in malorum maximum præcipitari doceat; celeritate autem ad culmen virtutum pertingere. *Feſtinandum eſt*, ait, *ne in eam culpam incidamus, à quâ diuino interdicto Loth auocabatur. Ne propter noſtram in deterius conuerſionem, quæ ex cunctatione naſci ſolet in ſalis ſtatuam concreſcamus.* Itaque obduratio in malo, cuius illa ſtatua eſt ſymbolum cunctationi debetur? Profectò, ſi ita eſt, cunctando in virtutis itinere non reſtituitur res, ſed deſtituitur. Eodem refert Gregorius Nyſſenus alia circa agni comeſtionem mandata. *Edendi*, inquit, *agni paſchalis non remiſſum quendam modum tradit, vt in conuiuijs fieri ſolet, vbi conuiuæ ſedent manibus liberis, & pedibus, non ad iter calceatis, & ad hæc effuſis indutis*

Naz. or. 2ª in Paſcha.

Gregor. Nyſſenus.

vestibus: sed contra quasi ad iter pedes iussit comedendo habere duris calceis calceatos: cingulo sustineri, ac comprimi vestem, ne effundatur ac in manibus baculum teneri.

Festinandum est in Sacramentorum perceptione, præsertim Baptismi, ac Pœnitentiæ. Cum imperatus esset Israëlitis Iordanis transitus, iamque ad ripam starent hominum ferè tricies centena millia, videréntque aquæ molem ab vtroque latere montium instar attolli, quo spectaculo curiosi potuissent detineri: dicit tamen Scriptura *Festinauit populus & transijt.* Quod expendens Origenes: Non ociosè, inquit, additum videtur à Spiritu-sancto: *Quia festinauit populus transire. Suscipientibus sacramenta verbi* DEI *non otiosè, nec segniter res gerenda est: sed festinandum est, & pergendum vsque quo omnia transeamus.* Addit: *Cumque singula quæ ad virtutis gloriam spectant, nō segniter, nec remissè, sed cum omni instantia.*

Abulens. Iosue 1. q. 27.

Iosue 4. 10.

tia, *&* celeritate *conquirimus*, *hoc mihi videtur esse*, cum festinatione *transire Iordanem.* Transitum Iordanis ad cuiuslibet virtutis officium traducit Adamantius, in quo tum festinatur, cùm sedulitate magna ad illius perfectionem contenditur: hoc enim ad gloriam virtutis spectat. Quam non tam pedum cursu, quàm desideriorum alacritate assequimur.

Quod ipsa illa Hebræorum per Iordanem festinatione declaratur: *Iosue 3. & 13.* Neque enim existimandum, quod opportunè monet Nicolaus Serarius suis in Iosue commentarijs, illos cucurrisse: aut celeritates maiores adhibuisse, quàm requireret grauis aciei instructæ, sub signisque pergentis incessus: quàm ferrent etiam fœminarum, & paruulorum tot millia: tot etiam greges, & armenta: tot tantæ multitudinis impedimenta. Quare opinatur Abulensis, in transeun-

Iof.4.9.13. feundo Iordanem Iſraëlitas ſatis
Iof.c.8 f. 151. fuiſſe moratos. Et Andreas Maſius, magnam diei partem tranſitione fluminis abſumptam. Nec tamen etiam putandum, ferculorum inſtar, lentè admodum, ac tardè inceſſiſſe. Quin potius alacritatem ſummam ac in illâ ordinati exercitus grauitate, celeritatem tantam, quantam, qui lętiſſimi, & promptiſſimi, reique alicuius appetentiſſimi ſunt, commodè poſſunt adhibuiſſe.

Feſtinatio Mariana ad virtutis gloriam ſpectans. Talis *Feſtinatio* ad virtutis gloriam ſpectat, & propria fuit Mariæ, quæ contra maturitatem virginalem feſtinando nil deliquit. Nec nos delinquemus, ſi, vt monet
Gloſ.Ioſ.4. Gloſſator Ioſuanus, nobis perſuadeamus: *Non otioſè, non remiſſè agendum eſſe, ſed omnia præcepta* feſtinanter *tranſeunda, & perficienda.* A qua feſtinatione, quoniam plurimos retardat curioſitas, & rerum inutilium tractatio, infelices eos

dicit

dicit Richardus Victorinus, quos à transitu Iordanis veloci retrahit vanitatum contemplatio: *O infelix anima*, inquit, *quæ multum non anhelas currere, & videre, & mirari, & obstupescere fluenta Iordanis.* Considerat autem idem Doctor ingeniosè & festinationem Iordanis qua sursum in montium altitudinem fuit reuolutus: & Iordanem transeuntium. Illi similem dicas festinationem Marianam in montana: de qua vsurpes licet, quod Victorinus de Iordanica.: *Qualis, quæso, ista conuersio est Iordanis, quàm mirabilis, quàm laudabilis, quàm amabilis? totum impetum amoris: totam inundationem dilectionis: totam adfluentiam delectationis magna cum festinatione currere, non deorsum, sed sursum?* Vt totum amoris in Deum ac proximos amorem effundat Maria currit, non deorsum, sed sursum.

Richar. tract. 1. de ex'ermi-nat. mali.

Festinanter transeuntium per Ior-

Festinandum ad pænitentiā. danem, figura est pænitentium, quibus transeundum est per aquam & ignem. Sanè si vllibi, hic periculum est in mora. *Non poterit peccator excusari*, inquit prudenter Chrysostomus, *qui confessionem, per quam venia nascitur, non properauit amplecti.* *Hom. de confessio.* Nulla hîc culpabilis est velocitas. *Ennod. lib. 5. epist. 17.* Quis *credat deliquisse in correctione velocissimum?* quærit præclarus Orator. Hic celeritas maculam abolet, quam mora facit penè indelebilem. *Gilber. serm. 47. in Cant.* *De formis macula non imputatur, dum non immoratur*, dicebat quidam non omninò malè. Sacrificium Deo gratum est spiritus contribulatus: *S. Ambr.* gratius fit celeritate: Quod perpendēs Abraham cùm immolandus esset filius, *Exerebat gladium, ne mora sacrificium decoloraret.* Itaque; *non distulit Sacrificium, sed maturauit obsequium.* Quod optimè quadrat in Dominam ad cognatæ obsequia properantem. Sitiens aquas misericordiæ diuinæ properare debet, sicut cer-

ceruus. Surgendum, properandum, festinandum est sponsæ amicæ vt perueniat ad Sponsum. Trahendi sumus odore diuinorum vnguentorum, vt illum tam odoriferum Sponsum sequamur *cum festinatione*, nisi vel mortui sumus, vel planè putridi, iudicio Bernardi.

Isa.55.1.
Ps.41.2.
Ps 62.2.
Cant.2.10 13.
Cant.1.3.
Ser.22.in Cant.

Festinatione obsequij gratiam fauoremque DEI hominumque nobis consiliamus. *Vir velox in opere suo coram regibus stabit : nec erit ante ignobiles. Nec infirmitas occurret ei.* Festinatione quotidiana mirum in modum proficiebat Dauid: cuius etiam-num extat elogium: *Præueni in maturitate.* Quod Chaldæus legit, *Inaurora* : id est, festinaui primo statim diluculo ad virtutum exercitationem. Festinationem exigit maximè DEVS in votorum præstatione. Lex est in Deuteronomio non solis Israëlitis lata: *Cum votum voueris Domino DEO tuo,*

Festinatio gratiam conciliat.
Prou.22.29
Eccl.31.72
Ps.118.147
Deu.23.21

non tardabis reddere: quia requiret illud Dominus Deus tuus. Et si moratus fueris reputabitur tibi in peccatum. Si pec-
Eccl. v. 8. casti, festina. *Non tardes conuerti ad Dominum: & ne differas de diem diem. Subitò enim veniet ira illius: & in tempore vindictæ disperdet te.* Vulnus est peccatum. Quis accepto vulnere mortali ad chirurgum non festinat?.

Ouid. de remed. *Heu propera, nec te venturas differ in horas,*
Qui non es hodie, cras minus aptus eris.
Vidi ego quod primo fuerat sanabile vulnus
Dilatum lentæ damna tulisse moræ.

Prosp. in epig. Morbus est peccatum:
Quid iuuat in longum caussas producere morbi!
Cur dubium expectas cras? hodierna salus.

Stultus esset, qui valetudinem, quam subitò recuperare posset, fastidiosus
Mart. reijceret in crastinum.

Viuen-

Viuendi rectè fatuus procraſtinat horam.

Maior amentia eſt pænitentiæ ac bonorum operum dilatio.

Offertur tibi à Mæcenate pingue ſacerdotium, beneficium, officium, feſtinas: memor documenti, quod puero Cato cecinit: *Cato in diſt.*

Rem tibi quam noris aptam dimittere noli,
Ne rurſus quæras, quæ iam neglexeris ante.

Victoriam habes in manibus, cur dimittis? *Hor. epiſt.*

Tu quamcumque Deus tibi fortunauerit horam,
Grata ſume manu, dubiam nec differ in horam.

Vulgatum eſt illud:

Multa cadunt inter calicem, ſupremaq; labra.

nihil faciliùs, quàm pręclaris facinoribus obſtaculum interuenire. Itaq;

Tolle moras, ſemper nocuit differre paratis. *Luc. lib. 1.*

Feſtina; &, *Quodcumq; poteſt facere ma-* *Eccl. 9.10*

nus tua, instanter operare: quia nec op[...]
nec ratio, nec scientia, nec sapientia erun[...]
apud inferos, quo tu properas. inquit Ec[...]
clesiasticus.

Festinationes impiorum.

Pudendum est, hominem, q[...]
se virtutis studiosum profitetur, [...]
Mariæ festinantis imitatorem, aut a[...]
matorem, celeritate superari ab im[...]
pio, cuius sunt *veloces pedes ad effunden*[...]
dum sanguinem, psalmo 12. & *ad m*[...]

Psal. 13. 3. *lum currunt*, Prouerbiorum 1 quiq[...]
Prou. 1. 16.
Ierem. 8. 6. *conuertuntur ad cursum suum, quasi* [...]
quus ad prælium, Ieremiæ 8. Et cui i[...]
circo *iuxta est dies perditionis, & ad*[...]
Deut. 32. 35. *festinant tempora*, quod habetur De[...]
teron. 32. *vt abeat in locum suum*, [...]
Actu. 1. 25. cut Iudas, Actuum 1. Qui sic curr[...]
ac festinat in via iniquitatis, in v[...]
Domini claudicat in vtramque pa[...]
3. Reg. 18. 21 tem: vt est Regum 3. 18. siue pop[...]
Aug. q. 19. in Euan. te, vel pede vtroque: nempe, fid[...]
ac operum, sensu Augustini ac R[...]
Ruper. Mich. 4. perti Abbatis. pertinetque ad ci[...]
Mich. 4. 6. 7. tatem, quam Micheas appellat cla[...]
Greg. 19. mor. cap. 21 dicantem, vel claudicantium. A[...]
fa[...]

ſanè eſt ſimilis Iacobo, vno pede claudo, propter operum defectum, vt Gregorius animaduertit. Caue ne reperiaris inter illos de quibus veridicus Cantor: *Filij alieni inueterati ſunt, & claudicauerunt à ſemitis ſuis.* Sed contrà potius, claudices in via perditionis, vt feſtines per viam mandatorum Dei, ac properes ad virtutis perfectionem, Dominam ad montana feſtinantem ſequens. Per eius enim feſtinationem, vt loquitur D. Bonauentura *ſpiritualiter datur nobis intelligi, quod eſt ei neceſſaria* feſtinatio, *qui vult ad perfectionem attingere.* Qui autem curſum magnâ contentione peragit, nullum videt occurrentium, vt diſſerit D. Chryſoſtomus: omnia tranſit: animum ad curſum intendit: feſtinat ad ſcopum: non ſubſiſtit, donec perueneriṫ.

Pſ.17.46.

Luc.1.

Hom.28. in Gen. ho. 7. ad Heb.

Luna Modulans Maria in domo Zachariæ.

Quod egregiè præſtitit Diua noſtra, quæ non ſubſtitit, donec terminum ſuum attingeret, qui in hac

profectione fuit domus Zachariæ, in qua *Lunam Modulantem* egit, haud minus decorè, quàm in itinere, *Festinantem*. Lunam Modulantem: aut, si mauis, *Modulatam* appello, vel *Modulatricem*, non solùm, quia modulatè, & peculiari quadam concinnitate mouetur. Quo sensu dixit fortasse Tertullianus : *Sol stitionibus annuis, Luna modulationibus menstruis variat*: sed quia modulationes edit suauissimas. Quam, inter reliquas, caussam esse posse initio aiebam, cur Patrona nostra Lunæ comparetur: *Pulchra vt Luna*.

Modulata Modulatrix.

lib. de Pallio c. 2.

Huiusce persuasionis, nequem lateant fundamenta, reuocò Philosophis in memoriam, quod legerunt apud Aristotelem secundo de cælo, existimasse Pythagoram, eiusq; discipulos, ex astrorum circũductu, & primi orbis sphærarumq; septem subiacentium multiplici, ac summæ ꝓportionis motu, admirabilẽ quendam concentũ, & plenã artis, ac suaui-

lib. 2. de cælo, c. 9.

uitatis harmoniam effici. Eiusdem opinationis fuit Plato, qui singulas etiam Sirenas dicebat singulis sphæris insidere, significans sphærarum agitatu, modulationem iucundissimam, veluti per musicæ magistras, effici. Qua imbutus sententia Cicero, Libello de somnio Scipionis, inducit Minorem Africanum, quasi concentum illum auribus vsurparet, ita exclamantem: *Quis hic, quis est qui meas aures complet, tantus, & tam dulcis sonus? Hic est ille, qui interuallis coniunctus imparibus, sed tamen pro rata portione distinctis, impulsu, & motu ipsorum orbium efficitur: qui acuta cum grauibus temperans varios æqualiter concentus efficit.* Quod ex Doctoribus Hebræis, approbat Philo. Nec magnoperè ab eo abhorret è Christianis S. Ambrosius: & magis expressè S. Anselmus. Et sanè, si admittatur in cælis sonus, naturæ à nostro omninò diuersę, qui aëris collisionem non postulet, haud facilè cælestis musicæ patroni refelli poterunt.

Phil. lib. de somniis.
S. Ambros. praef. in comm. in Psal.
S. Ansel. li. de imagine mundi.

Concentus cæli. Sed, quamuis negetur, impulſu motuque aſtrorum ſonum modis temperatum effici: tamen non eſt, quod refugiamus aſſerere, ſeptem planetarum, ac Lunæ præſertim varia motitatione cōcentum edi mortalibus hactenus inauditum, quia ad ſenſum non pertingit, cælitibus tamen: & in terra degentibus, intellectu perceptibilem. Nonne Iob 38. exertè dicitur, *Concentum cæli quis dormire faciet?* quod ad ſonoram muſicā interpretum quidam refert. Quā ſi non probes, admittas tamen oportet harmonicum quid, quo Angeli, homineſque cęleſtia contemplantes mirificè oblectentur. Hunc concentum nulla vis creata impedire poteſt, ideoque nec efficere, vt dormiat, aut quieſcat.

Iob 38.37.

Apud Conimbric. l. 2. cæl. q. 1. art. 2.

Luna chori cæleſtis magiſtra. In hoc autem concentu *Luna* primas obtinet, peritiſsima Muſicæ magiſtra, ac cæleſtis illius chori directrix, vt meritò illi modulatio peculiari ratione attribua-

buatur. Motum enim illius ſi conſideres, eã habet proportionẽ, è quâ, ſi addatur ſonus, artificioſiſſima exiſtat neceſſe eſt muſica. Siquidem, cùm Muſicà, ſit plurium, & diſpariũ ſonorum apta concordantia: Muſica autẽ Planetarum, ſi ſonũ demas, ſit diſpariũ motuũ concinna tẽperatio: in nullius motu maximè diſpari, tanta eſt, tamq́ue notabilis, quanta in Lunæ, concordia.

Nonne maximè diſpares ſũt, mot⁹ velociſſim⁹, ex quo oritur ſonus acutus: & tardiſſimus ex quo grauis? Hi autẽ copulantur à Lunâ, vt iucundiſſimum extet ex acuto & graui lunare biciniũ. Planetarũ enim mot⁹, eſt duplex: Communis, qui & Mundanus dicitur, quo præcipiti cum cælo vertigine ad dexteram, ab ortu in occaſum feruntur: ideoq́; Raptus vocatur: ac Proprius, quo retrò, contrario curſu, ad læuam, ab occaſu in ortum rotantur. Iam verò, proprio motu Luna velociſſime; mun-

dano

dano tardissimè procedit: festinat illo: lentè graditur isto: Illo leuis, isto grauis. An non ex duobus his motibus, si sonus comitetur, vt existimabant veteres, suauis oriatur symphonia? quę non est aliud, quàm duplici sonis, acuti, & grauis, celerisque, ac tardi, aptè nexi concentus. His, si adiungantur alij sideris illius motus, & respondentes soni, non duorum solùm, sed octo, ac plurium sonorum existet modulatio.

Canticum Virginis suauissimum.

Itaque, vt Virginem in Visitationis mysterio cum *Luna festinante*, ob gressuum in itinere accelerationem, ita comparamus eandem cum *Luna-Modulante*, ob iucundissimum pulcherrimumque Canticum; cui nullum par ab vllo musicorum Principe, nõ ab ipso Orpheo, saxa trahente peritiâ musices, componi potuit. O delicatum bicinium! *Magnificat anima mea Dominum*: in quo cum *acuto* diuinæ gloriæ certat *graue* vilitatis humanæ; *Respexit humilitatem Ancillæ*

suæ

sua. In quo, tanta eſt, & tam ſuauis ex alto miſericordiæ, & imo modeſtiæ contemperatio. In quo, non duorũ tantùm, vel octo, ſed innumerabiliũ ſonorum, qualis nec in choro auditur Angelico, & eſt varietas, & perfectio. Nulla vnquam cæleſtis muſica: nulla mundana: nulla vocalis, quæ modulata vocum varietate cõſtat: nulla inſtrumentaria, quæ organis arte ad id compoſitis, tibijs, citharis, hydraulis editur, ita Angelos hominesque ad Deum laudandum allexit: nulla Deo fuit, eritque amænior, quàm Mariana.

Quamobrem non aberrauit à vero, qui Canticum *Magnificat* dulciſſimum & diuiniſsimum eſſe pronunciauit, quod pectus, Spiritu diuino, potẽtias, vireſque vniuerſas animante pleniſſimum effudit. Aut potius, Spiritus ipſe, vt peritiſſimus Pſaltes in pectoris illius vocaliſſimi fidibus ſuauiſsimè luſit. Quid enim aliud dicas eſſe pectus Mariæ verbum bo-

Canticum Magnificat diuiniſsimum.

bonum eructans, quã diuini Spiritu' citharã. Officium certè non abludit, nec figura. Forma enim Citharæ, vt Isido. ſcribit, initio ſimilis fuiſſe traditur pectori humano: quòd, veluti vox de pectore, ita ex ipſa cãtus ederetur: appellataque eadem de cauſsâ. Nam pectus, Dorica lingua κιθάρα vocatur. Cuius ſpecies, Pſaltria, lyra, barbita: An de his citharis fortaſſe intelligendum quod eſt Apoc. 14. *Audiui vocem de cælo, tanquam vocem aquarum multarum: & tanquam vocem tonitrui magni. Et vocem, quam audiui ſicut citharædorum citharizantium in citharis ſuis*: id eſt, ex imo pectore gratos emittentium ſonos: nec enim alias in cælo citharas reperies. Citharam erga Marianam pulſauit Spiritus-ſanctus, dũ pectus illud Diuinitatis inſtrumentum vocale, ad edendum tam artificioſam ſymphoniam impulit. Cuius tot ſunt muſices ſpiritualis peritiſsimorum encomia, vt multitudine ſuâ oſtendant, nullum

Iſido. lib. 2. Orig. c. 21.

Apo. 14. 2.

ſati

ſatis dignum. quod laudes æquet huius præclariſsimi concentus, ſcribi poſſe elogium. Cōpendium quoddã plurimorũ dedit elegans ſcriptor in Hiſtoria Virginali: q̃ ſubiungimus, quia breuius, copiâ ſuperante cōtrahendi dexteritatem, non poſſumus. *Io. Boniſa. lib. 1. ca. 11.*

PETRVS Caniſius ex hæreticis multos enumerat Cantici iſtius eximios laudatores: qui immundiſsimi porci, tamen hanc gemmam preciosiſsimam fædare non audent: Eccleſię filij & dulciſsimum, & diuiniſsimum hoc eſſe canticum aſſeuerant, quod pectus ſancti Spiritus gratia pleniſsimum ructarit. Non deſunt, qui ſequuti Gerſonem, quod vates ille Regius (*Deus canticum nouum cantabo tibi, in Pſalterio decachordo pſallam tibi*) de hoc Mariæ Virginis hymno accipi poſſe putent. Nam verè nouum hoc eſſe canticum, & Pſalterium decachordum, quia decem conſtet verſibus: quorũ duo primi toti⁹ argumēti velut pro-
Cōpendiũ encomiorũ Cantici Magnificat. *Caniſi. lib. 4. ca. 5.* *In duodecim tract. de hoc cãt.* *Pſal c. 45.*

poſi-

poſitionem amplectuntur; tres, qui ſequuntur, tum aduerſus Virginem miſericordiam, tum erga omnem fidelium cætum, Eccleſiamque concelebrant. His proximi tres, Dei potentiam extollunt; duo poſtremi, promiſſorum diuinorum prædicant veritatem. Noui teſtamenti hic primus eſt hymnus, neq; res vacat myſterio, *Exod. 15.* quandoquidē Maria fuit, quæ in veteri lege carmen prima concinuit. Nam poſt mirabilem de Pharaone victoriam, fęminei dux agminis Deo victori laudes publicè decantauit.

Iudith 16. Neque ſolùm in hoc Virginis cātico veterem Mariam, ſed Iudith etiam recognoſcimus, quæ de hoſtibꝰ, diuina virtute ſuperatis, ſuo, ſuæque gentis nomine gratulatorium carmē fudit, & animi lætitiam declarauit. Nullùm eſt in omni Scripturâ canticum, quod cum Virginali hoc carmine comparetur. Etenim, ſiue loquentis in eo Spiritus maieſtatem, ſiue

ſiue loquẽtis in eo Spiritus maieſta- »
tem, ſiue Virginis ſuum Deum lau- »
dantis gratiam affluentem, ſiue ar- »
gumenti præſtantiam contemple- »
mur; omnia in eo ſumma eſſe repe- *Deut. 32.*
riemus. Cantor eſt Moſes: Dauidici *In Threnis*
verſus celebrantur; Salomonis in o- *Iſaie, 8. c.*
re eſt carmen illud nuptiale; Iſaias, *13 cap. 3.*
Ieremias, Ezechias, Tobias, Abacuc, *Reg. 1. c. 2.*
ſua quiſque vel lamenta, vel gaudia *Iudic. 5.*
cantibus ediderunt; Anna cantauit; *Luce 1.*
Debora cecinit; Zacharias linguâ re- *Luce 2.*
ceptâ mirificam protulit cantionẽ; »
Simeonis, viſo Chriſto, cygnea vox »
fuit, & cantus admirandus: ſed his »
omnibus multo ſuauiùs Maria no- »
ſtra modulata eſt, quæ voce præit, »
cùm omnibus diuina ſonantibus, tũ »
maximè virginibus, vt epithalamiũ »
cæleſti ſponſo lætabũdæ modulẽtur. »

Augetur cantici dignitas numero »
ipſo verborum, quę plura Virginis in »
eo, quàm alibi vſquam inuenimus, »
eaque ſapientiſſima Virgo & in Dei »
laudibus admodum exercitata, ex »

arcano

nus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erunt apud inferos, quo tu properas. inquit Ecclesiasticus.

Festinationes impiorum. Pudendum est, hominem, qui se virtutis studiosum profitetur, & *Mariæ festinantis* imitatorem, aut amatorem, celeritate superari ab impio, cuius sunt *veloces pedes ad effundendum sanguinem*, psalmo 12. & *ad malum currunt*, Prouerbiorum 1 quique *conuertuntur ad cursum suum, quasi equus ad prælium*, Ieremiæ 8. Et cui idcirco *iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora*, quod habetur Deuteron. 32. *vt abeat in locum suum*, sicut Iudas, Actuum 1. Qui sic currit, ac festinat in via iniquitatis, in via Domini claudicat in vtramque partem: vt est Regum 3.18. siue poplite, vel pede vtroque: nempe, fidei, ac operum, sensu Augustini ac Ruperti Abbatis. pertinetque ad ciuitatem, quam Micheas appellat claudicantem, vel claudicantium. Aut sanè

Psal. 13. 3. *Prou.* 1. 16. *Ierem.* 8. 6. *Deut.* 32. 35. *Actu.* 1. 25. 3. *Reg.* 18. 21 *Aug.* q. 19. *in Euan.* *Ruper.* *Mich.* 4. *Mich.* 4. 6. 7. *Greg.* 19. *mor. cap.* 21

ſanè eſt ſimilis Iacobo, vno pede claudo, propter operum defectum, vt Gregorius animaduertit. Caue ne reperiaris inter illos de quibus veridicus Cantor: *Filij alieni inueterati ſunt, & claudicauerunt à ſemitis ſuis.* Sed contrà potius, claudices in via perditionis, vt feſtines per viam mandatorum Dei, ac properes ad virtutis perfectionem, Dominam ad montana feſtinantem ſequens. Per eius enim feſtinationem, vt loquitur D. Bonauentura *ſpiritualiter datur nobis intelligi, quod eſt ei neceſſaria* feſtinatio, *qui vult ad perfectionem attingere.* Qui autem curſum magnâ contentione peragit, nullum videt occurrentium, vt diſſerit D. Chryſoſtomus: omnia tranſit: animum ad curſum intendit; feſtinat ad ſcopum: non ſubſiſtit, donec peruenerit.

Pſ. 17. 46.

Luc. 1.

Hom. 28. in Gen. ho. 7. ad Heb.

Luna Modulans Maria in domo Zacharia.

Quod egregiè præſtitit Diua noſtra, quæ non ſubſtitit, donec terminum ſuum attingeret, qui in hac

profectione fuit domus Zachariæ
in qua *Lunam Modulantem* egit, hauc
minus decorè, quàm in itinere, *Festi-*
nantem. Lunam Modulantem: aut, s
mauis, *Modulatam* appello, vel *Modu-*
latricem, non solùm, quia modulatè
& peculiari quadam concinnitat
mouetur. Quo sensu dixit fortasl
Tertullianus : *Solstitionibus annui*
Luna *modulationibus menstruis varia*
sed quia modulationes edit suauissi
mas. Quam, inter reliquas, caussa
esse posse initio aiebam, cur Patro
na nostra Lunæ comparetur: *Pulchr*
vt Luna.

Modulata Modulatrix.

lib. de Pallio c. 2.

Huiusce persuasionis, neque
lateant fundamenta, reuocò Ph
losophis in memoriam, quod leg
runt apud Aristotelem secundo d
cælo, existimasse Pythagoram, eius
discipulos, ex astrorum circũduct
& primi orbis sphærarumq; septe
subiacentium multiplici, ac summ
ꝓportionis motu, admirabilẽ que
dam concentũ, & plenã artis, ac sũ

lib. 2. de cælo, c. 9.

tiitatis harmoniam effici. Eiusdem opinationis fuit Plato, qui singulas etiam Sirenas dicebat singulis sphæris insidere, significans sphærarum agitatu, modulationem iucundissimam, veluti per musicæ magistras, effici. Qua imbutus sententia Cicero, Libello de somnio Scipionis, inducit Minorem Africanum, quasi concentum illum auribus vsurparet, ita exclamantem: *Quis hic, quis est qui meas aures complet, tantus, & tam dulcis sonus? Hic est ille, qui interuallis coniunctus imparibus, sed tamen pro rata portione distinctis, impulsu, & motu ipsorum orbium efficitur: qui acuta cum grauibus temperans varios æqualiter concentus efficit.* Quod ex Doctoribus Hebræis, approbat Philo. Nec magnoperè ab eo abhorret è Christianis S. Ambrosius: & magis expresse S. Anselmus. Et sanè, si admittatur in cælis sonus, naturæ à nostro omninò diuersę, qui aëris collisionem non postulet, haud facilè cælestis musicæ patroni refelli poterunt.

Phil. lib. de somniis.
S. Ambros. præf. in comm. in Psal.
S. Ansel. li. de imagine mundi.

buatur. Motum enim illius si consideres, eā habet proportionē, è quâ, si addatur sonus, artificiosissima existat necesse est musica. Siquidem, cùm Musicà, sit plurium, & dispariū sonorum apta concordantia: Musica autē Planetarum, si sonū demas, sit dispariū motuū concinna tēperatio: in nullius motu maximè dispari, tanta est, tamque notabilis, quanta in Lunæ, concordia.

Nonne maximè dispares sūt, mot⁹ velocissim⁹, ex quo oritur sonus acutus: & tardissimus ex quo grauis? Hi autē copulantur à Lunâ, vt iucundissimum extet ex acuto & graui lunare biciniū. Planetarū enim mot⁹, est duplex: Communis, qui & Mundanus dicitur, quo præcipiti cum cælo vertigine ad dexteram, ab ortu in occasum feruntur: ideoq; Raptus vocatur: ac Proprius, quo retrò, contrario cursu, ad læuam, ab occasu in ortum rotantur. Iam verò, proprio motu Luna velocissime; mun-
dano

dano tardissimè procedit: festi
illo: lentè graditur isto: Illo leuis; i
grauis. An non ex duobus his m
tibus, si sonus comitetur, vt exi
mabant veteres, suauis oriatur sy
phonia? quę non est aliud, quàm d
plici sonis, acuti, & grauis, celerisq
ac tardi, aptè nexi concentus. His
adiungantur alij sideris illius m
tus, & respondentes soni, non du
rum solùm, sed octo, ac plurium s
norum existet modulatio.

Canticum Virginis suauissimum. Itaque, vt Virginem in Visitati
nis mysterio cum *Luna festinante*,
gressuum in itinere accelerationer
ita comparamus eandem cum *Lun*
Modulante, ob iucundissimum p
cherrimumque Canticum; cui n
lum par ab vllo musicorum Prin
pe, nō ab ipso Orpheo, saxa trahe
te peritiâ musices, componi potu
O delicatum bicinium! *Magnificat*
nima mea Dominum: in quo cum *ac*
diuinæ gloriæ certat *graue* vilita
humanæ: *Respexit humilitatem Anci*
su

suæ. In quo, tanta est, & tam suauis ex alto misericordiæ, & imo modestiæ contemperatio. In quo, non duorũ tantùm, vel octo, sed innumerabiliũ sonorum, qualis nec in choro auditur Angelico, & est varietas, & perfectio. Nulla vnquam cælestis musica: nulla mundana: nulla vocalis, quæ modulata vocum varietate cõstat: nulla instrumentaria, quæ organis arte ad id compositis, tibijs, citharis, hydraulis editur, ita Angelos hominesque ad Deum laudandum allexit: nulla Deo fuit, eritque amænior, quàm Mariana.

Quamobrem non aberrauit à vero, qui Canticum *Magnificat* dulcissimum & diuinissimum esse pronunciauit, quod pectus, Spiritu diuino, potẽtias, viresque vniuersas animante plenissimum effudit. Aut potius, Spiritus ipse, vt peritissimus Psaltes in pectoris illius vocalissimi fidibus suauissimè lusit. Quid enim aliud dicas esse pectus Mariæ verbum *Canticum Magnificat diuinissimum.*

bo-

bonum eructans, quã diuini Spiritꝰ citharã. Officium certè non abludit, nec figura. Forma enim Citharæ, vt Isido. scribit, initio similis fuisse traditur pectori humano: qꝫ, veluti vox de pectore, ita ex ipsa cãtus ederetur: appellataque eadem de causâ. Nam pectus, Dorica lingua κιθάρα vocatur. Cuius species, Psaltria, lyra, barbita: An de his citharis fortasse intelligendum quod est Apoc. 14. *Audiui vocem de cælo, tanquam vocem aquarum multarum: & tanquam vocem tonitrui magni. Et vocem, quam audiui sicut citharædorum citharizantium in citharis suis*: id est, ex imo pectore gratos emittentium sonos: nec enim alias in cælo citharas reperies. Citharam erga Marianam pulsauit Spiritus-sanctus, dũ pectus illud Diuinitatis instrumentum vocale, ad edendum tam artificiosam symphoniam impulit. Cuius tot sunt musices spiritualis peritissimorum encomia, vt multitudine suâ ostendant, nullum

Isido. lib. 2. Orig c. 21.

Apo. 14. 2.

satis

ſatis dignum.quod laudes æquet huius præclariſsimi concentus, ſcribi poſſe elogium. Cõpendium quoddã plurimorũ dedit elegans ſcriptor in Hiſtoria Virginali: ꝙ ſubiungimus, quia breuius,copiâ ſuperante cõtrahendi dexteritatem, non poſſumus. *Io. Boniſa. lib.1.ca.11.*

PETRVS Caniſius ex hæreticis multos enumerat Cantici iſtius eximios laudatores: qui immundiſsimi porci, tamen hanc gemmam precioſiſsimam fœdare non audent:Eccleſię filij & dulciſsimum, & diuiniſsimum hoc eſſe canticum aſſeuerant, quod pectus ſancti Spiritus gratia pleniſsimum ructarit. Non deſunt, qui ſequuti Gerſonem,quod vates ille Regius (*Deus canticum nouum cantabo tibi, in Pſalterio decachordo pſallam tibi*) de hoc Mariæ Virginis hymno accipi poſſe putent. Nam verè nouum hoc eſſe canticum, & Pſalterium decachordum, quia decem conſtet verſibus: quorũ duo primi toti⁹ argumẽti velut propoſi- *Cõpendiũ encomiorũ Cantici Magnificat. Caniſi.lib. 4.ca.5. In duodecim tract. de hoc cãt· Pſal c.45.*

„ positionem amplectuntur; tres, qui
„ sequuntur, tum aduersus Virginem
„ misericordiam, tum erga omnem fi-
„ delium cætum, Ecclesiamque con-
„ celebrant. His proximi tres, Dei po-
„ tentiam extollunt; duo postremi,
„ promissorum diuinorum prædicant
„ veritatem. Noui testamenti hic pri-
„ mus est hymnus, neq; res vacat my-
Exod. 15. sterio, quandoquidẽ Maria fuit, quæ
„ in veteri lege carmen prima conci-
„ nuit. Nam post mirabilem de Pha-
„ raone victoriam, fęminei dux agmi-
„ nis Deo victori laudes publicè de-
„ cantauit.

Iudith 16. Neque solùm in hoc Virginis cã-
„ tico veterem Mariam, sed Iudith et-
„ iam recognoscimus, quæ de hostib⁹,
„ diuina virtute superatis, suo, suæque
„ gentis nomine gratulatorium carmẽ
„ fudit, & animi lætitiam declarauit.
„ Nullum est in omni Scripturâ canti-
„ cum, quod cum Virginali hoc car-
„ mine comparetur. Etenim, siue lo-
„ quentis in eo Spiritus maiestatem,
siue

ſiue loquẽtis in eo Spiritus maieſta- ”
tem, ſiue Virginis ſuum Deum lau- ”
dantis gratiam affluentem, ſiue ar- ”
gumenti præſtantiam contemple- ”
mur; omnia in eo ſumma eſſe repe- *Deut. 32.*
riemus. Cantor eſt Moſes: Dauidici *In Threnis*
verſus celebrantur; Salomonis in o- *Iſaiæ, 8. c.* *13 cap. 3.*
re eſt carmen illud nuptiale; Iſaias, *Reg 1. c. 2.*
Ieremias, Ezechias, Tobias, Abacuc, *Iudic. 5.*
ſua quiſque vel lamenta, vel gaudia *Lucæ 1.*
cantibus ediderunt; Anna cantauit; *Lucæ 2.*
Debora cecinit; Zacharias linguâ re- ”
ceptâ mirificam protulit cantionẽ; ”
Simeonis, viſo Chriſto, cygnea vox ”
fuit, & cantus admirandus: ſed his ”
omnibus multo ſuauiùs Maria no- ”
ſtra modulata eſt, quæ voce præit, ”
cùm omnibus diuina ſonantibus, tũ ”
maximè virginibus, vt epithalamiũ ”
cæleſti ſponſo lætabũdæ modulẽtur. ”

Augetur cantici dignitas numero ”
ipſo verborum, quę plura Virginis in ”
eo, quàm alibi vſquam inuenimus, ”
eaque ſapientiſſima Virgo & in Dei ”
laudibus admodum exercitata, ex ”

arcano

„ arcano pectore ad totius Ecclesia
„ tilitatem, voluptatemque depro
„ sit, quod sanè pium studium cæle
„ que institutum Deo gratias agen
„ laudesque diuinas assiduè celebr
ad Thess. 2. & 5. 2. ad Thess. 2. di D. Paulus in suis Epistolis requ
à Christianis. Quod Deipara no
ædibus tantùm Zachariæ, sed vb
„ etiã locorum, atq; terrarũ factita
„ omneq; tẽpus in sui auctoris la
„ contriuit. Quamobrẽ hunc hym
„ Ecclesia tãti faciendũ censuit, vt n
„ lum sine illo diẽ abire patiatur. H
„ augustissimo carmine templa qu
„ die personant, sacrisq; initiati, in
„ spertinis precibus totidem verbi
„ Mariâ iubentur laudare Deũ, atq
„ ius facta mirabili hoc dicendi gen
„ celebrare. Est etiã in more positũ
„ Christian⁹ populus, religionis er
„ hunc audiens hymnũ, reuerenter
„ surgat, atq; Deũ præpotentẽ stans
„ nudo capite veneretur, Christiq
„ beratoris, ac vindicis, qui de sinu
„ tris, in vterũ illapsus est Virginis,

gula

gulare beneficium, grato animo recolat memoriaque renouet sempiternâ. Hunc veterē Ecclesiæ morē de hymno Virginis in vespertinis precibus concinendo, Beda cõmemorat. „

Quidam nostri aduersarij (quorum nomina, vt cũ eis obsignatis, vt aiunt, tabellis, agat, Canisi⁹ explicat) hoc idē Mariæ Canticũ ita admirantur, vt in eius singulis versib⁹, mirifica rerũ pondera cõtineri fateantur. Quidã alij eiusdē Cantici eloquutionē, & dictionem cõmendandi, atque laudandi finē non faciunt, quæ quotidianã orationē longè superet, figurisq; & sententijs locuples enitescat. Est etiã inuentus hæreticus, qui cùm eundē hunc hymnum suspexisset, illum eius esse vsum diceret, vt cognitâ magnificentissimi Dei nostri misericordiâ, credamus; perspectâ Numinis potentiâ, timeamus; consideratâ veritate, speremus; atque adeò exspectemus patienter quæcumque à Deo nobis meminerimus „

In c. 1. Luc. hom. de visitat.
Ibidem.

esse

„ esse promissa. Atque his de causis, in-
„ quit ille, Ecclesia vetus instituit, vt
„ quotidie hac Virgineum carmen in
„ cætu piorum caneretur. Hæc pro-
„ptereà repetimus, vt aduersarij suis
„ etiam telis configantur, cùm ipsâ co-
„ acti veritate, antiquos laudant or-
„ thodoxos, à quorum religione per-
„ fidiosissimè defecerant.

Patrona imitanda. Sed nos Patronam optimam, hodierno die iter arripientem in montana, auidè, vt mihi persuadeo, mentibus consectati, post hac, moribus per imitationem benè formatis, ita exprimere conemur, vt nullis difficultatum, velut montium asperitatibus, nulla diffidentiæ, ceu vallium profunditate impediti, viam mandatorum Dei, *cum festinatione*, alacritatis indice, curramus: & suauissimũ, non tam vocum, quàm virtutum concordiâ, Deoque gratissimum concentum modulemur. Ad quod, vt omnibus nobis, qui in Sodalitate Marianâ, tot annis singularem Tui cul-

cultum profitemur, vires suppetant, nec voluntas desit:

O curre, ô propera Maria Luna.
Curre Mystica Luna, Luna *velox.*
Illucere tuæ Sodalitati.



NOTAE.

COmparauimus velocitatem festinantis Dominæ Mariæ, cum velocitate motus lunaris: imò reliquorum siderum; quæ penè est incomprehensibilis. Siquidem Sol, iuxta Astronomos, singulis horis, plusquam vndecies centena millia milliarium peragit. Vna verò stella sphæræ octauæ, circa æquinoctialem, eorundem Astronomorum iudicio, vnâ horâ percurrit, supra quadraginta duos milliones milliarium. Scilicet, quantum eques quotidie quadraginta milliaria percurrens, annis bis mille nongentis vix conficeret. Quanta igitur supremæ sphæræ mobilis erit pernicitas? Nam hæc incomparabiliter est altior: cum hæc Astronomi demonstrent duos cælos inter illā

velocitatis siderũ penè incredibilis. *Sol* 1100000. 42000000. 2900.

& octauam intercedere. Lege Clauium
Sphæram. Ex quo Leonard. Leßius lib.
de Perfectionibus Dei cap. 8.

Idem lib. 5. cap. 2. Sol singulis ho
conficit plus quam 1160000. milliar
id est, vndecies centena millia, &
xaginta millia. Vel, vt Arithmetico m
loquar, vnum millionem & centum
xaginta millia milliarium: cum sit m
ior tota terra 160. Stellæ circa A
quinoctialem, vt quæ in Cingulo
rionis singulis horis plusquam 42. milli
nes milliarium percurrunt. Quis ta
tam velocitatem animo concipiat? Na
tanta est, vt per eam intra spacium sal
tationis Angelicæ septies terra circuiri p
set. Vide eundem, lib. 1. de Prouidentia N
minis, Ratione tertiâ.

Argumentũ idẽ tractat Simon Maiol
Colloquio 1. Caniculariũ. ex quo ista acc
Admirandũ maximè sidera adeò ingẽti
quæ cẽties quindecies excedunt terræ ma
nitudinẽ, tã celeriter moueri Nã suo mo
anteuertunt vehementiam globorum, q
ab æneis tum paruis, tum maximis torm
ti

cis, igne immisso, excluduntur: imò longissimè excedunt sua celeritate etiam cælestiũ fulgurum è nubibus emissorum impetũ: & in eo motu, per dies ac noctes semper perseuerant, cũ tamẽ nostris oculis stare, & immobilia esse videantur magno miraculo. Id deprehenderunt periti ex toto primi mobilis ambitu. Eius enim orbis totus diametræ terræ cõtinet quadraginta nouẽ millia septingenta triginta quatuor, plus minus, quæ conficiunt milliariorũ milliones quadringentos, cum decem, dimidio, & eo amplius, idq; totũ spatium conficitur (admirandũ) interuallo diei vnius integri. Cùm igitur horis viginti quatuor, tantam circuli longitudinem sydera illa percurrendo conficiant: consequens est, per singulas horas percurrere diametra terræ duo millia quadraginta octoginta nouem plus minus; id est, milliariorũ milliones septendecim, & eo amplius. Ac per singula horarũ minuta, id est, per sexagesimam horæ partem, percurrere vnum & quadraginta, cum dimidio, diametra terræ; quin minori temporis spatio, id est, momento (quæ est horæ

centesima, & octogesima pars) cõficiunt suo cursu quatuordecim ferè diametra terræ, quæ cõplectuntur nonaginta sex millia, ducenta, & eo amplius Italicorũ milliariorũ. Oẽs enim hos numeros viri docti, in Astronomiâ peritissimi deprehẽderunt. Videndus Franciscus Iustinus, Georgius Reischer, Alexãder Picolomineus, Christophorus Clauius, cũ reliquis, quos illi cõmemorarunt. Nã hominibus in Mathesi versatis vt olim Babylonis, & AEgyptijs, valdè deferendũ esse in hisce rebus scribit Aristot. lib. de cælo, 2. tex. 60.

Cum igitur à nonâ Sphærâ distributis per singulos dies sexaginta milliaribus, distantia terræ tanta sit, vt confici ab itinerante nõ possit minore spatio, quam bis mille, nõgẽtis, octoginta duob⁹, & eo amplius annis; perspicuè cõsequẽs est, si tantũmodò per singulos dies assignemus viginti milliaria itineranti, hoc omne spatium à nonâ sphæra, vsq; in terrã non cõficiet nouẽ annorũ millibus circiter. Ergo si à cõdito orbe, per scalã à nona sphæra fingamus aliquẽ recta linea cæpisse descẽdere versus terrã, si viginti

tan-

tantum milliaria quotidie cõfecerit, hodie nondum peruenire potuisset in terram, nec peruenire poterit etiam post multa annorum millia.

Non tantum Virgo B. expreßit velocitatem motus siderum; sed varietatem quoque, quam Astrologi docent. Breuiter. Singuli Planetarum orbes suos habent peculiares motus, tardiores, vel celeriores, suisq; temporibus, vel momentis constitutos ambitus suos peragunt. Et cum singuli suo nutu ab Occidente tendant in Orientem: nihilominus à primo Mobili rapiuntur omnes quasi in contrarium: nimirum, ab Oriente in Occidentem. Hic tamen raptus, proprios illorum motus non impedit, nec perturbat, sed optimè cum illis ita contemperatur, vt vno tantum motu cieri videantur. Plura alia de motibus Planetarũ in epicyclis de motu octauæ sphæræ proprio, & de motu trepidationis disserunt Mathematici scitu digna. Inquirunt etiam, An Planetæ proprium impetum habeant, quo ab occidẽte concitentur: an solũ ita moueri videantur, quod magis, vel minus à sphæra suprema rapiantur. *Varietas motus siderum.*

Æquali-tas motus in Sideri-bus.

Huc etiam aduocanda est Æquali-tas motus Siderum, quæ progressui Dei-para facilè accommodatur. Mirandum est, quod nulla tot seculis notata sit i-cælorum motu anomalia, sed sempe-eodem tenore, & pari celeritatis men-surâ processerunt, hodieque procedan-Quamuis autem Planetæ videantur ha-bere interdum motus inæquabiles ratio-ne epicyclorum: & maioris ac mi-noris elationis super terram; tame-hæc non est vera inæqualitas: sed so-lùm respectu centri terræ. Nam e-ipsi epicycli semper eadem velocitate cir-ca centrum suum, ac orbes deferent-circa suum æqualiter gyrantur: nu-vnquam tempore, vel ad momentu-quiescunt: nullo velociùs, aut tar-diùs procedunt: sed eodem tenore, ea-dem semper pernicitate circumuolant. Quæ fieri non posse tam accuratè n-immediatè à Dei potentia regantur, e-circumuoluantur existimat Leonard-Leßius lib. II. de Perfectionibus Dei cap-octauo.

Mor

Motus celeritas deprehenditur tum ex comparatione motus eiusdem, aut simi-lis velocitatis: tum ex collatione cum tardißimo. Vide in Opticis Aguillonium lib. 3. Proposit. 52. Hoc locum quoque habet in motu spirituali. Quare optimè instituitur collatio festinantis Virginis cum tardißimè progredientibus in via perfectionis mortalibus. Cuius tarditatis multa sunt symbola. Duo præ ceteris perquam illustria, Testudo, *&* Cancer; *quibus adiungit S.* Nazianzenus *Carmine de Virginitate* Anguem.

Motus celeritas deprehenditur ex tarditate alterius.

Testudo. Cancer. Anguis.

Quantisper tarda, quæso, Testudinis instar,
Aut velut obliquo gradientes tramite Cancri,
Aut per humum oblongi, velut Angues membra trahentes.
Oblique, pressi vinctis pondere carnis.

Remora Carmine ad Virgines.

Idem *carnem idcirco vocat poëticè* Re-*moram, quæ nauis cursum remoratur.*

Ne vitæ ipsa tuæ, immittas echeneida, carnem,

„ arcano pectore ad totius Ecclesiæ v-
„ tilitatem, voluptatemque depromp-
„ sit, quod sanè pium studium cæleste-
„ que institutum Deo gratias agendi,
„ laudesque diuinas assiduè celebran-
ad Thess. 2. & 5. 2. ad Thess. 2. di D. Paulus in suis Epistolis requirit à Christianis. Quod Deipara non in ædibus tantùm Zachariæ, sed vbiq;
„ etiã locorum, atq; terrarũ factitauit,
„ omneq; tẽpus in sui auctoris laude
„ contriuit. Quamobrẽ hunc hymnũ
„ Ecclesia tãti faciendũ censuit, vt nul-
„ lum sine illo diẽ abire patiatur. Hoc
„ augustissimo carmine templa quoti-
„ die personant, sacrisq; initiati, in ve-
„ spertinis precibus totidem verbis cũ
„ Mariâ iubentur laudare Deũ, atq; e-
„ ius facta mirabili hoc dicendi genere
„ celebrare. Est etiã in more positũ, vt
„ Christian⁹ populus, religionis ergò,
„ hunc audiens hymnũ, reuerenter as-
„ surgat, atq; Deũ præpotentẽ stans, &
„ nudo capite veneretur, Christiq; li-
„ beratoris, ac vindicis, qui de sinu Pa-
„ tris, in vterũ illapsus est Virginis, sin-

gulare beneficium, grato animo recolat memoriaque renouet sempiternâ. Hunc veterẽ Ecclesiæ morẽ de hymno Virginis in vespertinis precibus concinendo, Beda cõmemorat.

Quidam nostri aduersarij (quorum nomina, vt cũ eis obsignatis, vt aiunt, tabellis, agat, Canisi⁹ explicat) hoc idẽ Mariæ Canticũ ita admirantur, vt in eius singulis versib⁹, mirifica rerũ pondera cõtineri fateantur. Quidã alij eiusdẽ Cantici eloquutionẽ, & dictionem cõmendandi, atque laudandi finẽ non faciunt, quæ quotidianã orationẽ longè superet, figurisq; & sententijs locuples enitescat. Est etiã inuentus hæreticus, qui cùm eundẽ hunc hymnum suspexisset, illum eius esse vsum diceret, vt cognitâ magnificentissimi Dei nostri misericordiâ, credamus; perspectâ Numinis potentiâ, timeamus; consideratâ veritate, speremus; atque adeò exspectemus patienter quæcumque à Deo nobis meminerimus

In c.1. Luc. hom. de visitat.

ibidem.

esse

„ esse promissa. Atque his de causis, in-
„ quit ille, Ecclesia vetus instituit, vt
„ quotidie hac Virgineum carmen in
„ cætu piorum caneretur. Hæc pro-
„ pterea repetimus, vt aduersarij suis
„ etiam telis configantur, cùm ipsâ co-
„ acti veritate, antiquos laudant or-
„ thodoxos, à quorum religione per-
„ fidiosissimè defecerant.

Patrona imitanda.

Sed nos Patronam optimam, hodierno die iter arripientem in montana, auidè, vt mihi persuadeo, mentibus consectati, post hac, moribus per imitationem benè formatis, ita exprimere conemur, vt nullis difficultatum, velut montium asperitatibus, nulla diffidentiæ, ceu vallium profunditate impediti, viam mandatorum Dei, *cum festinatione*, alacritatis indice, curramus: & suauissimũ, non tam vocum, quàm virtutum concordiâ, Deoque gratissimum concentum modulemur. Ad quod, vt omnibus nobis, qui in Sodalitate Marianâ, tot annis singularem Tui cul-

cultum profitemur, vires suppetant, nec voluntas desit:

O curre, ô propera Maria Luna.

Curre Mystica Luna, Luna *velox.*

Illucere tuæ Sodalitati.



NOTAE.

COmparauimus velocitatem festinantis Dominæ Mariæ, cum velocitate motus lunaris: imò reliquorum siderum; quæ penè est incomprehensibilis. Siquidem Sol, iuxta Astronomos, singulis horis, plusquam vndecies centena millia milliarium peragit. Vna verò stella sphæræ octauæ, circa æquinoctialem, eorundem Astronomorum iudicio, vnâ horâ percurrit, supra quadraginta duos milliones milliarium. Scilicet, quantum eques quotidie quadraginta milliaria percurrens, annis bis mille nongentis vix conficeret. Quanta igitur supremæ sphæræ mobilis erit pernicitas? Nam hæc incomparabiliter est altior: cum hæc Astronomi demonstrent duos cælos inter illã

velocitatis siderũ penè incredibilis.

Sol 1100000.

42000000.

2900.

& octauam intercedere. Lege Clauium i Sphæram. Ex quo Leonard. Leßius lib. 1 de Perfectionibus Dei cap. 8.

Idem lib. 5. cap. 2. Sol singulis hor conficit plus quam 1160000. milliar id est, vndecies centena millia, & s xaginta millia. Vel, vt Arithmetico mo loquar, vnum millionem & centum s xaginta millia milliarium: cum sit ma ior tota terra 160. Stellæ circa Æ quinoctialem, vt quæ in Cingulo O rionis singulis horis plusquam 42. milli nes milliarium percurrunt. Quis ta tam velocitatem animo concipiat? Na tanta est, vt per eam intra spacium sal tationis Angelicæ septies terra circuiri po set. Vide eundem, lib. 1. de Prouidentia N minis, Ratione tertiâ.

Argumentũ idẽ tractat Simon Maiol Colloquio 1. Caniculariũ, ex quo ista acci Admirandũ maximè sidera adeò ingẽti quæ cẽties quindecies excedunt terræ ma nitudinẽ, tã celeriter moueri Nã suo mo anteuertunt vehementiam globorum, q ab æneis tum paruis, tum maximis torm

cis, igne immisso, excluduntur: imò longissimè excedunt sua celeritate etiam cælestiũ fulgurum è nubibus emissorum impetũ: & in eo motu, per dies ac noctes semper perseuerant, cũ tamẽ nostris oculis stare, & immobilia esse videantur magno miraculo. Id deprehenderunt periti ex toto primi mobilis ambitu. Eius enim orbis totus diametra terræ cõtinet quadraginta nouẽ millia septingenta triginta quatuor, plus minus, quæ conficiunt milliariorũ milliones quadringentos, cum decem, dimidio, & eo amplius, idq; totũ spatium conficitur (admirandũ) interuallo diei vnius integri. Cùm igitur horis viginti quatuor, tantam circuli longitudinem sydera illa percurrendo conficiant: consequens est, per singulas horas percurrere diametra terræ duo millia quadraginta octoginta nouem plus minus; id est, milliariorũ milliones septendecim, & eo amplius. Ac per singula horarũ minuta, id est, per sexagesimam horæ partem, percurrere vnum & quadraginta, cum dimidio, diametra terræ; quin minori temporis spatio, id est, momento (quæ est horæ

centesima, & octogesima pars) cõficiunt su
cursu quatuordecim ferè diametra terræ
quæ cõplectuntur nonaginta sex millia, du
centa, & eo amplius Italicorũ milliariorũ
Oẽs enim hos numeros viri docti, in Astro
nomiâ peritissimi deprehẽderunt. Videdu
Franciscus Iustinus, Georgius Reischer, A
lexãder Picolomineus, Christophorus Cla
uius, cũ reliquis, quos illi cõmemorarunt
Nã hominibus in Mathesi versatis vt olim
Babylonis, & AEgyptijs, valdè deferendu
esse in hisce rebus scribit Aristot. lib. de cælo
2. tex. 60.

Cum igitur à nonâ Sphærâ distributis pe
singulos dies sexaginta milliaribus, distan-
tia terræ tanta sit, vt confici ab itinerant
nõ poßit minore spatio, quam bis mille, nõ-
gẽtis, octoginta duob⁹, & eo amplius annis
perspicuè cõsequẽs est, si tantũmodò per sin-
gulos dies aßignemus viginti milliaria iti-
neranti, hoc omne spatium à nonâ sphæra
vsq; in terrã non cõficiet nouẽ annorũ mil-
libus circiter. Ergo si à cõdito orbe, per sca-
lã à nona sphæra fingamus aliquẽ recta li-
nea cæpisse descẽdere versus terrã, si vigint

tan-

tantum milliaria quotidie cōfecerit, hodie nondum peruenire potuisset in terram, nec peruenire poterit etiam post multa annorum millia.

Varietas motus siderum.

Non tantum Virgo B. expreßit velocitatem motus siderum; sed varietatem quoque, quam Astrologi docent. Breuiter. Singuli Planetarum orbes suos habent peculiares motus, tardiores, vel celeriores, suisq; temporibus, vel momentis constitutos ambitus suos peragunt. Et cum singuli suo nutu ab Occidente tendant in Orientem: nihilominus à primo Mobili rapiuntur omnes quasi in contrarium: nimirum, ab Oriente in Occidentem. Hic tamen raptus, proprios illorum motus non impedit, nec perturbat, sed optimè cum illis ita contemperatur, vt vno tantum motu cieri videantur. Plura alia de motibus Planetarū in epicyclis de motu octauæ sphæræ proprio, & de motu trepidationis disserunt Mathematici scitu digna. Inquirunt etiam, An Planetæ proprium impetum habeant, quo ab occidēte concitentur: an solū ita moueri videantur, quod magis, vel minus à sphæra suprema rapiantur.

Æqualitas motus in Sideribus.

Huc etiam aduocanda est Æqualitas motus Siderum, quæ progressui Deiparæ facilè accommodatur. Mirandum est, quod nulla tot seculis notata sit in cælorum motu anomalia, sed semper eodem tenore, & pari celeritatis mensurâ processerunt, hodieque procedant. Quamuis autem Planetæ videantur habere interdum motus inæquabiles ratione epicyclorum: & maioris ac minoris elationis super terram; tamen hæc non est vera inæqualitas: sed solùm respectu centri terræ. Nam & ipsi epicycli semper eadem velocitate circa centrum suum, ac orbes deferentes circa suum æqualiter gyrantur: nullo vnquam tempore, vel ad momentum quiescunt: nullo velociùs, aut tardiùs procedunt: sed eodem tenore, eadem semper pernicitate circumuolant. Quæ fieri non posse tam accuratè nisi immediatè à Dei potentia regantur, & circumuoluantur existimat Leonardus Leßius lib. 11. de Perfectionibus Dei cap. octauo.

Motus celeritas deprehenditur tum ex comparatione motus eiusdem, aut simi- lis velocitatis : tum ex collatione cum tardißimo. Vide in Opticis Aguillonium lib. 3. Proposit. 52. Hoc locum quoque habet in motu spirituali. Quare optimè instituitur collatio festinantis Virginis cum tardißimè progredientibus in via perfectionis mortalibus. Cuius tarditatis multa sunt symbola. Duo præ ceteris perquam illustria, Testudo, *&* Cancer; *quibus adiungit S. Nazianzenus Carmine de Virginitate* Anguem.

Motus celeritas deprehenditur ex tarditate alterius.

Testudo. Cancer. Anguis.

Quantisper tarda, quæso, Testudinis instar,
Aut velut obliquo gradientes tramite Cancri,
Aut per humum oblongi, velut Angues membra trahentes.
Oblique, preßi vinctis pondere carnis.

Remora Carmine ad Virgines.

Idem carnem idcirco vocat poëticè Re- *moram, quæ nauis cursum remoratur.*

Ne vitæ ipsa tuæ, immittas echeneida, carnem,

Quæ velut iniecta properantem compede puppim
Detinet, ac tantam cogit subsistere molem.

Quo circa monet ad properandum:

---- Ad cetera magno

Tende gradu, semper scandens spectansque priora.
Stare loco mala res; ergo torpore remoto.
Vt capias propera, donec virtutis ad arcem
Supremumque gradum perueneris auspice Christo.

Animal Brasilicũ Pigritia *Sed nullum fortasse est animal, quod æquè hominis tarditatem exprimit, quàm illud* Brasilicum, *quod ita describit* Ioan. *Petrus* Maffeius *lib.* 11. Historiarum *Indicarum.* Valdè inusitata & effigie, & naturâ est animal, quod ab re ipsâ, Lusitani *Pigritiam* appellant: Cerigonum ferè magnitudine, sed rostro fœdiore ad aspectum, & vnguibus ad digitorum similitudinem prominentibus. Huic, ex occipitio existens coma ceruicem velat; lentoque

toque ipsa ventris adipe verrit humum; neq; vnquam in pedes exsurgit: denique tam tardè mouetur, vt quindecim ipsis diebus ad lapidis ictum continuo tractu vix prodeat. Victitat arborum folijs, & in earum cacuminibus degit plerumque: quarum in ascensu biduum circiter, tantundem in descensu ponit: neque verò adhortationibus tantùm aut minis, sed ne plagis quidem fustibusue bestiam, vel tantillum de insitâ ignauiâ ac tarditate dimoueas.

Ad Lunam Modulantem spectant quæ commenti sunt veteres de Musica cælorum. De qua legendus Boëtius li. 1. de Musica ca. 10. Plini lib. 2. natural. histor. cap. 22. Ptolomæus lib. 3. de Musica S. Augustinus eodem titulo. Cicero in Somnio Scipionis: & Macrobius, qui curiosissimè ac elegantissimè somnium exponit. Ex re*centioribus, Conimbricenses, lib. 2. de cælo cap. 9. q. 1. alijque Commentatores Aristotelis. & Ericius Puteanus in libello, cui titulus,* Modulata Pallas: *siue,* Septem

discrimina vocum. *Vbi cap.14. docet Planetis Lyræ chordas fuisse tributas, & notas eis conuenire, ac tonos. Secundum motum Mundanum, Saturno,* Hypaten: *Ioui,* Parhypatē: *Marti,* Hypermesen: *Soli,* Mesen: *Veneri*, Paramesen: *Mercurio,* Paraneten: *Lunæ,* Neten. *Secundum proprium motum Planetarum: Saturno,* Neten: *Ioui,* Paraneten: *Marti,* Paramesen: *Soli,* Mesen: *Veneri,* Hypermesen: *Mercurio,* Parhypaten: *Lunæ* Hypaten. *Si notas spectes,* Lunæ *adscribendum,* Vt: *Mercurio*, Re: *Veneri,* Mi: *Soli,* Fa: *Marti,* Sol: *Ioui,* La: *Saturno,* Bi.



ORA-



ORATIO QVINTA.

MARIA

In Assumptione

LVNA

DOMINATRIX.

Quænam est ista decora, tam decora?
Quæ ascendit sterili volans de eremo,
Pulchra vt *cornigero nitore* Luna?
Luna *candida, siderum* Imperatrix:
Cælestes moderans plagas, & orbem,
Et vasti scopulosa regna Ponti,
Et quod Nerea *subter est reductum.*
Luna, Luna, *Hera noctis, & diei.*

Morborum Domina, atq; sanitatis:
AEtatisq; virilis & iuuentæ.
Viarum- nemorumq; Luna Princeps.
Talis Tu Domina, ô MARIA Luna!
Luna-mystica, *mortis, atque vitæ,*
Diuorumq; hominumq; vera Princeps.
Eia ergo Domina, ô beata Luna!
AEternum dominare Luna Princeps
O Luna? *ô dominare* *Nostra* Luna!
Et malum omne tuis abominare.

Erit lux Lunæ, sicut lux Solis. Et lux Solis erit septempliciter, sicut lux septem dierum. Isa. 30.26.

Quæ est ista, quæ ascendit, sicut Aurora cõsurgens: pulchra, vt Luna: electa, vt Sol? Cant. 6. 9.

Dies Assumptionis, boni nuncii.



Vangeliorum dies hæc est, *Sodales Parthenij*: dies optimi nuncij: cælo terraq; fortunati accurrũt baiuli, lætitiæ minimè vulgaris præcones. Quid adferũt aũt, quod tantoperè nos ad hilaritudinẽ insolitã cõmoueat? Fortasse, quod, cũ auaris agricolæ votis, perflua vbertate, arua,

arua, hoc anno, reſponderint, ea ſit fructuum genus omne copia, vt frugibus vix dum congeſtis, rumpi cœperint horrea Germaniæ, ſtragem editura, niſi liberalitas patentem aditum fecerit. Plebeia hæc eſt cogitatio: & præproperè tripudiandi cauſa ijs, qui, cum habendi amore ſeneſcant, congerere norunt, congeſtis vti reformidant, homines ſordidi, meri Eucliones: qui ſuperioribus annis annonam flagellarunt, granariorum pertinaci occluſione, ipſi flagellandi: qui lucrum magis appetunt, quàm Reipublicæ bonum, auari timiopolæ. Quales non ſunt Deiparæ cultores.

An igitur nunciant, eam fuiſſe, menſibus proximè elapſis, Solis in vinera, continuè botros percoquentis benignitatem, quod raræ felicitatis eſt, vt de generoſiſſimi vini affluentiâ vinitores non ambigant: metuant potius, ne, cùm vindemiales fructus, pro annuâ ſolennitate le-

gentur, vasa desint, & torcularia, non sapidus ille, ac mortalibus tam gratus humor. Gaudeat idcirco impensè M Bibulus, illiusque comites, ac domestici. Nos quidem, nil meriti, pro munere gratias DEO agimus: sed cùm maiora spectemus, hanc non putamus esse tam efflictim exultandi caussam.

An itaque referunt, feliciter pugnatum pro Aquilâ ad mare Balticum: potitum victoriâ Iberum, apud Brasiles: profligasse Gallum Caluini armatam sobolem, Hugonottarum exercitum: liberatam tyrannide bonam partem Thraciæ: subuentum viris ac commeatu laboranti Sarmatiæ catholicæ, iniectum vbiq; terrorem perfidis, ac cõiuratis orthodoxæ religionis hostibus. Est hæc, haud dubiè, lætandi, sibique congratulandi bonis omnibus magna occasio. Sed aliam proferunt hodie Sodalibus propriam, il-

li, de quibus initio, boni nuncij portitores, veredarij Mariani.

Ne vos per ambages diutius traducam, suggero id, quod habet Sacra Historia Genesis 45. Cùm Patriarchæ Iacobi filij redijssent ex AEgypto in Chanaan, *nunciauerunt ei, dicentes: Ioseph filius tuus viuit: & ipse dominatur in omni terrâ AEgypti.* Faustum nuncium, vt inexpectatum: quod ita affecit optimum senem, vt vigilans somniare sibi videretur, nec fidem fidelissimis nunciatoribus adhiberet. Iam excipite veritatis præconium. Clientes Virginis Mariæ, ac filij. Mater vestra viuit, post mortem, quam subijsse illam non negamus, rediuiua, & Ipsa dominatur, non in omni terrâ tantùm, verùm & in cælo. Hæc gaudendi, exultandi, & quantum virtus permittit, ac decorum, tripudiandi est causa. Quibus? Angelis imprimis. *Assumpta est* MARIA *in cælum:*

Nuncii de domino Mariæ.
Gen. 45. 26.

gau-

gaudent Angeli, *laudantes benedicu*
Dominum, canit Ecclesia. Tum n
bis, quibus nunciant, quod opta
dum nobis maximè: *Hodie* Mar
Virgo cœlos ascendit. Quid igitur am
toribus illius faciendum? *Gaude*
quæ caussâ? *quia cum Christo regn*
in æternum. Itaque hodierno die la
titia nobis indicitur, quia Hera no
stra declarata est DOMINA: accep
sceptrum: ornata est diademate: co
locata in throno. Quæ omnia p
restatis eximiæ sunt insignia. Qu
bus decoratam dum contemplo
quoniam inusitata tantæ gloriæ c
ruscatione, acies mentis, multo m
gis, quàm oculorum in noctuâ a
fulgentissimum solis iubar, stupor
percellietur, aduoco LVNAM,
in ea, tanquam in imagine, vel pe
lui, aquam, velut speculum, cont
nente, Dominæ Maiestatem, obtu
magis irretorto contueamur.

Luna Dominatrix imago.

Est sanè LVNA, quà DOMINA
TRIX simulachrum quoddam sym
boli

bolicum Adſumptæ in cælum Deiparæ: ibidemque auguſtalibus titulis, & poteſtate præcipua, poſt ſummam, dotatæ. Quæ comparatio, quàm ſit idonea, veſtri erit iudicij, *Sodales*, poſtquam illius capita, quæ percurram, ne vos dictionis diuturnitas tædio afficiat: quod nolim, hoc æſtuoſo, vrente canicula, die, acri iudicio perpenderitis: Tuque ad ſuperos hodie, triumphali ritu, tralata LVNA-MYSTICA, conatibus noſtris, honori tuo dicatis, propitia affulſeris. Tu, cui hodie gratulabundi accinimus: *Virginis Aſſumpta.*

Quæ nam eſt iſta decora, tam decora?
Quæ aſcendit ſterili volans de eremo,
Pulchra, vt cornigero nitore LVNA
LVNA *candida, ſiderum Imperatrix.*

LVNÆ natales dum conſidero, animaduerto, conditam eſſe, vt dominetur: hanc enim eius prærogatiuam, indicant diuinæ litteræ, in quibus eſt, feciſſe Deum duo *luminaria magna*, Solem, & Lunam: vtrumque *Luna condita, vt dominetur* *Gen. 1. 16.*

vt

vt *præſit*. Quod proprium eſt dominantis. Quare Solis titulus erat olim apud gentes, *Baal*: hoc eſt, *Dominans*, vel *Dominus* : indeque Lunæ, *Dominatrix* , vel *Domina*. Quod autem nomen , quis titulus, magis eſt proprius Diuæ noſtræ, quàm DOMINA? Vocabulum examina. *Maria*, dum profertur linguâ , *Domina dicitur*. *Nomen eius* Maria, inquit Euangeliſta: Latinè enunciare poſſes: Nomen eius *Domina*. Scio acriter diſputari de vocis Hebraicæ etymo. Sed mihi admodum probatur, lite ſepoſita; quod habet D. Chryſologus: exponens illud, *Ne timeas Maria*, ſic ſcribens: *Ante cauſſam dignitatis Virginis annunciatur ex nomine. Nam*, MARIA, *Hebræo ſermone, Latinè*, Domina *nuncupatur. Vocat ergo Angelus* Dominam , *vt* Dominatoris *Genitricem trepidatio deſerat ſeruitutis: quam naſci, & vocari* Dominam , *ipſa ſui germinis fecit. & impetrauit auctoritas*. Antiquior Chryſologo; ac in Hebrai-

braicis eruditus D. Epiphanius: *Mariam, inquit, interpretari solemus Dominam, atque etiam Spem. Peperit enim Dominum, qui est Spes totius mundi: nempe, Christum.* *Orat. de laud. Virg.*

Ijsdem litteris egregiè excultus S. Ioannes Damascenus optimè conuenire nomen personæ ita confirmat: *Gratia (nam hoc sonat Annæ vocabulum) Dominam parit. Id enim Mariæ nomine significatur. Nam reuera est facta omnium Domina creaturarum, cũ conditoris omnium effecta est mater.* *Lib. 4. de fide.*

Quo autem idiomate significatum istud maximè valeat manifestat Hieronymus libro de nominibus Hebraicis in Exodo, & Matthæo: postquam enim vtrobique de eodem vocabulo diuersá attulisset significata, tandem subdit: *Sciendum, quod* Maria *sermone Syro* Domina *nuncupatur.* Et Eucherius libro secundo Instructionum: *Maria sermone Syro* Domina *appellatur.* Quod habet quoque S. Isidorus lib. 7. etymolog.

molog. cap. 10. ac Venerab. Beda lib.1.in Lucam cap. 3. nec non Arnoldus Carnotensis tractatu de laudibus Virginis, vbi innuit, tam honorificam appellationem illi obtigisse potissimùm in Assumptionis triumpho. *Maria*, inquiens, *lingua Syriaca*, Domina *dicitur*: *Christus*, Dominus; *Maria* Domina: *Et licet ipsa se Christi profiteatur Ancillam, hoc seruitutis genus omni regno sublimius esse intelligit. Constituta est quippe super omnem creaturam, Et quicumq; IESV curuat genua, Matri quoque pronus supplicat. Et Filij gloriam cum Matre non tam communem iudico, quàm eandem.* S. quoque Thomas, Opusculo 8. agens de plenitudine gratiæ Virginis, quam dicit esse totius Trinitatis nobile triclinium: *ideò* (inquit) *conuenienter* Maria *Syriacè* Domina *interpretatur*. Hisce assonant D. Bonauentura in Speculo Mariano cap.3. & S. Antoninus parte 4. titulo 15. cap. 4. qui notionem illam nominis *Maria* propugnant,

gnant, vt reliqui posteriores Deiparæ laudatores.

Qui idipsum roborant illustri Virginis figura, quam constat exhibuisse coniugem Abrahami, de qua Deus Genesis 17. *Sarai vxorem tuam, non vocabis Sarai, sed Saram.* Nimirum, *Sarai* idem est, quod Princeps, vel *Domina mea*: puta domus meæ: *Sara*, verò, absolutè significat Principem & *Dominam*. Dicit igitur Deus. *Sarai* hactenus vnius mariti, ac familiæ fuit *Domina*: post hac erit *Sara*: nempe, absolutè princeps, ac *Domina*: quoniam erit mater gentium plurium: imò, nationum omnium per Isaac, quem pariet. Ex Isaac enim Christus, qui cunctorum Dominus, quia Redemptor, ac Restaurator. Veriùs Virgo *Maria* ipso nomine *Domina* fuit, non vnius domus, sed vniuersi. Vt minimè sit contemnenda prædictio doctissimi Rabbani Haccados, cuius mentionem facit Galatinus, Messiæ Matrē DOMINÆ nomen habituram.

B.V. figura Sara.

Gen. 17. 16

Lib. 7. cap. 13.

At-

multo autem maximè, si pugnantia mandent. Vni Dominæ, qui seruit, alteri seruire nequit. Vnius in duas seruitus distrahi non potest. Domina tua, Maria est, Sodalis: meministi spōsionis, quam fecisti publicè, cùm in eius es Sodalitatem cooptatus? Recita anagnostes. *Sancta Maria Mater Dei & Virgo ego Te hodie in* DOMINAM *eligo*. Ad quid ergo Dominam Voluptatem adsciscis? cur Carnem, seu Sensualitatem, Dominam vocas? Cur Venerem in Dominam adoptas? Quare, Canidiam, Florā, Gliceriū, peioresq́; meretriculas, vt Dominas, veneraris? Domina Tibi est Maria. Vt nulla mulier duos maritos ita nullus Sodalis duas Dominas habere potest. Vna Domina multos habere seruos ac clientes potest: vnus seruus multas Dominas habere non potest. Siquidem, Dominæ est, seruulum regere, ac protegere: serui Dominam amare. Imperiū & protectio diuidi potest; amor nō potest.

Maria sit vna Domina N.

non

Non potestis Mariæ seruire, & carni, voluptati, Veneri: non magis, quàm amare lucem, & tenebras: dulce & amarum: bonum, ac malum. *Vsquequo ergo claudicatis in duas partes?* Si *Maria* est *Domina*, sequimini eam: & seruite ei. Si autem Caro, Venus, Voluptas, adhærete, & seruite eis. Si *Maria* est *Domina*, vbi est timor eius: dum in conspectu illius, quæ videt ad se pertinentes, quia videntem omnia videt, tam dissolutè viuis, tam nequiter agis, tam mendaciter te habes, tam præsumptuosè in Deum hominesq; delinquis, iuras, peieras, blasphemas?

Lib. 3. reg. 18. 21.

Si *Maria* est *Domina*, vbi est seruitus eius? Cur vel nunquam, vel rarissimè dum è lecto consurgis, illam salutas, & in morigerum te seruum offers? Cur sacratissimum Mariæ nomen temerè vsurpas? Cur non potius, quod esset seruuli trementis, non tam proprio, quam appellatiuo Dominæ illam compellas, & in ne-

Maria, vt Domina, debetur seruitus.

cessitatibus aduocas? Cur nomini ipsius reuerentiam non exhibes, seu caput, insignum venerationis, detegendo: seu corpus inclinãdo: seu poplites, flectendo, dum illud pronunciari audis? Cur, dum eius imaginẽ, aut statuam conspicaris: imò, ante illam transis, nullum demissionis seruilis signum exhibes? Cur eius cultum inter hæreticos, aut malè educatos quosdam contubernales, quamuis catholicos, non tam verbo, quod tamen etiam fidelis seruus, & prudens faceret, quàm exẽplo propugnas? Cur nunquam, pietatis causâ, ædes sacras Virgini Augustissimæ dicatas, & singulariter dilectas inuisis? Nimis remotæ sunt. Cur igitur tam raro ad illius templum in vrbe, vel viciniâ erectum: ad illius oratorium, quod Sodalitatis aulam dicimus; ad sacellũ vel aram proximam, in quâ singulariter colitur, peregrinationem suscipis?

Si *Maria* est *Domina*, vbi est serui-

tus eius? Quare, quod olim frequentiſſimum erat, ad ſeruitutis ſpontaneæ conteſtationem, coronam Marianam non circumfers? Quare in illius gratiam corpori nihil vnquam detrahis? Quare, quæ ſeruorum ſunt, obſequia non præſtas? Si hactenus negligens, &, multorum exemplo, ignauus, nunc, age, te reſpice, & Dominæ tuæ, renouato Sacramento, te aſtringe. Dic quotidie, emendationis confirmato propoſito: O Domina, quia ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ! Seruus tuus ſum ego. Fac cum ſeruo tuo miſericordiam.

Luna Regina cæli. Ad quæ præſtanda extimulabimur magis, ſi conſideremus, quàm amplum, quamq; excellens ſit Deiparæ Dominium; ad cuius contemplationem Lunæ Dominatricis notitiâ manuducimur. Imprimis enim dominium cæli illi adſcribitur. Ad quod declarãdum illuſtris eſt locus, *[illegible] 7. 18.* apud Ieremiam, capite 7. vbi grauiter

ter reprehenduntur Iudæi idololatræ, quod facerent placentas REGINÆ CÆLI, quas, vt innuit Propheta, ita efformabant, vt rotundæ essent, ac stellatæ, imprimebantque ijs figuram siderum, vt significarent se illas cæli ac astrorum Dominæ libare. Vt autem probat, post S. Hieronymum, D. Thomas, ea periphrasi designabatur LVNA, quam Dianam, seu Phæben, Gentiles vocabant: quasi, quæ esset Phæbi, idest, Solis Soror. Cęli autẽ Rex habebatur Sol. Lunæ autem sacrificasse Iudæos constat, tum ex hoc Ieremiæ capite, tum alijs Sacræ-scripturæ locis. In quo imitabuntur Ethnicos illos, qui placentæ genus quoddam, quod βοῦς, id est, *Bos*, à cornuum similitudine, appellabant, Lunæ offerebant. Vel alios eiusdem sortis idololatras, qui Dianæ, hoc est, Lunæ, ἀμφίφωντες, idest, placentas affixis circumcirca accẽsis cereis in templo

Munichia dicto, consecrabant, apud Pollucem.

Idololatria circa Lunam. Nos impietatem hanc idololatricam abominamur. Nec Lunam aut Deam aut Deum esse dicimus, vti asserebat Prodicus Philosophus, teste Epiphanio. Neque Solem, ac Lunam, cum Manichæis, adoramus, prauis illorum opinionibus imbuti, qui docebant, thronum Christi esse in Sole, Sapientiam in Lunâ, Spiritum in aëre, vt refert Sanctus Augustin. Cultum quoque *Cubar*, id est, Lunæ, quem præscribit in Alcorano Mahomet, non admittimus. Detestamur etiam Collyridianos hæreticos, qui certas habebant mulieres, quæ in curru sellaùe ornata, ac velo passo obducta, collyrida, siue placentam, festo quodam, per aliquot dies proponere, ac B. Mariæ, quasi DEÆ offerre solebant: & inde simul omnes congregatæ participabant. Scimus probè, Virgini gloriosæ titulum DEIPA-

Epiphan. hær. 79. Aug. lib. 16. contra Faust. c. 11. Lib. 20. con. Faust. c. 6. Mahomet in Alcorano S. Epipha. hær. 69.

RÆ

RÆ competere, Deam non esse: hyperduliam ipsi deberi, non latriam: atque ideo nec sacrificium. Itaq; nō idcirco Mariam cum Luna conferimus, vt idololatriam sanciamus, vel approbemus. absit: sed, vt doceamus, illam, quæ in diuinis oraculis, PVLCHRA VT LVNA prædicatur, meliori iure, quàm astrum istud, ob dominium, quod in cęlo habet, Dominam, ac *Reginam Cœli* appellari posse.

Qui titulus adeò frequens est, cū de Virgine sancta est sermo, vt penè in nomen transierit. Vocat illam Ephræm Syrus antiquissimus auctor, *Reginam omnium.* Iterum. *Dominam Principem, atq; Reginam præstantissimam: & perquam benedictam dominarum Dominam purißimam.* Rursus. *Reginam, ac Dominam cunctis sublimiorem.* Denique. *Reginam supernorum ciuium, & Dominam Angelorum.* Rationem appellationis addit D. Athanas. *Quia ipse Christus,* inquit, *Rex est, & Dominus,*

Titulus Reginæ Cæli.

Eph. or. de B. V.

Ser. de B. V. a. 98.

Mater, quæ eum genuit, & Regina & Domina verè censetur. Cõgratulatur Virginis parentibus D. Ioannes Damascenus, quod Angelis superiorem, & Angelis dominantem filiam in lucem extulerint. Nazianzenus autem ita illam carmine alloquitur:

Orat. 1. in Natiui.

Tragœ. de Christo pat.

Regina, Domina, generis humani bonum.

Et tota illam quotidie salutat Ecclesia, *Salue Regina.* Item: *Aue Regina cælorum. Aue Domina Angelorum.* Quem titulum elicimus ex illo effato Regis Dauid, psalmo 44. *Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.* Quod de Virgine nostrâ intelligunt Sanctus Athanasius, sermone de Deiparâ: Georgius Nicomediẽsis, Orat. de oblatione Deiparæ: Petrus Damiani, Sermone de Assumptione: ac Ildefonsus sermone primo ac secundo de Assumptione: Arnoldus tractat. de laudibus Virg. Galatinus li. 7. c. 10. Hugo Cardinalis in illum psalmi locum. Hugo autẽ

Ps. 44. 10.

Tom. 3. Bibliot. Pat.

Victo-

Victorinus in Eruditione Theologica, lib. 2. cap. 125. inter Assumptæ Deiparæ priuilegia decem, nonū, quod ad dexteram Filij singulariter sedeat, probat hoc Psaltis elogio, tanquam de illa signatè pronunciato. Antoninus prologo in tertiam partem.

Atque hæc, inter alias, caussa fuit illius in cęlum Assumptionis. *Exaltata est S. Dei Genitrix super choros Angelorū ad cælestia regna. Maria Virgo assumpta est ad æthereum thalamum, in quo Rex Regum stellato sedet solio.* Quæ causa? Reginam cæli in cælesti regno thronum occupare conueniebat. *Sicut benedictus* IESVS *sedet à dextris Patris: id est, in potioribus bonis paternis: sic Virgo gloriosa in potioribus bonis Filij sui Iesu iuxta ipsum in throno sublimata consedit*, inquit S Bernardin. Locum, dicūt Philosophi, locato esse debere proportionatum: quis igitur magis idoneus cælorū Reginæ, quàm soliū cæleste? Dignitas personę loci dignitatem postulat: Reginæ cœlorum

Causa Assumpt. B. V.

Tom. 3. ser. 11. art. 3.

molog. cap. 10. ac Venerab. Be
lib.1.in Lucam cap. 3. nec non A
noldus Carnotensis tractatu de la
dibus Virginis, vbi innuit, tam h
norificam appellationem illi ob
gisse potissimùm in Assumptior
triumpho. *Maria*, inquiens, *lingua S*
riaca, Domina *dicitur*: *Christus*, D
minus; *Maria* Domina: *Et licet ipsa*
Christi profiteatur Ancillam, hoc seruit
tis genus omni regno sublimius esse intell
git. Constituta est quippe super omne
creaturam, Et quicumq́ue IESV *curuat g*
nua, Matri quoque pronus supplicat.
Filij gloriam cum Matre non tam com
munem iudico, quàm eandem. S. quoqu
Thomas, Opusculo 8. agens de ple
nitudine gratiæ Virginis, quam dic
esse totius Trinitatis nobile triclin
um: *ideò* (inquit) *conuenienter* Mari
Syriacè Domina *interpretatur.* Hisc
assonant D. Bonauentura in Specu
lo Mariano cap. 3. & S. Antoninu
parte 4. titulo 15. cap. 4. qui no
tionem illam nominis *Maria* propu
gnant

gnant, vt reliqui poſteriores Deiparæ laudatores.

Qui idipſum roborant illuſtri Virginis figura, quam conſtat exhibuiſſe coniugem Abrahami, de qua Deus Geneſis 17. *Sarai vxorem tuam, non vocabis Sarai, ſed Saram.* Nimirum, *Sarai* idem eſt, quod Princeps, vel *Domina mea*: puta domus meæ: *Sara*, verò, abſolutè ſignificat Principem & *Dominam*. Dicit igitur Deus. *Sarai* hactenus vnius mariti, ac familiæ fuit *Domina*: poſt hac erit *Sara*: nempe, abſolutè princeps, ac *Domina*: quoniam erit mater gentium plurium: imò, nationum omnium per Iſaac, quem pariet. Ex Iſaac enim Christus, qui cunctorum Dominus, quia Redemptor, ac Reſtaurator. Veriùs Virgo *Maria* ipſo nomine *Domina* fuit, non vnius domus, ſed vniuerſi. Vt minimè ſit contemnenda prædictio doctiſſimi Rabbani Haccados, cuius mentionem facit Galatinus, Meſſiæ Matrē DOMINÆ nomen habituram.

B.V. figura Sara.

Gen. 17.16

Lib. 7. cap. 13.

At-

multo autem maximè, si pugnantia mandent. Vni Dominæ, qui seruit, alteri seruire nequit. Vnius in duas seruitus distrahi non potest. Domina tua, Maria est, Sodalis: meministi spōsionis, quam fecisti publicè, cùm in eius es Sodalitatem cooptatus? Recita anagnostes. *Sancta Maria Mater Dei & Virgo ego Te hodie in* DOMINAM *eligo*. Ad quid ergo Dominam Voluptatem adsciscis? cur Carnem, seu Sensualitatem, Dominam vocas? Cur Venerem in Dominam adoptas? Quare, Canidiam, Florā, Gliceriū, peioresq; meretriculas, vt Dominas, veneraris? Domina Tibi est Maria. Vt nulla mulier duos maritos ita nullus Sodalis duas Dominas habere potest. Vna Domina multos habere seruos ac clientes potest: vnus seruus multas Dominas habere non potest. Siquidem, Dominæ est, seruulum regere, ac protegere: serui Dominam amare. Imperiū & protectio diuidi potest; amor nō potest.

Maria sit vna Domina N.

non

Non potestis Mariæ seruire, & carni, voluptati, Veneri: non magis, quàm amare lucem, & tenebras: dulce & amarum: bonum, ac malum. *Vsquequo ergo claudicatis in duas partes?* Si *Maria* est *Domina*, sequimini eam: & seruite ei. Si autem Caro, Venus, Voluptas, adhærete, & seruite eis. Si *Maria* est *Domina*, vbi est timor eius: dum in conspectu illius, quæ videt ad se pertinentes, quia videntem omnia videt, tam dissolutè viuis, tam nequiter agis, tam mendaciter te habes, tam præsumptuosè in Deum hominesq; delinquis, iuras, peieras, blasphemas?

Lib. 3. reg. 18. 21.

Si *Maria* est *Domina*, vbi est seruitus eius? Cur vel nunquam, vel rarissimè dum è lecto consurgis, illam salutas, & in morigerum te seruum offers? Cur sacratissimum Mariæ nomen temerè vsurpas? Cur non potius, quod esset seruuli trementis, non tam proprio, quam appellatiuo Dominæ illam compellas, & in necessi-

Maria, vt Domina, debetur seruitus.

cessitatibus aduocas? Cur nomini ipsius reuerentiam non exhibes, seu caput, insignum venerationis, detegendo: seu corpus inclinādo: seu poplites, flectendo, dum illud pronunciari audis? Cur, dum eius imaginē, aut statuam conspicaris: imò, ante illam transis, nullum demissionis seruilis signum exhibes? Cur eius cultum inter hæreticos, aut malè educatos quosdam contubernales, quamuis catholicos, non tam verbo, quod tamen etiam fidelis seruus, & prudens faceret, quàm exēplo propugnas? Cur nunquam, pietatis causâ, ædes sacras Virgini Augustissimæ dicatas, & singulariter dilectas inuisis? Nimis remotæ sunt. Cur igitur tam raró ad illius templum in vrbe, vel viciniâ erectum: ad illius oratorium, quod Sodalitatis aulam dicimus: ad sacellū vel aram proximam, in quâ singulariter colitur, peregrinationem suscipis?

Si *Maria* est *Domina*, vbi est serui-

tus eius? Quare, quod olim frequentissimum erat, ad seruitutis spontaneæ contestationem, coronam Marianam non circumfers? Quare in illius gratiam corpori nihil vnquam detrahis? Quare, quæ seruorum sunt, obsequia non præstas? Si hactenus negligens, &, multorum exemplo, ignauus, nunc, age, te respice, & Dominæ tuæ, renouato Sacramento, te astringe. Dic quotidie, emendationis confirmato proposito: O Domina, quia ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ! Seruus tuus sum ego. Fac cum seruo tuo misericordiam.

Luna Regina cæli

Ad quæ præstanda extimulabimur magis, si consideremus, quàm amplum, quamq; excellens sit Deiparæ Dominium; ad cuius contemplationem Lunæ Dominatricis notitiâ manuducimur. Imprimis enim dominium cæli illi adscribitur. Ad quod declarãdum illustris est locus, apud Ieremiam, capite 7. vbi graui-

Ier. 7. 18.

ter

ter reprehenduntur Iudæi idololatræ, quod facerent placentas REGINÆ CÆLI, quas, vt innuit Propheta, ita efformabant, vt rotundæ essent, ac stellatæ, imprimebantque ijs figuram siderum, vt significarent se illas cæli ac astrorum Dominæ libare. Vt autem probat, post S. Hieronymum, D. Thomas, ea periphrasi designabatur LVNA, quam Dianam, seu Phæben, Gentiles vocabant: quasi, quæ esset Phæbi, idest, Solis Soror. Cęli autē Rex habebatur Sol. Lunæ autem sacrificasse Iudæos constat, tum ex hoc Ieremiæ capite, tum alijs Sacræ-scripturæ locis. In quo imitabuntur Ethnicos illos, qui placentæ genus quoddam, quod βοῦς, idest, *Bos*, à cornuum similitudine, appellabant, Lunæ offerebant. Vel alios eiusdem sortis idololatras, qui Dianæ, hoc est, Lunæ, ἀμφίφωντες, idest, placentas affixis circumcirca accēsis cereis in templo

Munichia dicto, consecrabant, apud Pollucem.

Idololatria circa Lunam. Nos impietatem hanc idololatricam abominamur. Nec Lunam aut Deam aut Deum esse dicimus, vti asserebat Prodicus Philosophus, teste Epiphanio. Neque Solem, ac Lunam, cum Manichæis, adoramus, prauis illorum opinionibus imbuti, qui docebant, thronum Christi esse in Sole, Sapientiam in Lunâ, Spiritum in aëre, vt refert Sanctus Augustin. Cultum quoque *Cubar*, id est, Lunæ, quem præscribit in Alcorano Mahomet, non admittimus. Detestamur etiam Collyridianos hæreticos, qui certas habebant mulieres, quæ in curru sellaùe ornata, ac velo passo obducta, collyrida, siue placentam, festo quodam, per aliquot dies proponere, ac B. Mariæ, quasi DEÆ offerre solebant: & inde simul omnes congregatæ participabant. Scimus probè, Virgini gloriosæ titulum DEIPA-

Epiphan. hær. 79. Aug. lib. 16. contra Faust. c. 11. Lib. 20. con. Faust. c. 6. Mahomet in Alcorano S. Epipha. hær. 69.

RÆ

RÆ competere, Deam non esse; hyperduliam ipsi deberi, non latriam: atque ideo nec sacrificium. Itaq; nõ idcirco Mariam cum Luna conferimus, vt idololatriam sanciamus, vel approbemus. absit: sed, vt doceamus, illam, quæ in diuinis oraculis, PVLCHRA vt LVNA prædicatur, meliori iure, quàm astrum istud, ob dominium, quod in cęlo habet, Dominam, ac *Reginam Cœli* appellari posse.

Qui titulus adeò frequens est, cũ de Virgine sancta est sermo, vt penè in nomen transierit. Vocat illam Ephræm Syrus antiquissimus auctor, *Reginam omnium*. Iterum. *Dominam Principem, atq; Reginam præstantissimam: & perquam benedictam dominarum Dominam purissimam*. Rursus. *Reginam, ac Dominam cunctis sublimiorem*. Denique. *Reginam supernorum ciuium, & Dominam Angelorum*. Rationem appellationis addit D. Athanas. *Quia ipse Christus, inquit, Rex est, & Dominus,* *Titulus Regina Cæli.* *Eph orat. de B.V.* *Ser. de B. V.*

 Mater,

Mater, quæ eum genuit, & Regina & Domina verè censetur. Cōgratulatur Virginis parentibus D. Ioannes Damascenus, quod Angelis superiorem, & Angelis dominantem filiam in lucem extulerint. Nazianzenus autem ita illam carmine alloquitur:

Orat. 1. in Natiui.

Tragœ. de Christo pat.

Regina, Domina, generis humani bonum.

Et tota illam quotidie salutat Ecclesia, *Salue Regina.* Item: *Aue Regina cælorum. Aue Domina Angelorum.* Quem titulum elicimus ex illo effato Regis Dauid, psalmo 44. *Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.* Quod de Virgine nostrâ intelligunt Sanctus Athanasius, sermone de Deiparâ: Georgius Nicomediēsis, Orat. de oblatione Deiparæ: Petrus Damiani, Sermone de Assumptione: ac Ildefonsus sermone primo ac secundo de Assumptione: Arnoldus tractat. de laudibus Virg. Galatinus li. 7. c. 10. Hugo Cardinalis in illum psalmi locum. Hugo autē

Ps. 44. 10.

Tom. 3. Bibliot. Pat.

Victo-

Victorinus in Eruditione Theologica, lib. 2. cap. 125. inter Assumptæ Deiparæ priuilegia decem, nonū, quod ad dexteram Filij singulariter sedeat, probat hoc Psaltis elogio, tanquam de illa signatè pronunciato. Antoninus prologo in tertiam partem.

Atque hæc, inter alias, caussa fuit illius in cęlum Assumptionis. *Exaltata est S. Dei Genitrix super choros Angelorū ad cælestia regna. Maria Virgo assumpta est ad æthereum thalamum, in quo Rex Regum stellato sedet solio.* Quæ causa? Reginam cæli in cælesti regno thronum occupare conueniebat. *Sicut benedictus* IESVS *sedet à dextris Patris: id est, in potioribus bonis paternis: sic Virgo gloriosa in potioribus bonis Filij sui Iesu iuxta ipsum in throno sublimata consedit*, inquit S. Bernardin. Locum, dicūt Philosophi, locato esse debere proportionatum: quis igitur magis idoneus cælorū Reginæ, quàm soliū cæleste? Dignitas personę loci dignitatem postulat: Reginæ cœlorum

Causa Assumpt. B. V.

Tom. 3. ser. 11. art. 3.

nullus satis dignus reperiebatur in terris; assumenda itaque fuit in cælū. Audi disserentem Bernardum ser. 1. de Assumptione: *Nec in terris locus dignior vteri virginalis templo, in quo Filiū Dei Maria suscepit: nec in cælis regali solio, in quo Mariam hodie Mariæ filius sublimauit.*

Cælites in occursum Mariæ. Et quoniam Reginam suam agnoscebant cælites, vt Lunam Dominatricem minora sidera, effuderunt se in illius occursum gratulabundi, & iter arripientem, vt seruuli, comitati sunt. *Quis cogitare sufficiat*, ait idem pientissimus Bernardus, *quàm gloriosa hodie mundi* Regina *processerit: & quanto deuotionis adfectu tota in eius occursum cælestium legionum prodierit multitudo, quibus ad thronum gloriæ canticis sit deducta? quàm placido vultu, quàm serena facie, quàm diuinis amplexibus suscepta à Filio, & super omnem exaltata creaturarum cum eo honore, quo tanta Mater digna fuit, cum ea gloria, quæ tantum decuit Filium. Christi generatio-*

rationem & Mariæ Assumptionem quis enarrabit? Quantum enim gratiæ in terris, tantum & in cælis obtinet gloriæ singularis. Quod si oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se, quod præparauit gignenti se, & quod omnibus est certum, diligenti præ omnibus quis loquatur?

Neque occurrerunt solùm aduenienti Reginæ Angeli, ceterique cælites inferioris ordinis, sed ipse quoque Rex Cælitum, Sol iustitiæ Christus, vt Mariam, Lunam Dominatricem exciperet, ac regijs ornaret insignibus. Quod mysticè figuratũ fuit, inquit D. Bernardinus, in historia Salomonis, in qua habetur. Quod surrexit Rex Salomon in occursum matris suæ, & adorauit eã, & sedit super thronum suum, positusque est thronus matri regis, quæ sedit ad dexteram eius. *Vbi contemplare mirificam obuiationem, quia surrexit Salomon in occursum matris suæ: mirificam adoratio-*

Christus in occursum Matris.

Tom. 3. ser. 11. ar. 2.

Lib. 3. reg. 2.

nem, quia adorauit eam: altißimam sublimationem, quia positus est thronus matri regis: immediatißimam coniunctionem, quia sedit ad dexteram eius. Surrexit igitur gloriosus Iesus in occursum suæ dulcißimæ Matris.

Esther c. 2. Aliam huius rei figuram adducit S. Bonauentura; Reginam Esther, quam Assuerus adamauit plus-quàm alias mulieres omnes, & posuit diadema regni in capite eius. *Esther*, inquit Seraphicus, *interpretatur* Euacuata, *&* Eleuata. *Hoc optimè conuenit* Mariæ, *de qua* Hieronymus *ait*: Eleuatur super choros Angelorũ, vt possit speciẽ vultumque videre Saluatoris, quem amauerat, quem cõcupierat ex toto desiderio cordis. *Ista Esther* Regina B. V. Maria *ducta est in Assumptione ad cubiculum Regis Assueri, Regis æterni. In cubiculum vtiq;, de quo Augustinus, Mariam alloquens*, ait. Tu in cubiculi regij beatitudine gemmis, ac margaritis ornata consistis. *Ducta itaq; in hoc cubiculum quietis æternæ Regina Maria,*

S. Bonauẽtura in Speculo c. 4.

ria, gratiam Regis Assueri: id est, gratiam veri Regis habet super omnes mulieres: id est, super omnes Intelligentias Angelicas, & super omnes beatas animas, vt sit in Maria gratia super gratiam omnium beatorum. Nam reuera in capite eius Rex Regum diadema regni posuit. Diadema certè, tam impreciabile, diadema tam delectabile, diadema, tam mirabile, quod hoc omni lingua inenarrabile, omni ingenio inscrutabile sit. *Diadema Mariæ.*

Fuit autem diadema, quale côueniebat Lunæ Dominatrici cælorũ ex stellis: ijs enim coronatum caput Mariæ vidit Ioannes Apocalypsis 12. vbi sic scribit: *Signum magnum apparuit in cælo, Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius: & in capite eius corona stellarũ duodecim.* Quænam verò sunt stellæ illæ duodecim, quæ diadema Reginæ cælorum componunt? An fortasse dotes ac decora Angelorum omnium, qui per nouem choros sunt distributi; quorum primus Virginum, alter coniugatorum, ter- *Diadema ex stellis 12.* *Apoc. 12. 1.*

tius Viduarum. His enim Domina nostra, excelluit: vt Regina Cælorum, sic Angelorum, Virginum, Cõiugatorum, Viduarum? An potius sunt duodecim Apostolorũ virtutes, totidem gemmis, ac stellis expressæ, quibus Apostolorum Reginæ caput radiatum rutilat? An duodecim priuilegia, quibus donata Dei Mater inter omnes Cælites primatũ obtinet?

B. V. Priuilegia 12. Hugo in Miscellaneis Codice 2. lib. 3. tit. 225.

De his ita disserit Hugo Victorinus Assumptionis Marianæ festum celebrans. *Felix dies & præteritis diebus felicior, in qua Virgo Virginum, Sancta sanctorũ, misericordiæ Mater assumitur: in qua cella aromatica, paradisus deliciarum, Angelorũ gloria, ad regalis solij celsitudinẽ sublimatur. Hac est* Domina *nostra, hac est* Virgo, *quæ singulari priuilegio comitatibus Angelicis choris hodie ad dextrã* Filij *peruenit. Nam vniuersorum Rex, & eius Filius, & Dominus cælorum cũ tota cœlesti curia suis hodie occurrit dicẽs.* Tota pulchra es amica mea, & macula nõ est in te. *Hodie* Dña *nostra insi-*

gnis

gni circūdata corona, ostēdit Angelicæ dignitati suæ celsitudinis priuilegia: in quibus totius paradisi gloriatur curia. Primum priuilegium est, quod sine sorde, & sine viro concepit. In hoc enim immunem se in conceptu ostendit, ab illo præscripto Prophetico: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea. Secundum priuilegium*, quod sine dolore pæperit. Vbi maledictionem illam, quæ primæ mulieri data fuerat, superauit: *In dolore paries filium. Tertium*, quod virgo & mater fuit: vbi natura cursum suum mutauit & admirando expauit. Nam miratur, quod virgo pura parit filium. Nullo enim naturæ pacto ibi fœcunditas prædicatur, vbi integra virginitas conseruatur. *Quartum*, quod integrè & perfectè omnia nouit, qualiter enim aliquid potuit ignorare, quæ omnia scientè sciuit? in qua tota Diuinitatis plenitudo corporaliter habitauit? *Quintū*, quòd Deum genuit. *Sextum*, quòd

sine dolore mortis obijt: tantũ enim à dolore mortis facta est extranea, quantũ à corruptione fuerat aliena. *Septimũ*, quod cũ corpore suo (quantũ credimus) in cœlo viuit. Licet enim B. Hieron. hic opiniones ponat, non tñ factum abnuit: sed rationis astutæ tota fides nostræ colla submisit : in qua dicimus, nõ impossibile Deo esse, vt illud Diuinitatis habitaculum singulare corruptioni nõ subiaceat vel vermibus. Qui enim triũ puerorum vestimenta in camino ignis illæsa seruauit corpus Matris propriæ incorruptũ seruare & voluit, & potuit. *Octauũ*, quòd Angelicã sublimitatem transcendit. *Nonum*, quòd ad dexteram filij singulariter sedet, Psalmista teste: *Astitit Regina à dextris tuis*. *Decimum, quod* Aureolam Doctorũ, Doctrix Ecclesiæ sit consequuta. *Vndecimum*, quod super omnes Sanctos chorũ separatũ faciat. *Duodecimũ* est generale, quo prætexitur ora chlamydis: *Nec primam similem visa est, nec habere sequentem.*

Hæ

Hæ ſunt ſtellæ, quibus, vice diadematis, cinctum fuit hodie caput Dominæ noſtræ, cui dictum à Sponſo cæleſti : *Veni de Libano Sponſa mea: veni de Libano: veni coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon: de cubilibus leonum: de montibus pardorum*, Canticor. 4. Quod ad Aſſumptionem, &, poſt eam factam Coronationem Deiparę, refert Virgini addictus Honorius, quaſi ita exceperit aduenientem Dilectam ſupremus Princeps. *Veni de Libano*, caſtitatis cãdore ad cæli gaudia, *Sponſa*, ideò *mea, quia cum Patre ſum vnum, cui genuiſti clauſa Filium*. Veni de Libano: *ſcilicet, candore vitæ nimio, exaltanda in ſupernorum ciuium triclinio*. Veni *ad ſpiritualia gaudia*. Coronaberis de monte Amana : *hoc eſt, recipies coronam de triumpho, quam promeruiſti de Diabolo, qui eſt* mons Amana, *quod eſt nocturna auis* : Ipſe eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ, *ducens errantes ad noctem mortis*. Coronã *etiam recipies*

Coronatio de capite Amana.

Cant. 4. 8.

Honorius in ſigillo.

recipies de vertice Sanir & Hermon. *Videlicet, quia principes seculi per fructum ventris tui sunt humiliati, qui fuerunt* Cubilia leonum, *id est, habitatio Dæmonum, &* montes Pardorum: *id est, munimenta hæreticorum.*

Rupert. in Cantica. Quibus consonat Rupertus Abbas: qui ita loquentem Sponsum inducit. *Veni de libano*: hoc est, de corpore isto, corpore candido, corpore virgineo: & coronaberis. Vnde? de regnis totius mundi, quæ rectè vocantur regna Diaboli, cui nomen *Amana, Sanir*, & *Hermon*: & quorum Reges, qui tot cædibus ac bellis orbem lacerant Leones, ac pardi meritò vocantur. Quomodo autem coronabitur Deipara? Quia credent in me, inquit Sponsus Iesus, fructum ventris tui, & eorum credentium salus corona tua erit. Ita coronaberis, vt in cœlis Regina Sanctorum, & in terris Regina sis regnorum. Vbicumque enim prædicatum fuerit il-*Psal. 6.*lud de Dilecto dictum: *Minuisti eum*

paullò

paullò minus ab Angelis, gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum, prædicabitur & de te, quod sis eius Dilecta, & Mater Regis coronati: ac proinde Regina cælorum totum possidens, iure Filij regnum. Atque hoc intuitu, Reges, & Imperatores Te coronis suis coronabunt: & honori tuo dedicabunt, vt desinant esse quod fuerant, *Montes pardorum: cubilia leonum*.

Obseruat autem ingeniosè Gulielmus, ter aduocari Sponsam, vel inuitari voculâ *Veni*, ob tres virtutes, quibus maximè placuit Deo, Virginitatem, Humilitatem, & Maternã eius erga Filium pietatem, seu solicitudinem. Bis repeti, *De Libano*: quoniam *Libanus* Hebræis significat cãdorem: Græcis verò thus: vt sit sensus: *Veni* de candore: *Veni* de thure: de candore mundissimæ opinionis: ad gaudia perpetuæ remunerationis. Notat etiam, promissione allici iam paratam, vt euolet, quia non tantùm celeri-

Obseruatio Gulielmi.

Libanus, Candor: Thus.

celeriter, ſed & hilariter venire eam ſponſus optet. Hoc quoq; adiungit, per Montes nominatos altricem ferocitatis ſuperbiam deſignari: cuius, quia tres gradus ſunt, rectè tribus collibus figuratur. Minima ſuperbia videtur in ſuo genere, de bonis extolli: quæ tamen de Angelo fecit Diabolum. hanc vult denotari per *Amana*. Alius gradus eſt, cùm nihil habeat, vnde extollatur, extollitur tamen, & eſt glorioſus in oculis ſuis. Quæ ſpecies priore eſt deterior, quia de nihilo: fædior etiam: quia nihil paupere ſuperbo fædius. Huius ſymbolum eſt vertex *Sanir*. Tertia de malis ſuis gloriatur, illorum propria, de quibus Sapiens, *Lætantur, cùm male fecerint, & exultant in rebus peſſimis*. Hæc ſignificatur per *Hermon*. Super omnes autem filios ſuperbiæ regnat Diabolus. Itaque de vertice horum trium collium Chriſtus coronatus fuit, cùm de Diabolo glorioſè per Paſſionem, & Re-

Triplex gradus ſuperbiæ.

Prou. 2. 14.

Resurrectionem triumphauit. Hu-
ius triumphi participē facturus Ma-
trem dilectam, à quâ carnem trium-
phatricem acceperat, pręcedentibus
diebus inuitatam, hodie coronat de
capite Amana, de vertice Sanir, &
Hermon. *De cubilibus* etiam *leonum*,
& *montibus pardorum*. Iidem Dæmo-
nes ob superbiam, ac crudelitatem
vocantur leones: propter agilitatem
autem spiritualis naturæ, ac varietatem
artiū malignarum, pardi. Horū cubi-
lia sunt, in quibus latitant, homines
callidi; montes, in quibus discurrunt,
superbi. Qui & callidi sunt, & super-
bi, cubilia sunt, ac montes. De his co-
ronatur Regina cæli, quia illius in-
tercessione, atque exemplo plurimi
tales facti sunt cubilia Sponsi cæle-
stis, & montes Dei excelsi.

Nec displicere debet, quod sugge- *Tres Aureolæ B. V.*
rit Hailgrin⁹, per *Amana* indicari ma-
litiam Diaboli: per *Sanir* mundanā
sapientiam: per *Hermon*, hæreticam
pra-

prauitatem. De quibus fugatis victisq; coronata est triumphatrix Domina. Cuius triplex corona non malè accommodatur tribus eiusdē Laureolis. Vt per *Amana* intelligatur Laureola martyrij, debita testimonio veritatis fidei: per *Sanir* Laureola Doctorum, debita doctrinæ Mysteriorum, quorum operâ Mariæ, tanquam Magistræ Ecclesiæ, participes facti sunt Apostoli: per *Hermon* Laureola virginitatis, quam prima vouit, & Deo consecrauit Mater IESV Virgo virginum. Quod bellè conuenit cum significatione nominum Hebraicorum. *Amana* enim fidem, seu veritatem significat. *Sanir* doctrinam. *Hermon*, votum, aut anathema.

Quomodo dominetur in cœlo B. V.

Ita autem exaltata, coronataque MARIA, salutatur verius, quàm Luna, REGINA CÆLI. At quomodo in cælo dominatur MARIA? Dominatur, vt Augusta in Imperio, Regina in Regno, Mater familias in do-

mo.

no. Dominatur Angelis, & homi-
ibus: siue anima tenus, siue corpore
c anima in cælo commorantibus.
)ominatur vt Luminare maius,
uod maximo est viciniſſimum, &
ecundum illud, lucidiſſimum. Do-
ninatur in cælo, quia Angelorum,
ui præcipui sunt incolæ illius Rei-
ublicæ, & optimaces, Domina.
udi deuotiſſimum Bonauenturam. S. Bona. in speculo c. 5.
Considera Cariſsime, quod Maria *est*
)omina Angelorum. *Ipsa enim signa-*
est in Domina Esther Regina, de qua
gitur, quod super vnam famulam suam
elitiosè innitebatur: altera autem famu-
rum sequebatur Dominam, defluentia
humum vestimenta sustentans. Per
)ominam Esther Reginam, *intellige*
Mariam Reginam. *Duæ famulæ, qua-*
um Domina est Regina Maria, sunt An-
lica, & Humana creatura. O quantum
udendum est nobis miseris hominibus,
uòd Angeli Dominum, & Dominam ha-
nt ex hominibus. Veriſsimè enim Ange-
rum Domina est Maria. Vnde Augusti-
nus

nus ipsam alloquens, ait. *Si Te* Cælum *vocem, altior es.* *Si* Matrem gentium *dicã, præcedis. Si* Dominã Angelorũ *nominẽ, per omnia esse cõprobaris. Si* formã Dei *appellẽ, digna existis. Anima verò humana est famula, quæ Dominã suã Mariã sequitur in mundo.* *Sequitur certè colligens vestimenta Dominæ: scilicet colligens virtutes, & exempla Mariæ. Intelligentia verò Angelica est famula, super quam Domina sua Maria innititur in cælo. Innititur certè, tanquam familiarissima se Angelis sociando: innititur etiam, tanquam delicatissima in Angelis delitiando: innititur quoque, tanquam plenissima se cum sua plenitudine Angelis communicando: innititur insuper, tanquam potentissima Angelis imperando.* En DOMINATRICEM cæli. *Omnibus enim Angelis Maria innititur suo imperio.* *Vnde Augustinus ait*, Michaël, Dux, & Princeps militiæ cælestis, cum omnibus Spiritibus administratorijs, tuis, Virgo, paret præceptis, in defendendis in corpore, &, in suscipiendis

Famula B.V.

Humana & Angelica creatura.

de

: corpore animabus fideliũ, ſpecia-
er Tibi, Domina, die ac nocte ſe
)mendantium. *Vides, quomodo* Maria
Domina Angelorum *in cælo?*

Valet iſtiusmodi conſideratio ad
generandam in nobis, illam, quam
beri par eſt, æſtimationem de
ominæ Noſtræ dignitate: & ſerui-
tis, quam ſponte illi addiximus, ex-
llentia. Non enim in verba iuraui-
us vilis alicuius Dominæ, cui terræ
)nnulla portio ſubiecta ſit. Non in
entelam Reginæ Perſidis, Hiſpa-
æ, Britanniæ recepti ſumus, cũ ad
Iarianum patrocinium confugi-
us. Non famulamur Reginæ mor-
li, quales ſunt, quæ in terra domi-
ntur, ſed immortali: quippe cælo-
m dominatrici. Magno Principi
hibitum nullum putatur vile obſe-
iium: nulla ſeruitus dedecoroſa.
uid igitur cenſendum, de famulatu
ius, quã Angeli venerãtur, & cæli-
m curia honorat, ac vt Reginã ag-
)ſcit, veriùs, quàm Stellæ Lunam?

Dignitas Mariæ quà Domina.

Cuius

Dominiũ Lunæ in sidera.

Cuius dominium in reliqua sidera, si paullò accuratius perpendamus, ad mirandum quidpiam nobis aperiet, quod eaten⁹ fortasse plerosq; latuit, & absque piaculo omitti non potest, cum ad *Lunæ-mysticæ* dominiũ in Cælites declarandum eximiè cõducat. Qui cælestium corporum, & in eijs Planetarum vires diligenter perscrutati sunt, obseruasse se scribunt: Ipsorum motione, aspectu, lumine, arcanoque influxu, multa quidem fieri, quæ ad mortalium vitam, rerumque omnium cõseruationem pertinent; nihil tamen absque Lunæ dominatricis, vel præscripto, vel imperio. Ipsa enim moderationem adhibet: ad ipsam primò vis omnis defertur: per ipsam vlterius transmittitur. Animaduertit hoc ingeniosè Georgius Venetus, qui sic Philosophatur. LVNA *Sol alter non incongruè à quibusdam dicitur. Quia ea, quæ Sol superius vi masculinâ generat, hæc ipsius, & aliorum etiam Planetarum fœtum suscipiens,*

Georg. Venetus Harmo. Can. 1. Ton. 4.

inferiori mundo sibi vicino edit: ideò
notus præcipuè obseruatur præ ceteris
i omnium conceptum parientis. Hinc
lud Iamblici. *A Sole virtutem*
modam, qui continet omnimodam
am, accipit Luna: cum Mercurio, Ve-
Ioue, & alijs coiens, cunctorum mo-
ur influxus. Pergit Venetus: *Cum*
re, caput regit; cum Tauro, collum;
Geminis, brachia; cum Cancro, pe-
cum Leone, humeros seu scapulas; cum
ne, ilia, cum Libra, Sagittario, Ca-
no, & Aquario, alia membra. Ita, vt
um influxus ab ijs suscipiat, & tan-
i rerum omnium inferiorum Mater
ras vicinas deriuet. Magnum pro-
hoc est Lunæ in cælum, ac Si-
dominium, quod nihil è cœlo
defluxus in terrã decidat, quod
stra vires non possint exercere,
Luna modimperante, ac tempe-
ntum quodammodo præscri-
e.

plicat hæc ad Lunam mysticã
uctor, qui, *Ideò*, inquit, *non abs re*

Virgo Luna, quia per illã caelites influ-

LVNÆ *aßimilatur Mater illa omnium gratiarum plena, quæ ea, quæ à supernis fontibus, per diuersos canales haurit, largitur quidem inferioribus pro recipientium deuotione.* Comparationis huiusce vis in eo consistit, quod in cælis Beati, sint, velut Astra lucidissima, quę mortalibus lumen transfundunt, dum ipsorum mentes, impetratis à Patre luminum splendoribus, illustrant, aliaq; ad vitæ necessitatem, cōmoditatemque præsidia procurant. Virgo autem Maria, se habeat vt LVNA, generalis omnium Domina, sine quâ, singulorum intercessiones, tanquam influxus moderante, nihil ad inferiora deuoluatur.

Omnia per Mariā nobis conferri.

Non esse inanem hanc comparationem, nec confictam Mariani dominij excellentiam, colligo ex illis Patrum grauissimorum enunciatis. Omnia per Mariā nobis obuenire. Mariam bona quæcumque, tam spiritualia, quàm corporalia hominibus conferre. Mariæ patrocinio quidlibet

ad salutem necessarium, aut pro-
um obtineri posse. Clarissima
: quæ in hanc rem profert S. Ber- *S. Ber. ser.*
dus, Sermone de Natiuitate Do- *de Natiu.*
æ: *Totis medullis cordium, totis*
ordiorum affectibus, & votis om-
s MARIAM *hanc veneremur:*
: *hæc est voluntas Domini, qui* TO-
M NOS HABERE VOLVIT PER
RIAM. *Quia tu indignus eras, cui* *Serm. de*
retur, datum est Mariæ, *vt per illam* *Natiuit.*
eres, quicquid haberes. Similis
sta eiusdem sententia. *Si quid*
si quid salutis: si quid gratiæ in nobis
ab ea nouerimus redundare. Nec *In explica-*
milis est, quæ sequitur: *Per Ma-* *tione An-*
a speramus nos posse consequi QVIC- *tiphonæ*
ID *totius bonitatis Auctor dignatus* *Salue.*
t gratiæ nobis impertiri. Itaque
nia per illam obtinemus. Non
d ceteri Sancti rerum humana-
curatores industrij nihil impe-
sed, quod, quę impetrant, Marię
dantenus sint subiecta dominio

 &

& non nisi ad illam prius delata ad nos deinde perueniunt.

In Cant. cap. 26.

Non magis contractè Richardus Victorinus scribens in Cantica: *Omnium*, ait, *salutem desiderauit, quæsiuit, obtinuit. Imò*, SALVS OMNIVM *per ipsam facta est.* Licet enim Christo, vt Iustitiæ Soli salutem nostram debeamus: tamen Virginem Mariam, vt Lunam, respicimus, per quam salutiferos in nos benignitatis suæ radios Sol ille transmittit. Quod agnouit Germanus Patriarcha Constantinopolitanus, qui Dominam communẽ ita alloquitur: *Nullus est, qui saluus fiat nisi per Te ô Sanctissima! Nullus est, qui liberetur è malis, nisi per Te ô Purissima! Nemo est, cui donum concedatur, nisi per Te ô Castissima! Nemo est, cuius misereatur gratia, nisi per Te ô Honestissima?*

Homil. de Zona.

S. Bonau. in Speculo cap. 5.

Eandem vniuersalitatem adhibet Seraphicus Bonauentura, in Speculo Mariano, vbi agens de gra-

:tia Virginis, tanquam beneuolo
næ influxu : *Certè*, inquit, *Cariſ-*
ſ, gratia Mariæ non ſolùm vtiliſſima
ſibi ipſi , ſed etiam nobis , immò toti
nano generi. Gratia enim Mariæ colli-
nalos, impinguat bonos , liberat vni-
ſos. Quippe Domina vniuerſalis,
quorum moderatrix Diuorũ, vt
ıa Siderum. Sine quâ ne quidem
ad inferiora vim ſuam transmit-
Illuminans omnes homines, ſed
ı niſi Luna interueniente. Quod
ſiderabat fortaſſe Cardinalis *Serm. de*
niani, quando in encomio Vir- *Annun-*
s tantoperè arcanas Lunæ-my- *ciat.*
e vires extollebat , vt diceret:
ipſam , cum ipſa , & in ipſa to-
hoc faciendum decernitur: nempe,
od ad redemptionem generis hu-
ni, & ſalutem omnium ſpectat: *vt*
ſine Ipſo (Deo Cælitum Rege)
l factum eſt : quippe Conditore
ım omnium : *ite ſine illa*, Maria
li Regina , *nihil refectum ſit*. Ea- *Ser. de An-*
ɔerſuaſione imbutus D. Auguſt. *nunciat.*

supplicat Virgini, & blanditur, vt clientulus Dominæ: *Tu es Spes vnica peccatorum: quia per Te speramus veniam omnium delictorum: & in Te nostrorum est expectatio præmiorum. Sancta Maria succurre miseris.*

V. M. Ex hac fidelium conceptione, quã de virtute illius in omnes salutifera, ac dominio habent, orta sunt diuersa Deiparæ Symbola, quæ id significãt. Dicitur enim eo intuitu, AQVÆDVCTVS, per quẽ omnis gratiæ liquor à fonte primo diffluit. Vocatur COLLVM mystici corporis Ecclesiæ, cui⁹ caput, Christus, à quo non nisi per Collum sibi proximũ spiritus, ac vis vitalis omnis in membra deriuãtur. Appellatur PORTA, per quam cælũ ingreditur, quisquis ingreditur: Nũcupatur SCALA, per quam ascendit, quisquis ad supremi cæli habitaculum peruenit. Horum autem enunciatorum veritatem eo niti existimant quidam: quod per Sanctissimam Virginem bonorum omnium fon-

Aquæductus.

Collum

Porta.

ntem acceperimus, CHRISTVM
ominum. Quo circa illi in radice
bui possunt omnia, sicuti adscri-
ntur Matri beneficia, quæ Prin-
os filius largitur.

Est hoc omninò verissimum, sed
ud quid, & paullò amplius
discamur, ex Lunæ-mysticæ præ-
gatiuâ, quam dominium in ce-
a sidera Lunæ vulgaris indicat.
mirum, per Deiparam eiusùe
trocinium, ac impetrationem
ncedi à Deo mortalibus bona o-
nia ac singula. Illi igitur post De-
n, ac Christum, deberi pro vniuer-
gratiarum actionem peculiarem.
on, quod reliqui Cælitum nihil
ssint impetratione sua, aut faciant:
l ꝙ nihil Sanctorum preces nobis
tineāt, nisi Mariæ Dominatricis
tus accesserit, aut impetratio. Ipsa,
inæ instar, aliorũ Deo in beatitu-
ne fruentium, tanquam illustrium
anetarum, peculiares influentias
urit, & susceptas, probatasque

A Maria omnia, quia sine illa nihil.

transmittit, ac hominib⁹ cõmunicat. Ex quo collige, quãtum sit inter Cælorũ Reginæ, & aliorũ Sanctorũ, vires discrimen. Illa enim se sola multũ potest, vt Luna, motu, lumine, influẽtijs. Itaq; impetratione sua mortalib⁹ multa obtinet bona. At Sancti non nisi per Reginã suã. Sine illâ, vt sine Lunâ intermedia stellæ, quantumuis lucentissimæ, nihil trãsmittunt. Præterea, cùm Sancti quibusdã peculiariter prosint ac opitulentur, vt astra, quibus vis est cõstricta, nõ vniuersalis: Maria omnibus est commoda, vt cunctorũ dominatrix Luna. Deniq;, cum Sancti quibusdã necessitatibus nostris remediũ adhibeant singulare. Vnde quosdam inuocamus nominatim ad pestem auertendam: alios ad fertilitatẽ inuehendam: vt alias est dictum, Maria omnibus generatim, sigilatimque patrocinium præstat, & prospicit vniuersis.

Discrimen inter intercessionẽ B. V. & aliorũ SS.

Insinuat ista, quæ per Lunæ, ac Stel-

llarum metaphoras deduximus, allo vberius, vir pientissim⁹ Idio-, libro de Contemplatione Virnis, vbi in prologo ita differit. *Ipsa* THESAVRARIA *gratiarum ipsam. Ceteri Sancti iure quodammodo trocinij pro quibusdam sibi specialiter mmissis plus possunt prodesse in curia lesti, quàm pro alienis: Beatissima verò Virgo Maria, sicut est omnim* Regina; *sic etiam omnium* Adocata, *&* Patrona *est. Et cura il- est de omnibus. Et sic nemo est, qui se bscondat à calore eius: id est, à caritae, & dilectione ipsius.* Sicut nemo se ubtrahit à Lunæ influxu, cuius vim omnes sentiunt, non æquè, Iouis, Saturni, ac reliquorum planetarum. Similia habet Andreas Cretensis, Sermone de Virginis Dormitione, quam in cælos adsumptam precatur: *Placa Dominum pro communi figmento. Nam quamdiu versabaris in terris Te habuit parua terræ portio: ex quo autem translata es à terrâ, Te vniuersus*

Domina Maria Thesauraria.

mundus continet commune PROPITIATORIVM. Hunc titulum Dominium postulat, quod habet cælorum Regina, quæ, vt Luna sideribus, ita ipsa, ac multo magis, Cælitibus dominatur.

Luna in sublunaria dominiũ.

Sed est LVNÆ dominium manifestius, quod exercet in hæc inferiora, in quæ continuus est Lunæ influxus, & quidam, vt ita loquamur, illapsus. Quo nomine ac potestate reliquis astris est superior, si Solẽ excipias. A quo, licet quadamtenus vincatur, in hoc genere; tñ in rerũ sublunariũ procreatione, ac cõseruatione ita illi est cõiuncta, vt nihil ferè videatur producere, Sol, per se sol⁹, nisi comitẽ Lunã habeat. Vnde à priscis Romanis dicta est GENITRIX ORBIS. Quod elogium fortasse respiciebat Catullus, cum caneret:

Tu rustica agricolæ tecta
Bonis frugibus exples.

Hinc perfectissimũ in omnia corpora dominium Lunæ attribuebant.

Existi-

Existimabant veteres, inquit Beda, *se à Sole Spiritum habere : à Luna corpus. Sol spiritus instar, calefacit, & viuificat* : Luna *per humorem corporibus* dominatur *ac incrementa suggerit.*

V. Beda de Computo.

Quamuis autem potestatem efficaciamque suam Luna ex Sole, sicut & lucem participat; tamen nisi magna Solis vis, ac calor aliquando immodicus cum Lunæ humiditate ac mollitudine conspiraret, ac temperaretur, plurimum incommodaret naturalium rerum generationi, quæ calorem atque humiditatem congruentem postulat. Itaque magna ac virilis vis Solis, cum Lunæ humiditate, ac mollitudine coniuncta (vtramq; enim qualitatē ipsa efficit, ac ꝑducit) instar patris, ac matris operantur: & rerũ naturaliũ productionē, ac conseruationē perficiunt: sicq; omnib⁹ sub Luna agentib⁹ dominātur. Quapꝑpter in Scriptura diuina fruct⁹ terrę dicũtur esse fruct⁹ Lunæ ac Solis: quasi in ipsorũ pote-

Luna à Sole vim lumenque habet.

ſtate ac dominio contineantur, quæcumque è terra proueniunt: aut in illa, vel circa illam inueniuntur.

Sol Deus Pater. Christus.

Porro, ſiue per Solem, Deum Patrem, ſiue Chriſtum accipiamus: & generationem ſpiritualem interpretemur animæ ſanctificationem, ac nouæ vitæ, ſecundum virtutem, & perfectionem, exordium: ac in eâ profectum; eſt quidem omnis iſtiuſmodi nouæ creaturæ regeneratio, & totũ diuinæ gratiæ incrementum, à virtute Dei, vt Cauſſæ Principis: ac Chriſti Domini Noſtri meritis, fauore, & benignitate. Cùm ipſe ſit Pater miſericordiarum, & Deus totius cõſolationis. At multorũ obſeruatione notatũ inuenio, quod ſuperius quoque eſt dictum: Myſticum Solem, vim ſuã ac efficacitatem ſupernaturalem, & beneficia ad eam ſpectantia: imò corporis incolumitatem, ſi animæ proſit, elargiri vix vnquam ſolere, abſque Lunæ Myſticæ, per interceſſionem, in-

flu-

fluxu. Luna, vt omnia quæ in terra sunt, potestati suæ subdita habet, ita peculiari quadam virtute ea fouet, & vegetat. Haud secus, Virgo Beata, fideles, ceu plantas, & animalia; tam iustos, quàm peccatores: quin & infideles opem suam implorantes benignè complectitur: gratiam ijs impetrat: & ad salutem prouehit. Idque tam beneuolo affectu, tantaque promptitudine, vt eandem, & Dominam agnoscere debeas, & Matrem.

Luna fouet, ac regetat terrena.

Ad quod declarandum faciunt tria illa elogia, quibus Lunæ mirificam tuendi terrena, ac promouendi facultatem exornat Plinius. Siquidem primò, dicit *Lunam fæmineum sidus* esse ac molle. Agnosce in Domina tuâ, simulque Matre, viscera misericordiæ, & pietatis: seu lenitatem, mollitudinemque ad quidlibet illi imprimendum admirandam. Prætereà, *Luna*, ait, *color blandus*. Vidit-ne vllus vnquam Mariæ, quam cuncti,

Luna Sidus famineum.
Plin. lib. 2. cap. 51.
Lib. 2. c. 18
Lib. 2. c. 9.
Luna color blandus.

vt blandissimam Dominam concipiunt, vultum, cum tetritudine, vel toruum, ab ijs etiam, qui cuncta malignitate fictitia inuertere solent, in tabula exhibitum? Canimus quotidie: *O clemens! ô pia! ô dulcis* Virgo Maria? Nihil in Dominâ nostrâ est, nisi clementia, dulcedo, benignitas, affabilitas.

Domina N. familiaritas. Addo, quod perquam rarũ in Dominis, & familiaritas, etiam cũ vilissimis. *Omnem admirationem vincit*, inquit Plinius, *Luna Sidus terræ familiarissimum*. Reperio quoque inter scita Stoica apud Laertium, *Lunã γεωδεστέραν*, seu terream magis esse, quã Solẽ, & astra reliqua: sicut & *terræ magis vicinam*. Est eiusdem nobiscũ vilitatis & ordinis Virgo Beata, nunc in cælis consistens, ideoq; cum terrigenis familiariter agere non dedignatur, ortus sui memor. Habet equidem inter omnes Cælites Maria singularem quendam erga terrestres adfectum, ac teneritudinem, vt omnes ad se

ma-

gis, quàm alij, rapere videatur: ppe communis omnium, ceu ıbis GENITRIX.

Quo pertinet, quod scribit Plutarıs, *Lunã* fuisse dictã γλῶ ὀλυμπίαν, *rã cæleſtem*: siue etiã ἄςρον γεῶδες, *rum terreſtre*: & Macrobius, *AEtherm terram*. Quæ omnia faciunt ad gnationem peculiarem Lunæ cum rigenis indicandam. Quamuis in ra agamus, Sodales Optimi, non ɔtuamus ad illam accedere, quæ lit in cælis constituta, tamẽ est amo- noſtri, *Aſtrum terreſtre*. Nec prol eſt à nobis, quamuis supra omm aëris regionem sit eleuata: quia t *Terra cæleſtis*. Ad quam, vtinam equenter adfectus, ac votis migramus, inueniremus, haud dubiè, tum commorandi refugium, & staonem securam.

Luna terra cæleſtis.
Lib. de Orac. defectu.
Lib. 1. de som. scrip.

Fuerunt sanè Philosophi, qui unam existimarunt habitatam, ipsam hanc terram, quam incomus. Cicero quarto Academi-

Luna habitata.

carum,

carum, *Habitari*, ait, Xenophanes *in Lunâ: eamq; esse Terram multarum vrbium, & montium.* Quod nisi ad animarum sedem referatur, ridiculum arbitror, ac inane figmentum. Non item, si dicas, & existimes, *Lunam-Mysticam* habitari ab eius clientulis, qui in illius animo resident, fouentur, ac veluti in optimè constituta regione commorantur, præsidio Mariano magis, quàm vllius Principis terreni patrocinio tuti. Hanc Lunam, fateor, esse terram multarum vrbium, & montium: quæ non tantùm vnius vrbis, aut prouinciæ: sed omnium ad se confugientium incolas suscipit, ac tutatur.

Plutar. Macrob.

Luna dominatrix maris.

Non magis autem dominatur Luna Terræ, ac illius inhabitatoribus, quàm Mari. Imò hic præcipuè regnum suum habet. Ostendunt id tum alia, tum potissimè æstus marinus, siue accessus, & recessus aquæ marinæ. Qui non vbique est vniformis: sed pro temporum, ac locorum

varie-

ıte diuersus. Notabilis autem
ıè est, qui accidit in Oceano.
ıis inter duos exortus Lunæ
ıt, bisque remeant aquę. Quo
Oceani affluentia & accessus,
as, ac paullo amplius contri-
; & tantundem temporis re-
Rursus autem, statim senis
c tantillo plus crescere visun-
æ: & æquale illicò succedere
ıentum. Quod verò, singulis
ıris, tam accessus, quàm re-
ıonnihil amplius addatur, id
ıouenire dicitur, quod inter
unæ exortus nonnihil am-
tercedat, quàm inter duos
solis: id nempe, quod exigi-
ab vna coniunctione Lunæ
ı, Sol in diurnis anfractibus
ırtu, atque circuitu Lunam
; ex oriente nimirum Luna
e nonnihil tardius; vt Astro-
ıseruarunt.
uius æstus marini caussâ mi-
, quantoperè digladientur
Phi-

Causa æstus marini.

Philoſophi, qui rem illam vnam vt inenodabilem habent. Sed obtinuit iam à multo tempore ſententia, quæ LVNAM Dominatricem Maris conſtituit, eique reciprocationem hanc adſcribit, ſecundum motum, quo vna cum primo mobili diurna conuerſione circumuehitur. Videmus enim æſtum maris maiori ex parte ſequi Lunæ periodos ſecundum illũ motũ. Quemadmodũ enim ille in quartas ſectus eſt, iuxta quatuor cæli portiones, quarum exiſtunt quatuor puncta: videlicet, Ortus & Occaſus: vertex diei & noctis: ita ſingulis diebus naturalibus mare quater cietur: bis fluendo: bis refluendo. Fluendo quidem, cùm Luna ab ortu ſupra horizontem vſque ad verticem diei, ſiue meridianum aſcendit; refluendo cum à vertice ad occaſum declinat: rurſus, cùm ab occaſu, ſub terrâ ad noctis faſtigium, ſiue ad punctum meridiei oppoſitum procedit fluendo: ac demum,

ì noctis fastigio vsque ad or-
fluendo.

c hieroglyphico depingitur,
quus, quàm penicillo in ta-
dominatus, quem post Chri-
Filium suum, habet Virgo
in diuersissimas gentes, seu
s, qui Oceano denotantur in
licâ sacrâ. Siquidem, vt Io-
angelistæ exposuit Angelus,
yplis 17. *Aquæ multæ sunt po-
ti, & gentes, & linguæ.* Ad-
undum quà longè, lateque
niuersum, esse Mare illud ma-
& spatiosum, quod Oceanum
s, vt alibi est demonstratum.
minatur latissimè *Luna my-*
-non enim, quòd perpetuus
sit fluxus gentiū ad fidem; &
hæreticorum ad Ecclesiam,
ã quadantenus pertinet, tã-
d Dominatricē Maris mysti-
t fideles promouet: ita hære.
to mundo interimit, ac fugi-
ad ouile Christi regressum

Dominatus Mariæ in Gentes.

Apoc. 17. 15

cau-

caussat. At dependenter, inquiunt Theologi, à Christo. Verum id omninò. Nam & Lunæ ita maris accessum, & recessum tribuimus, vt non per se dumtaxat eum afficiat; sed vt Solis promouetur, fouetur que aspectu.

Solis varius aspectus mutat æstum. Quapropter pro diuersis Lunæ ad Solem aspectibus nunc maiores, nunc minores æstus fiunt. Siquidem plenilunio maximè feruent: aliàs mitescunt. Semper quidem efficaciam Marianæ intercessionis sensit mundus: & præsertim Ecclesia, in qua est perpetua quędam reciprocatio prosperitatum & aduersitatum, sed nũquam manifestius, quàm, quando ad cælestia regna translata *Luna-Mystica*, est veluti in plenilunio, splendore Diuinitatis clarissimè refulgens. De hoc enim illius splendore accipio illud, sensu accommodatio, *Isai.30.26.* quod prædictum olim ab Isaia: *Et erit lux* Lunæ, *sicut lux Solis: & lux Solis erit septempliciter, sicut lux septem die-*

rum

lie. Myſtica noſtra Luna in
ptione ſuâ, & poſt illam, quia
:ata, ſplendet vt Sol, non ta-
t Sol nube velatus, nec ma-
icens, nec qualis nobis quoti-
)aret: ſed ſicut Sol ſeptuplo
, quàm alioquin eſſe foleat:
ol ſeptuplo, id eſt, multo, &
nmenſo lumine præfulgens.
ıe, ſicut lux ſeptem dierum:
, vt exponit D. Hieronymus,
)l luxit primis ſeptem diebus
antequam peccaret Adam.
at enim primis ſeptem mun-
ıs Solem clariùs, quàm iam
: lumen: ſed illud ob pec-
Adæ fuiſſe imminutũ. Quod
cilè eſt creditu, cùm Sol, &
eata ſint quarto die mũdi, A-
:to, quo & peccauit. Vel igi-
ıſcat, ſicut lux Solis ſeptuplo
Que nimirum tanta ſit, quãta
em dierum, vt Franciſcus Va-
ertit.
quoque obſeruatum à na-

Certis Lunæ articulis variatur æstus.

turæ scrutatoribus recordor, quòd certis Lunæ articulis magis intumescant maria per hiemem, quàm per æstatem. Nonne magis in hieme tribulationis, ac luctus, quàm in æstate consolationis ac gaudij virtutem Mariæ experimur? Causam dant suæ obseruationis Philosophi, quia tempore hiemali per aquatica signa Sol transit: illa autem Lunæ potestatem secundum illius à Sole irradiationem iuuant. Caussa nostræ obseruationis est, quod tunc magis ad *Lunam-mysticam* conuertimur, eiusque auxilium ardentiùs imploramus: & sic vicissim illa nobis magis opitulatur. Vt & sic verissimum sit, quod dicit Ecclesiastes: *Melius est ire ad domum luctus, quàm conuiuij.*

Eccl. 7. 3.

Luna dominatur corporibus humidis.

Ceterùm, vt *Luna* Mari, ita alijs quoq; corporibus humidis magis dominatur, & peculiariter præest. Vnde Ptolomæus, conuenienter, inquit, tradi Lunam fæminei

sexus,

us, quoniam in eius natura hu-
ditas excedat. Sicque Galenus, *Gal. lib. 3. de criticis diebus.*
nari sideri morbos pituitosos ad-
bit. Receptum est etiã apud Me-
os, Lunam, è quatuor humori-
pituitam, quę aqueæ naturæ est,
ere. Præterea, cerebrum, quod
iditate abundat, Lunæ varieta-
ac mutationes sequitur. Simi-
que nonnulli morbi, qui à frigi-
umiditate oriuntur, humanum
us, definitis Lunæ spacijs adeò
nouent, vt qui ijs conflictan-
in seipsis coitum Lunæ, aliasq;
ius coniunctiones, vel aspectus
itiscant vehementer.
espondendum esset sciscitan- *Maria dominatur humidis.*
quibus hominibus maximè
m suam dominatricem ex-
na-mystica ? nominarem il-
non sunt aridi & exsucci, in-
nci, omni pietatis humore, o-
e douotionis adipe deperdi-
ui sunt humidi; primo quidẽ
liuinæ gratiæ: deinde verò

ab interno pietatis adfectu. Qui non sunt duri, vt terrâ saxosa, ob siccitatem: sed molles & tractabiles, vt aqua, ob humiditatem. In his potissimè blandum Mariæ Sidus operationes suas exercet. Hos mirum in modum incitat: & ad heroica quædam facinora impellit. Horum se peculiari ratione Dominam ostendit: &, velut in Oceano, fluctus perturbationum sedat: ac vndas bonorum desideriorum extollit.

Lunaticis similes obstinati. Contrarium fit in hominibus duri capitis, ac frontis, quales sunt obstinati in malo, qui à quibusdam, Scripturæ-sacræ phrasi, dicuntur indurati: suntque similes Lunaticis, qui statis, secundum Lunæ periodum, interuallis, furore laborant. Hi plenilunij, ac interlunij tempore magis furunt, ac debacchantur. Nempe, quo magis Virginem gloriosam honorari intelligunt, eo illi magis insaniunt, accinguntur. Hinc

tot

tot dentata scripta in Mariæ cultum; & loca illi sacra: ac homines ei deuotos. Fuit haud ita pridem, ex nescio quo Britanniæ angulo, nefarius tenebrio, qui publice profiteri & ausus, se ψευδοπαρθένε Sichimiensis; id est, Idoli Aspricollis, & Deæ ligneæ vt scribebat, blasphemus, miracula conuellere posse. Quot in Diuam Lauretanam, & eandem alibi cultam conuitia iactarunt, velut canes Lunam allatrantes? Nimirum, fuerunt Lunatici: non Lunæ, sed ipsorum vitio. Furor enim ille, non efficitur directè à Luna: cùm in sanorum capitibus nihil istiusmodi ab eâ caussetur: sed indirectè, ob pessimam cerebri imbecillis, ac maligni constitutionem.

Vt igitur dominatur, velut *Luna in cælo* MARIA, quippe Angelorum Regina; ita & in terra, ac mari dominatum exercet, hominum vbicumque tandem degentium Imperatrix. Dominatur à *mari* *Maria Domina cæli terræ, ac maris.* *Psal. 71. 9. 10. 11.*

vsque ad mare, & à flumine, vsque ad terminos orbis terrarum. Coram illâ, quia coram Filio, *procidunt AEthiopes: & inimici eius terram lingunt. Reges Tharsis & insulæ munera offerunt: Reges Arabum & Saba dona adducunt.* Et adorant eam, tanquam Reginam, omnes Reges terræ: omnes gentes seruiunt ei. Fructum huius contemplationis, & tituli Mariani accipe ex suauissimo Doctore Bonauentura, qui, cùm probasset, Deiparam esse Dominam Angelorum in cælo, subnectit.

S. Bonau. in Spec. c. 3. Considera, *carissime, quod* Maria *est* Domina *hominum in mundo. De hac* Domina *in psalmo dicitur.* Sicut

Psal. 122. oculi ancillæ in manibus Dominæ suæ: ita oculi nostri. *Ancilla Dominæ Mariæ est qualibet anima fidelis: imò etiam, Ecclesia vniuersalis. Oculi huius ancillæ in manibus Dominæ suæ semper debent esse, quia oculi Ecclesiæ, oculi omnium nostrum ad manus Mariæ semper debent respicere; vt per manus eius ali-*

quid

quid boni accipiamus: & per manus eius quicquid boni agimus, Domino offeramus. Per manus enim huius Dominæ habemus, quicquid boni possidemus, testante B. Bernardo, qui ait: Nihil nos Deus habere voluit, quod per Mariæ manus non transiret. *Per manus quoque huius Dominæ offerre Deo debemus, quicquid boni egerimus: quemadmodum B. Bernardus hortatur, dicens:* Modicum illud, quod offerre desideras, gratissimis illis, & omni acceptione dignissimis Mariæ manibus tradere cura, si non vis sustinere repulsam. *Benè nobis, carissimi, benè nobis, quod talem Dominam habemus, quæ manus tam liberales habet ad nos: & tam præpotens est apud Filium super nos, vt securi ad ipsam confugere possimus omnes nos. Vnde deuotissim⁹ Anselmus ait:* Domina magna, cui gratias agit concio læta iustorum, Ad quam territa fugit turba reorum. *Ad te præpotens & misericors Domina ego peccator anxius confugio.*

Iam verò, cum Lunam, vt terræ,

Qua facultate Luna efficiat mira.

marisq; dominatricem contemplãtur Philosophi, solicitè inquirunt: quænam sit illa vis in *Luna*, quâ tam mira: ac signatè, maris incrementum, ac decrementum efficiuntur. Quæ inquisitio spectat etiã ad *Lunam-mysticam*. Sunt, qui Lunæ motum, ac Lumen nominant, vt caussam istorum omnium: nihil prætereà. Nam his duobus instrumentis dicunt existere in mari vaporationem, quâ vigente, intumescat: considente, subsidat. Contendunt alij virtutem quandam occultam inesse Lunæ, cuius potestate, quæ admiramur, contingant. Ego, quamuis in Philosophiâ non admodum probauerim abditas istiusmodi qualitates, quas nonnulli ignorantiæ asyla vocitant: tamen, dum de *Luna-Mystica*, *Maria* agitur, eas libens admitto. Animaduerto enim quidpiam in Domina nostra reperiri, cuius vi dominatum suum extendit, & illa, quæ admirationi

sunt,

ſunt, patrantur. Quod quidem neque verbis ſatis explicari poſſit, neque humanâ intelligentiâ ſatis comprehendi. In quo Matris Dei dignitas fundatur, & quod ab ea dimanat.

Populorũ conſenſus in colenda Deipara.

Quomodo enim alioqui tantus eſſet nationum omnium incolendâ Deipara conſenſus? quomodo tam arctum in idem conſpirantium vinculum, quale eſt Sodalitatum, per vniuerſum orbem diffuſarum? quomodo tanta, tot ingeniorum diuerſa ſentientium in hac re conſociatio? Eſt vis quædam latens, quaſi magnetica in Virgine, quâ omnes ad ſe trahit. Certe non deſunt Aſtrologi alicuius nominis, qui exiſtiment, Lunam ad eum modum, quo magnes ferrum mouet, iniectâ qualitate effectrice impulſus, concitare aquas: & ſecundum diuerſos aſpectus, propinquitatemq; ad mare, & obtuſiores angulos, nunc aquas ad littus eleuando trahere: nunc eaſdẽ relinquere; vt deinde ſuopte pondere in de-

cliuiora resiliant, ac se colligant. Si-
mile quid in Virgine cogita. Nam
nonnisi per huiusmodi similitud-
num ambages est explicabile. Se
quod explicare non valemus, sentia-
mus benignitate tua potentissim
Domina: & vi ista secreta tibi fam-
liari, *trahe nos post Te, & curremus in*
dorem vnguentorum tuorum. Curre-
mus post Te, cui gratulabundi acc-
nimus,

Quanam est ista decora, tam decora?
Qua ascendit sterili volans de eremo,
Pulchra, vt cornigera nitore LVNA?

Luna dominium ad inferos extenditur.

Porrò, quis sibi persuadeat, Lu-
nam non solùm imperare terræ, m-
ri, cælo, sed & inferorum region
Est tamen hæc à veteribus accept
& Sapientum plurimorum calc
lis confirmata opinio. Qua du
Poëta fabulamentis veritatem v-
lare soliti, finxerunt, eam quæ
cælis dicitur *Luna*, apud inferos v-
cari, *Hecatem*, & *Proserpinam*. D

Luna Hecate Proserpina

quibus varia sparguntur ab erud
diti

tis, quæ eò tendunt omnia, vt Lunam ijs nominibus indicatam, inferorum Dominam esse persuadeant. Inde occasione sumptâ, quod *Luna*, non tantùm superius, dum capitibus nostris imminet: sed infernè etiam, sub pedibus nostris: in altero scilicet nobis aduerso hemisphærio, luceat. Cùm enim occidit, Antipodes reuisura, in loca inferorum videtur descendere, vt illic præsideat, manesque tartareos suâ luce collustret. Hinc Pluto Inferorum Deus eam in vxorem rapuisse fingitur: de quo multa Claudianus carmine heroico,

Tam proprium autem est Lunæ, dominari in cælo, ac inferno, vt Virgilius Mythologicæ Sapientiæ peritissimus, vocet *Virg. lib. 6. Aeneid.*

Hecaten cæloq; Ereboq; potentem.

candemq;, nomine Proserpinæ, appellet DOMINAM DITIS, seu Inferorum. Et sanè, Græcis quoq; Proserpina, seu Luna, velut proprio elo-

gio, dicta est δέσποινα idest, DOMINA: ac culta sub hoc nomine. Cuius meminit Pausanias in Arcadicis, vbi sæpius hoc nomen inculcat. Seneca quoque & Martialis ita appellant eandem, vt existimabant, Deam. Prior in Medea:

Sen. Med. *Dominumq́; regni tristis, & Dominam fide*
Meliore raptam, voce non faustæ precor.

Mart. lib. 12. Ep. 52. posterior libro 12.

Non aliena videt, sed amat Proserpina raptas
Iste tibi Dominam conciliauit amor.

Habita est igitur inferorum Dominatrix Hecate, Proserpina, Luna.

Maria Inferorum Domina. Absit autem comparationis infamia. Nō sum tam putidè profanus, vt dicam, Deiparā esse Hecaten, vel Proserpinam. Hoc tamen fidenter adfirmo. Quod Lunæ Dominatrici adscribebant antiqui; excellentiùs competere Mariæ *Quæ*, vt loquitur *Speculo c. 3* Bonauentura, *reuera Domina est Cælestium, Terrestriū & Infernorum. Domina, inquam Angelorum: Domina hominum:*

Domi-

Domina Dæmonum. Domina viriusq; in cælo: Domina in mundo: Domina in inferno. At quomodo in inferno? An fortasse, quoniam multos ob flagitia orco destinatos, &, iam pene in limine constitutos inde abstraxit? Quod fieri quotidie in omni ferè gēte persuasum habeo. Id autē est dominantis carcerario infernali. An fortasse, quia gehennę pænis addictos, & carnifici tartareo traditos potēti intercessionis virtute abduxit? Cuius exempla dominij aliqua recenseri possunt, suo tempore, ac loco excutienda? An fortasse, quia minus cruciantur in inferno, qui peculiari affectu, cultuque in hac vitâ Dei-parentem sunt venerati? Quod mihi perquam verisimile videtur.

Modi quibus Maria dominatur in inferno.

Sed aliam huiusce rei caussam cōminiscitur D. Bonauentura: qui *Considera*, ait, *Carissime, quomodo* Maria *sit* Domina Dæmonum *in inferno, tam potenter eis dominans etiam, vt de ipsa accipi possit illud psalmi: Virgam vir-*

Quomodo B. V. dominetur Dæmonibus Specu. c. 3.

mus carißimi, oremus deuotißimè, oremus Mariam, *& dicamus* : *Eia* Domina Maria *adiuua nos*, *& tua gubernatione & dominatione filialiter gubernemur*. Ita Virgini Mariæ addictissimus Bonauentura.

Atque hactenus quidem paullò vberius de Lunæ dominatu in amplissimis cæli terræ, maris, ac inferorum regionibus disseruimus, nunc breuiter alios Lunaris dominationis titulos percurramus. Est *Luna* peculiari quadam ratione *Domina Noctis*. Quod dominium est illi naturale. Nam finis, ob quam est condita, exprimitur Genesis 1. *Fecit duo luminaria magna* : *luminare maius, vt praeesset diei*, *& luminare minus, vt praeesset*, aut dominaretur *nocti*. Est enim in Hebręo, *Ad dominandū*, seu, *vt dominetur*. Est itaq; illi imperium aliquod in noctem, siue noctu. Quod clarè profitetur Rex David in carmine de rerum creatione, laudans

Luna Domina Noctis.

Gen. 1. 16.

Symbolorum Interpres, cum diceret Ioan. 9. *Venit Nox, quando nemo potest operari*: id est, Mors instat, postq̃ & in qua nō est meritoriè operādi potestas. Pręcesserat autem: *Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est*. Vbi *Dies* opponitur *Nocti*. Per *Diem* autem Symbolicè *Vita* significatur. Igitur per *Noctem*, Mors: imagine apud profanos etiam vsitatâ.

Nox Mors *Ioan. 9. 4.*

Nox illum ferrea texit,
Luminaq; æterna clauserunt fessa tenebræ.

Canebat Poëtarum summus. *Ho. Illa 4.*

In hac Nocte Maria Domina vim suam exerit. Hic potissimùm sibi caris, imò, maximis peccatoribus opitulatur. Tunc eius maximè imploramus auxilium, cùm paullatim deficimus: *antequam tenebrescat Sol & Luna & Stellæ: & reuertantur nubes post pluuiam*, vt loquitur Ecclesiast. id est, vt interpretatur Paraphrastes Chaldæus: Antequam muretur splendor gloriæ faciei tuę, qui assimilatur Soli:

Maria in morte hominibus opitulatur.

Eccl. 12. 2.

& lumen oculorum tuorum an
quã obcęcetur:& decor maxillaru
tuarũ anteq̃ obtenebretur: & pup
læ oculorum, qui aſſimilantur ſtell
antequam extinguantur: & anteq
palpebræ oculorum, qui ſtillent
crymas, vt nubes poſt pluuiam. Hi
toto vitæ tempore ſupplices ad *L*
nam-myſticam manus tendimus,
in mortis articulo nobis adſiſte
dignetur. Eodem intuitu induc
ſunt Litaniæ Virginis Deiparæ p
felici morte recitandæ. In ꝙ conſ
rarunt toto orbe plurimæ hominu
myriades. Idẽ profitemur oratiu
culâ, quâ fidẽ noſtrã in admiſſio
ad Sodalitatẽ Parthenicã Domi
communi obligamus, cuius hæc
clauſula: *Obſecro Te igitur, ſuſcipe m*
ſeruum perpetuum: adſis mihi in actio
bus omnibus meis: nec me deſeras in h
mortis. O me felicem, ſi non deſer
quia Mortis æq; , ac Noctis es Di

Nox ad peccatores ſpectans. Alio ſenſu, dum Lunã myſticè
terpretatur Hugo Cardinalis, N

ctem accipit, applicans Deiparæ, quod habet Psalmista, *Lunam in potestatem noctis* esse factam. Lunam dicit esse Mariam Virginem: quæ post Christum filium, vel vt post Solem, resplendet maximè: & potestatem habet in noctem, vt per eius intercessionem peccatorum ignorantia pellatur: & bonum operandi gratia concedatur: atque ad Dominum reuertendi.

Verũ, vt obseruat, monetq; Thomas Iorgicus Anglus Cardinalis, nõ tãm Noctis Domina est *Luna-mystica*: sed diei quoq;. Nec enim peccatoribus solùm: sed & iustis: imò, his magis lucet. Astrum benignum, noctu, ac interdiu: in calamitate, & aduersitate: in morte, & vita *Maria Domina diei. Tho. Anglo in Comm. Psalmi 8.*

--- *O Maria-Luna!*

Luna mystica, *Mortis, atque Vitæ,*

Diuorumq; hominumq; vera Princeps.

Attamen noctu lux illius magis blãditur ac penetrat. Hinc *Noctiluca* dicta. An, quod noctu sola luceat?

vt Varro scripsit. An potius, qu
noctu præcipuè, vt maxima, in
minores ignes?

Luna in tenebrarũ remediũ.
Plin. lib. 11. cap. 9.

Lunam Noctis Dominam idc
eo videtur agnoscere Plinius, qu
eo tẽpore in remedium sit teneb
rum: addo ego, & in solatium. D
minæ est, familiæ prouidere, & q
incommodis medeantur, & solent
afflictos. An non verius asseramu
Lunam mysticam à Prouidentiâ di
nâ mortalibus datam in ignoran
tenebris versantibus ad illarum r
medium, ac animarum solatiur
Nonne illam Consolatricem aff
ctorum indigitamus? Constans
Patrum grauissimorũ opinio; D
param, non solùm precum effica
tate: verum etiam cælestis planè vi
exemplo: ac sapientiæ infusæ, seu r
uelatæ fulgore, adeò primigenitæ
luxisse Ecclesiæ, vt, post Christur
ignorantiæ tenebras dispulisse d
possit. Ob quam caussam, cum Chr
stus, verus Sol in cælum conscend

pra

præsentiam suam visibilem mundo subtraxit; longo satis tempore reliquit in terris suam Matrem, tanquã Astrum lucidissimum: tum, vt suo præsidio, patrocinio, ac benignitatis fauore, & velut vicariâ præsentiâ, nec non admirando Sanctitatis splẽdore esset in remedium tenebrarum, ac solatium ijs omnibus, qui Christi religionem profitebantur.

Fuit eodem tempore, tanquam MAGISTRA. Quo titulo Deiparam honorant Doctores plurimi, qui eam se Doctricem habuisse fatentur. At hoc ipsum est Lunæ epitheton: quam omnium quæ in cælo pernosci potuerunt Magistram Plinius appellat. Hoc autem magisterium, patrocinium, ac refugium non fuit Ecclesiæ sublatum post Virginẽ in cælos assumptam. Nam gratissima illius recordatio: & indulgentissimæ Parentis officium, quod ipsa in patria cælesti præstat: ac maxima ipsius apud Filium potestas, prouehunt, &

Maria Magistra.

Plin. li. 11. cap. 9.

au-

augent fauorem, ac solatium: nec nō clarissimum doctrinæ splendorem, quo Ecclesia inter omnes hæreticorum sectas, Cimmerijs grauissimorū errorū tenebris inuolutas fulgurat; vt verè Noctis Dominam agnoscas: ac tenebris obsessus, inuocet, quo illumineris.

Luna infantiæ Domina. Assuescas autem ad illam te conferre in ætate tenerâ, quæ Virgini Matri maximè commendata est, & quam singulariter tuetur. Quo quidem roboratur comparatio Deiparæ cum Luna, quam Astrologi dicunt præesse, velut Dominam Infantiæ: sicut pueritiæ dominatur Mercurius: adolescentiæ Venus: iuuentuti Sol: ætati virili Mars: Senili Iupiter: decrepitæ Saturnus. Sunt illi quā colimus Lunæ, maximè curæ infantes, non tā ætate, quā malitia. Qui, vt loquitur Petrus Apostolus, *Deponentes omnē malitiā, & omnē dolum, & simulationes, & inuidias, & oēs detractiones: sicut modo geniti infantes, rationabiles sine dolo*

1. Pet. 2. 1.

dolo lac concupiſcunt, vt in eo creſcant in ſalutē. Qui innocentiā, velut puerorū retinent: & in eâ indies adoleſcunt. Qui ſimplices ſunt in malo. Qui ſine fermento malitiæ ſunt azymi. Qui pulſa omni hypocriſi, candorem habent veritatis. Talibus libenter præeſt *Luna-myſtica.* Et tanquam bona Domina deducit illos per vias rectas.

Quod officium præcipuè conuenire Lunæ exiſtimabant veteres, qui illam colebant, vt Viarum Dominā, Ducemque. Vnde à Latinis Triuia fuit nuncupata, eo, quod lucem præbeat viatoribus, cuius beneficio iter videant. Ambulamus omnes vias difficiles, quamdiu in valle lacrymarum, & vmbra mortis verſamur: facillimè impingimus, & aberramus, niſi facem nobis præferat Illuminatrix: ſpes non eſt perueniendi ad metam niſi peritum ducem ſequamur. Peritiorem non habebimus, nec magis vel illuminantem,

Luna Domina viarum.

tem,

tem, vel illuminatam, quam *Lunam-mysticam*, cuius ductum, si sequamur, superatis viarum huius mundi difficultatibus, facillimè præfixum beatitatis terminum contingemus.


Luna Domina sanitatis.

In viâ autem, non est, quod à morborum molestijs nobis metuamus: nam ducem habemus, quæ sanitatis quoque est Præses, & Domina, Est enim, vt canit Poëta:

Morborum Domina, atque sanitatis:
AEtatisq; virilis, & iuuentæ:
Viarum, nemorumq; Luna *Princeps.*

Hinc dierũ criticorum rationẽ Medici ad Lunam referunt, tanquam moderatricem humorum, ac tẽperamenti humani. Quod licet falsò fortasse Lunę vulgari adscribatur: tamen multis documentis exploratum habemus, *Lunam-Mysticam Mariam*, morborum omnium, tum corporis, tum animæ esse curatricem egregiã: SALVS INFIRMORVM appellatur: Sanitatis nostræ, maximè spiritualis, Præses industria. Cuius præscriptioni-

nibus si obtemperemus, ab omni inualetudine animi, quæ peccatorum morbis generatur, præseruabimur, & corporis exsoluti vinculis, æternam, quæ in fælicitate vera consistit, sanitatem, ad Superos translati facilè consequemur.



NOTAE.

SOlis titulus Baal.] *Nomen autem* Baal, *Dominum significat. De quo erudité ac fusè Serarius, Iudicium 2 quæst. 1. Vt autem Sol dicebatur* Baal, *sic &* Melchom, *Rex, & Luna,* Ἀστάρχη, *necnon* Astarte. *De qua ibidem Serarius q. 2.*

Maria Domina.] *De hoc Mariæ etymo legendus S. Hieronymus lib. de nominibus Hebraicis in Exodo & Matthæo, Galat. lib. 7. cap. 13. Petrus Canisius in Mariali lib. 1. cap. 1. Martinus Delrio Polemica secunda in speculo Mariano, Antonius*

nius Spinellus in Throno cap. 4. à num. 11. & cap. 5. à numero 5. Angelus Caminius li. de Nominibus N. T Ludouicus Ballester in Onomatographia Sacra.

Quàm propriè autem conueniat DEIPARÆ nomen Domina, & res illi subiecta, multi docuerunt. Nominatim, & copiosius hi. Ferdinandus Quirinus Salazar in Prouerb. cap. 8. vers. 15. & 16. vbi probat B. Virginem, verè, propriè, & non per metaphoram, Dominam esse, ac Reginam creaturarum omnium, earumq; Dominiũ iure obtinere. Ex quo infert, Angelos, & homines MARIÆ-MANCIPIA verè, & propriè esse. Ioannes Bourgesius lib. 1. de Sodalit. Marianæ bono c. 4. vbi demõstrat, Deiparã verè esse ac proprie Dominã nostrã. Stanislaus Phœnicieis, libello de Mãcipio Mariæ. In quo demonstrat. 1. Mariã esse Dominã nostrã: Nos illius Seruos, & Mancipia naturaliter. 2. Mariæ, ceu Dominæ, seruos nos esse, quoniam ipsi in seruos à Deo Filio eius donati sumus. 3. Mariæ, tanquã vera Dominæ seruos nos esse, quia ab illa coëmpti, & à seruitute quadãtenus

redempti sumus. 4. Mariæ Dominæ nos seruos esse, quia infinita beneficia ab illâ accepimus.

Quæ omnia, & plura in huius tituli defensionē, ac confirmationē, continentur libello, operâ & studio Sodaliū Coloniensiū edito, cui⁹ inscriptio est MARIÆ CREATVRARVM DOMINÆ MANCIPIVM. *In quo etiā docetur, Virginē Gloriosam die Assumptionis suæ in cælū,* DOMINÆ *titulū plenè fuisse consequutā. Nimirū, quando Dominatricis Reginæ solium, demissione pridem extructum, re ipsa occupauit ad dexterā Filij assistere iussa, & sceptri regalis exhibitione cælo terraq; Dominandi arbitriū cōsequuta. Ob quam caussam Assumptionem Dominæ suæ,* MANCIPIA MARIANA *præcipuâ quadam solennitate celebrant, & ad reliqua pietatis officia, omnibus Virginis festis communia, adiungunt eximia quædam, quæ libello indicato præscribuntur.*

Regina cæli.] *Ieremiæ 7.18.* Filij colligunt ligna, & patres succendunt ignem,

ignem, & mulieres conspergunt adipem, vt faciant placentas REGINÆ CÆLI, & libent Dijs alienis, & me ad iracundiam prouocent. *S. Hieronymus ac* D. *Thomas*, Reginæ cæli, *inquiunt, id est*, Lunæ, *quam Dianam, seu Phæben Gētiles vocabant: quasi quæ esset Phæbi, id est, Solis soror. Cæli enim Rex erat illis Iupiter, qui Sol. Regina igitur Luna, ob magnitudinem, & splendorem: & quia præest nocti. Vnde & Luna dicta est à lucendo, quod Sola noctu luceat, ait M. Varro: indeq;* Nocti luca *est appellata. Huic Iudæos sacrificasse constat, tum ex Ieremia hoc loco, tum ex cap.* 44. 17. 18. 19. 25. *De Ethnicis, quæ adducimus habent Pollux lib.* 6. *cap.* 14. *Hesychius & Eustathius Iliad.* λ.

Idololatris illis comparat Epiphanius hæresi 79. *in Arabia Collyridianos hæreticos, qui mulieres instruebant, quæ in curru, cellaue ornata, ac velo passo obductâ, collyrida, siue placentam festo quodam per aliquot dies proponere, ac B. Mariæ, quasi Deæ offerre solebant: & inde simul omnes*

congre-

congregata participabant. Damnat autem ipse hunc cultum idololatricum. Siquidem B. Virgini Mariæ hyperdulia competit, ac debetur, non latria, & consequenter, nec sacrificium.

Post Christum natum, Prodicus Philosophus, teste S. Epiphanio asseruit, Lunā esse Deum. Manichæi quoque Solem & Lunam adorabant, vt scribit S. Augustinus l. XIV, contra Faustū c. 11. Addebant, Thronum Christi esse in Sole, Sapientiam in Lunâ, Spiritum in aëre. Quod refert idem Augustinus lib. xx. contra Faustum cap. 6. Deniquè, Mahomet in Alcorano sanxit cultum Cubar, *id est, Lunæ, quæ in omnibus Turcarum vexillis splendet.*

Manebant olim apud Christianos quosdam ignorantes ac simplices ethnicismi illius reliquiæ. Nam deficiente Luna acclamabant, vt Luna ex hoc suo quasi animæ deliquio, ad se, suamquè lucē & plenitudinem rediret. Quas acclamationes sustulit S. Ambrosius, Mediolani, & S. Augustinus in Africa. Quod ipse testatur Sermone CCXV. de Tempore. Vide quæ

 dixi-

Vos aeterni ignes & non violabile numen
Testor

• *De Moloch accuratè disserit* Cornelius *le Lapide Leuit.* XVIII. 21.

Diadema B. V. ex Stellis duodecim.]

Duodecim hæ Stellæ varia designare possūt.

PRIMO *Priuilegia duodecim, quæ exprimit Hugo in Miscellaneis, codice 2. li. 3. tit.* 125. Primum *est*, *Conceptus sine sorde.* Secundum, *Partus sine dolore.* Tertium, *Virginitatis, & Maternitatis copulatio.* Quartum, *Scientia illustris.* Quintū, *Deum genuisse.* Sextum, *Mortuam esse absque dolore.* Septimum, *Assumptā esse*, *& viuere cū corpore in cælo.* Octauū, *Angelicā transcendere sublimitatē.* Nonum, *Sedere ad dexteram Filij.* Decimum, *Aureola doctorali esse insignitam.* Vndecimum, Chorū *super Angelos separatum constituere.* Duodecimum, *neque ex antecedentibus, neque subsequētibus habere parem. Vide, quæ diximus Tom.* 1. *Theologiæ l.* 3. *Comm.* 9. *Exercit.* 3. *& Spinellum in Throno cap.* 6.

SECVNDO, *Prærogatiuas duodecim,*

quas colligit S Bernar. qui sic differit, *Sermone. Signum magnũ*. Primò, *Singularis fulgor refulget in Mariæ generatione.* Secundò, *in Angelicá salutatione.* Tertiò, *in Spiritus superuentione.* Quartò, *in Filij Dei inenarrabili conceptione.* Quintò, *Quòd Virginitatis sit Primiceria.* Sextò, *Quòd sine corruptione fæcunda.* Septimo, *Quòd sine grauamine grauida.* Octauò, *Quòd sine dolore Puerpera.* Nona, *Stella, est Mansuetudo pudoris.* Decima *Deuotio humilitatis.* Vndecima, *Magnanimitas credulitatis.* Duodecima, *Martyrium cordis.*

TERTIO. *Hæ Stellæ paullò aliter sic exprimuntur.*

I. Copiosissima gratia in sacratissimâ, & immaculata Conceptione Virgini collata.

II. *Angelica Salutatio.*

III. *Spiritus Sancti superuentio, & obumbratio.*

IV. *Filij Dei Conceptio.*

V. *Virgo sine macula : ac Virginitatis Primiceria.*

VI. *Sine corruptione fæcunda.* VII. *Si-*

VII. *Sine grauamine grauida.*
VIII. *Sine dolore puerpera.*
IX. *Magnanimitas fidei in credendo.*
X. *Profunda Humilitas in obediendo.*
XI. *Maxima verbi discretio in loquendo.*
XII. *Summa Perfectio, & Perseuerantia operis in agendo.*

QVARTO. *Eadem Stellæ duodecim designare possunt duodecim Mysteria vitæ, ac gratiarum Reginæ cælorum.*

Primum, *sit Prædestinatio, quâ in Matrem Dei ab æterno fuit singulariter electa, ac deinde Patribus promissa: Prophetijs ac figuris mundo indicata.*

Secundum, *Conceptio immaculata, quâ ab originali labe fuit præseruata.*

Tertium, *Gratiæ magnæ plenitudo illi in Cõceptione tributa, cũ auxilijs specialib⁹ in totâ deinceps vitâ: ita vt fomitẽ extinctum semper habuerit: nullumq; peccatum actuale, ne veniale quidẽ ex singulari Dei priuilegio vnquam commiserit.*

Quartum, *Natiuitas & Præsentatio in tẽplo, quãdo trimula se Deo consecrauit hoc actu exteriori. Nã si de interiori oblatione*

tione sit sermo, iam inde ab exordio Conceptionis suæ, quando ei vsus rationis est acceleratus se totam Deo dicauit.

Quintũ, Annuntiatio ab Angelo Quãdo in eã superuenit Spiritus-S. de quo Filiũ Dei ex suis purissimis sanguinibus cõcepit, facta vera Dei Mater. Mox verò visitauit Elizabetham.

Sextum, Partus eius Virgineus, quo Christũ sine dolore peperit, eumq; lactauit, educauit, in tẽplo præsentauit, duodennẽ quæsiuit, inuenit: proficiscẽtẽ est comitata.

Septimum, Virginitas perpetua, ante partum, in partu, post partum. Vnde Virginum vocatur Primiceria.

Octauum, Martyriũ cordis: quando doloris gladius in Filij Passione; cùm morienti adstitit, ipsius animã pertransiuit.

Nonũ, Gaudia Virginis in Christi Resurrectione, Ascensione, & Aduentu Spiritus sancti.

Decimum, Admirabilis in cælum Assumptio: vbi nõ tantùm in anima, sed etiã in corpore Gloriosa residet, super omnes Angelorum, & Sanctorum choros incomparabiliter exaltata. Vnde-

Vndecimum, *Regina est Angelorum, & Sanctorum, ac omnium Domina.*

Duodecimũ. *Aduocata est nostra: Mater misericordiæ: Mater cunctorũ viuẽtiũ.*

QVINTO. *Denotare possunt stellæ duodecim totidẽ virtutes magis illustres Beatissimæ Vir. Quarum est* Prima, *Fides, qua credidit se Virginem fore, simulq; Dei Matrem. Ac sub cruce firma & stabilis in fide Diuinitatis, Redemptionis, & Resurrectionis Christi permansit.*

Secunda, *Spes, quâ in Cõceptione, Partu, Fuga in AEgyptum, Paßione, ac Morte Christi, alijsq; summis angustijs pressa, totam se diuinæ prouidentiæ commisit, & perfectißimè resignauit.*

Tertia, *Caritas. Quæ in B. V.* Primò *fuit pura, & ab omni commoda proprio aliena. 2. feruẽs, laboriosa, nunquã cessãs. 3. fortis, ac cõstans iuxta crucẽ 4. liberalis, seq; totam cum Filio suo nobis communicans.*

Quarta, *Religio erga Deum Christũ: ei seruiendo, eum vestiendo, eum lactando, aliaquè ministeria promptißimè exhibendo: eius verba in corde suo conseruando: exequendo ritum circumcisionis*

Septima, *Fortitudo. Quæ* Primò, *maximè eluxit in morte Christi, in qua stabat iuxta Crucē.* Secundò *in iniurijs Iudæorū tolerandis.* Tertiò, *in inseruiendo Filio, omnibusq; Christianis adiuuandis.*

Octaua, *Paupertas. Quæ tāta fuit, vt nō esset ei locus in diuersorio; sed in stabulū sit secedere coacta; ibiqúe parere Christum orbis Dominum.*

Nona, *Dilectio proximi. Quâ iuuit Elizabethā, & Sponsos in nuptijs Canæ Galilææ, cùm vinum non haberent, ac impensè desiderat, & adiuuat hominum salutem.*

Decima, *Obediētia. Quâ & Augusto Cæsari Ethnico in censu pendendo: & legi Mosis in Purificatione: & Iosepho Sponso obediuit: ac curauit sedulò, vt Filij sui præceptis alij obedirent. Vt cùm in nuptijs dixit:* Quodcumq; dixerit vobis facite.

Vndecima, *Misericordia. Quâ viscera misericordiæ sua cuilibet in qualibet afflictione eam inuocanti effundit: æquè, ac Filium suum in redemptionem nostram in Cruce in cibum quoque in Eucharistia quoque misericorditer, ac liberaliter elargita est.*

 Duo-

quæ virginitatis florem prima Deo, per votum litauit. Sola Virgo, ante, in, post partum.

Quarta, *Maternitas excellentißima. Quippe propriè* Dei *Mater.*

Quinta, *Partus feliciβimus: sine doloris sensu: maximo cum gaudio.*

Sexta, *Dominatus supremus, ac Imperium, quo res omnes, adeoq; rerum creatorem habuit subiectum.*

Septima, *Puritas illibata. Quippe, quæ nec ipsis sexaginta tribus, aut septuaginta duobus annis vel minima noxæ labe aspersa.* Tota pulchra es & macula non est in te. *Cant.* IV. 7.

Octaua, *Contemplatio profundißima. Quâ, iuxta multorum sententiam, adhuc in terris degens, diuina interdum Visione est recreata.*

Nona, *Mors suauißima. Quã non morbus accerserit, sed ignita amoris flammæ, liquefacto corporis eius temperamento, induxerint. Cuius hoc sub obitum vocis cygneæ carmen:* Amore langueo. *Can.* II. 5.

Vndecima, *Assumptio gloriosa corporis cum anima suâ sociati.*

Duodecima, *Eminentia ac Imperiũ æternum, quo cælestibus etiam Hierarchijs præeminet, ad dexteram filij regali in solio collocata.*

Quomodo ex his, alijsq́; recensitis duodecim mysticis Stellis, cõficiatur Sertum Stellatũ, *Virgini gloriosæ offerendum, ac pẽdendũ, docet Libellus,* MARIÆ MANCIPIVM *parte prima, cap.* 8.

Dignitas MARIÆ, quà Dominæ.] *De hac & seruitutis idcirco Marianæ conditione actum in eodem libello ex instituto. Legenda, parte secunda, Dissertatio* 1. *&* 5. *in qua agitur de serui Dei, ac Deiparæ honorifica, & omnibus optanda appellatione.*

Dominiũ Lunę in sidera.] *Luna excipit influxus siderum, ac moderatur. Eleganter Pierius Valeria lib.* 44. *in præfat.* Nosti Stellas, sine Lunâ desolatas quodãmodo videri. Namq; illæ rerũ quæque suarum semina conspergãt, nisi in Lunaris orbis paratissimum, vt ita dicam horreum condantur; quę postmodum illa, quasi sequestra terris

terris demum indulgeat, aut potius vberrimè largiatur?

Dominium Lunæ in mare.] *De æstu marino legendi, Plutarch. l. 3. de placitis cap. 17. Mela lib. 3 cap. 1. Laurentius Coruinus in Geographia cap. 11. Mirandula lib. 1. de examine vanitatis cap. 12. Ptolomæus lib. 2. cap. 12. Plinius lib. 2. cap. 97. Strabo lib. 3. de situ orbis lib. 3. Auerroes lib. 12. Meteor. Albumasar lib. 2. introductorij ad Astron. Alensis par. 4. qu. 103. mem. 1. S. Thom. in 2. dist. 14. q. 1 & Opusc. 3 4. Scot. 2. dist. 14. Ficinus ad Plotin l. 3. Ennead. 2. cap. 6. Cardinal. Contaren. lib. 2 de Element. Leuinus lib. 2. de occult. nat. mir. Conimbricenses tract. 8. Meteor cap. 5 Iosephus Blancanus in locis Mathemat. Arist. loco 272.*

Lunam γεώδεσιραν, terream magis, quàm solem.] *De hoc dogmate lege Iustum Lipsium in Stoica Physiol. lib. 2. disser. 13.*

Quâ facultate Luna æstum maris, aliaque mira efficiat.] *Consulendus Georgius Agricola, lib. 3. de ijs, quæ è terrâ*

effluunt. Andreas Baccius lib. 1. de thermis cap. 24, Albertus de Elementis tractat. 2. Hieronymus Barrius, tractatu de fluxu, & refluxu maris. Strabo l. 1. Solin. in primo. Seneca lib. 3. natural. c. 16. Plutarchus li. 3. de placitis Philos. cap. 17. Alexander lib. 2. Meteor. comm. 5. Buridan. ibid. Andreas Disalpin. lib. 3. quaestion. Peripateticar. cap. 5. Ludouicus Buccaferreus lib. 2. Meteor. lect. 18. & 19. Auerroes lib. 2. Meteor. cap. 2. Vicomercatus ibid. Comment. 5. Paulus Venetus in summa Meteor. cap. 12. Contarenus l. 2. de Element. Mirandulanus l. 3. contra Astrol. ca. 15. Iulius Scaliger exercitat. 25. & 52. Alexander de Angelis contra Astrolog. lib. 1. cap. 5.

LVNA, Hecate, Proserpina,] *De his consulendi Mythologi Sol & Apollo dicebatur ἑκατος, eminus radios iaculans. ἑκάτη τρικέφαλος, triceps, triũ capitum, quorum dexterum equinum; sinistrum caninum; medium suis agrestis. Orpheus in Argonau. Ouidius lib. 9. Metamor.*

Tuque triceps Hecate.

Mythologi Proserpinae fabulam à Plutone par-

raptæ, ad Lunæ naturam referunt, quæ æquali temporis spacio superius, & inferius hemisphærium illustrat. Lege Seruium 1. Georg. ad illa:

Quamuis Elysios miretur Græcia campos
Nec repetita sequi curet Proserpina matrem.

& Commentatores Claudiani de Raptu Proserpinæ.

LVNA, Domina:] Pausanias in Arcadicis Καὶ τῇ δεσποίνῃ θύουσιν ἱερεῖα δὲ Ἀρκάδες πολλά τε, καὶ ἄφθονα: Dominæ victimas complures, & peropimas mactant Arcades. Virgil. lib. 6.

Hi Dominam Ditis thalamo deducere adorti.

Plura ibi Ludouic. Cerda.

LVNA Domina Noctis.] Gen. 1. 16 vt præesset nocti In Hebræo לממשלת Lememsceleph, à radice, maschal: ad dominandum, seu, vt dominetur.

Psal. 135. In potestatem noctis LXX. in ἀρχὴν, in dominium εἰς ἐξουσίαν ad dominandum, lege Augustin. de Genes.

ope-

opere imperf.c.13. & lib.1.de Genesi, contra Manich.c.14. Eugubinum, Delrium, Cornelium, Marium, Ystellam Genes.1. Lorinum in psalmum 135. Maximilianum Sandaum de symbolis Mortis lib.2.in trigesimo septimo.

LVNA infantiæ Domina.] *Vide Conimbricenses lib.2.de cœlo cap.3.q.1.*

LVNA Triuia.] *S. Augustinus lib. 7. de ciuit.cap.16. Festus lib.9. Macrobius lib.1. Saturnal.cap.9.*


LVNA habitata.] *Xenophanes apud Ciceronem li. IV. quæstion. Academicar. opinatus est, habitari in Luna. Idem censent alij de Marte, alijsq; Planetis, eò, quod Mars per tubum opticum deprehensus sit habere circa, vel suprà se alias stellas, quæ eius planum illustrent: sicut Sol & Luna illustrant terram ob eius incolas, & habitatores. Plutarchus lib.2. de Placitis c.30.* Pythagoræi aiunt *Lunam terrestrem* videri, quia, sicut & nostra terra, circumhabitatur à maioribus quidem, & pulchrioribus animantibus, quinquies decies nostrorum quãtitatem con-

continentibus, neque vllum excrementum deijcientibus; tanta item diei longitudine.

Idem tract. de facie in orbe Lunæ, de Lunæ incolis fusè differit, ac inter cætera, scribit: Ego istos, qui in *Luna* incolunt, multo magis mirari existimo, cum terram intuentur, tanquam fæcem, & cænum vniuersi, per tot humores, nubes, nebulasque apparentem, locum obscurum, humilem, immobilem, posse eam animalia producere, & nutrire, motu, respiratione, & calore prædita. *Multa de Lunæ incolis fingit, & lepidissimè proponit Lucianus in Dialogis.*



ORA-



ORATIO SEXTA.

MARIA

In Natiuitate LVNA

BELLATRIX.

LVNA *nascere: nascere* ô MARIA!
Luna *Martipotens sciensq́ belli.*
Luna *supplicibus petita votis.*
Belli tempore tam periculosi
Luna *nascere: nascere:* ô Maria!
Bellatrix *age* Luna *quid moraris?*
Luna *nascere: nascere* ô Maria!
Ductrix imperiosa siderum, qua
Ducente ætherea volant chorea
Et strato superûm potenter hoste
Pax cælo stabilitur, atque terris.
Luna *nascere: nascere* ô Maria!

Tu

Tu illa Luna Maria, *vera* Luna
Luna *belligerans & Imperatrix*
Luna *nascere, nascere* ô Maria!
Te labat sine miles orthodoxus.
Luna *duc age cælicas cohortes.*
Fuga, interfice, præliare, cade;
Vt tandem hoste iugum ferente seruum,
Pace fas fiet aurea potiri
Hæc ad tempora pacis & quietis
Aspirantibus, ô *beata* Luna
LVNA-MYSTICA, *bellicosa* Luna.
LVNA *nascere: nascere* ô MARIA!

Quæ est ista quæ progreditur pulchra, vt Luna. *Cantic.* VI. 6.

Cum iucunditate Natiuit. B. Mariæ celebremus, vt ipsa pro nobis intercedat ad Dominum nostrum Iesum Christum.

QVAMVIS plurimæ sint caussæ lætandi, & cum iucunditate celebrandi illius ortum, VIRGINIS, quæ lætitiæ perennis fontem hominibus aperiet: nescio tamen an vlla magis æuo nostro ac-

accommodata effingi posset inusitati cuiusdam in hac natalitia solennitate tripudij; quàm, quòd quæ nascitur Diua, ex fortunatissimæ matris vtero procedat, vt LVNA: & quidem, vt LVNA, BELLATRIX æquè, ac PACIFICATRIX. Quid magis hoc tempore necessarium quàm Ducem habere Christiani, Catholicique exercitus, vt belliciosissimam, ita pacis amantissimam. Quæ non bellum cauponetur, vt plerique paludati: sed bello pacem fænoretur. Quæ, si non lacessantur iniuriâ subditi, quietem suadeat: si damno afficiantur ac vexentur, pacem bello mutet. Deniq;, quę nihil præproperè aggrediatur: quæ nihil intẽtatum ad victoriam obtinendam relinquat: quæ suis in cõflictu adsit assiduè: quę in tenebris facem præferat: quæ meticulosis animum addat: hosti eripiat: quæ victoriâ vti norit: & post victoriam, pacis tranquillitatem inducat. Quantoperè bonorum votis expe-

expetenda esset istiusmodi agminum Ductrix hoc tempore? quo

Tot bella per orbem *Virg. 1. Georg.*
Tam multæ scelerum facies. quo nullus aratro
Dignus honos: squalent, quo abductis arua colonis.
Quo curui rigidum falces conflantur in ensem.
Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum:
Vicinæ ruptis inter se legibus vrbes
Arma ferunt: sæuit toto Mars impius orbe.
Vt cùm carceribus sese effudere quadrigæ,
Addunt se in spacia: & frustra retinacula tendens
Fertur equis auriga: neque audit currus habenas.

Cerne mihi Europam. Audax Batauus auro instructus Hispanico, sed magis calliditate Hollandicâ, vrbem munitissimam eiusdem gentis arctâ obsidione, mẽsibus aliquot, premit, non discessurus, quod timemus, nisi ex- *Sylua Ducis. Buscoducum. An. 1629. 1. Maii.*

expugnatâ. quantum inde malum? religione profligatâ, superstitione inductâ? bonis omnibus, partim loco pulsus, partim interemptis: malis impunè grassantibus? Et, etiamsi illam non capiat, fructum laboris habet, ac impensarum interceptâ interim astu Batauo Wesaliâ, non minoris momenti ciuitate. In Galliâ tumultuantur, vt solent, fidei orthodoxæ desertores, nondum planè subacti. Italiæ fauces insidentur à diuersorum Principum copijs, nihil amicum spirantibus. Britannia, quibus suppetias ferat, numis, virisque, notum est, & experiuntur Catholici. Ad mare Balticum necdum quieuit aduersariorum motus. Sarmatiæ inhiat Suecus, terrâ marique: classe metuendus, victoriâ elatus. Omitto viciniora. Vbique ferè gens cum gente collíditur: regnum cum regno: ciuitas cum ciuitate: populus cum populo: Princeps cum Principe: nec Catholici tantùm cum

hære-

hæreticis; sed, quo nihil atrocius, eiusdem religionis cõsortes Quis hic non optet optimam belli pacisque arbitram? Quæ & victoriam extorqueat ab aduersarijs, si iniustum bellum gerant, & deuictis leges pacis, nunquam violendæ, sanciat, vltrix futura rebellium.

Talis est, quæ hodie communi orbis lætitia in orbem terrarum venit; terræ, cæliq; moderatrix MARIA: quæ in ortu progreditur vt LVNA, *Bellatrix*, & *Pacificatrix*? An non iure optimo *cum iucunditate* *Natiuitatem B. Mariæ celebremus, vt ipsa*, & ante victoriam agmen fulmineum inuicta ducat: & eâ parta, nunquam interituram pacem triumphatrix cõstituat? Sed quoniam insolens fortasse alicui videri potest, & minus conueniens *Lunæ* titulus, *Bellatrix*: ideòque haud idonea causa comparationis Deiparæ cum *Luna*: eia, & hoc elogium Patronæ Nostrę asseramus, doceamusq;, tum Lunæ vulgari, tum

V. Maria Bellatrix.

Ma-

Mysticæ, hoc encomium esse commune. Sed huic imprimis, quam nondum natam, prodeuntem tamen, vt Luminare minus, supra horizontem inuitamus:

LVNA *nascere, nascere ô* MARIA!
Luna *Martipotens sciensque belli,*
Luna *belligerans, & Imperatrix.*

Militia Cæli.

Atque, vt inde ducamus probationis huiusce initium: animaduerti frequenter in diuinis oraculis mentionem fieri militiæ cuiusdã, vel exercitus, qui cæli dicitur. Hunc exercitum constituunt illa, quæ in amplissimo orbium cælestium campo spectantur sydera. E quibus varij, tanquam militum, constituuntur ordines, variæ phalanges, & turmæ. His præsunt, velut Ductores, Tribuni, centuriones, summi-ue Duces, ex astrorum numero, quibus id officij datum à supremo Imperatore. Non me hæc fingere, norunt, quibus aliqua est diuini codicis notitia. In cujus limine,

Ca-

Capite secundo Genesis, post *Ornatus cœli.*
septem dierum historiam, ita legitur: *Igitur perfecti sunt cœli, & terra, & omnis ornatus eorum.* Quod Latinus *Gen. 2. 1.*
Interpres vertit, *ornatus*, ob caussam, quam Bibliorum enarratores adducunt, idem quoque est, quod *omnis exercitus*, aut, *militia*. Quomodo Iob 7. exprimitur idem nomen, dum dicitur, *Militia est vita hominis super terram.* Et ab eodem vocabulo dicitur Deus, *Eltsebaoth*, Dominus Exercituum. Quapropter legit Philo, *Perfecti sunt cœli, & omnes militiæ ipsorum.* Quæ autem cœli est militia? quis exercitus ille oculis humanis spectabilis? Ita lucidos illos globos, quos stellas vulgus nuncupat, appellari à Scriptore diuino, loquutionis sacræ gnari pronũciant: quod in multitudine sua ordinem, dispositionemque, haud aliter, quàm milites seruent, ijsque Deus nonnunquam, velut militibus suis, vtatur contra rebelles. Quo pacto, Iudi-

peditatis. Accipit enim frequenter *armaturam zelus illius*, & armat *creaturam ad vltionem inimicorum*, vt est Sapientiæ v. Huius autem militiæ Præses, & Imperatrix est *Luna*, quæ dum præliandum ex Dei nutu, aciē instruit, ac educit. Quod ne figmento simile videatur, produco testem è sacris auctoribus Ecclesiasticum, qui inter Lunæ elogia, hoc etiam ponit. *Sap.5.18.* *Eccl.43.9.*

V as *castrorum in excelsis; in firmamēto cœli resplendens gloriosè*. Hoc est, Luna, in apparatu castrorum, vel exercitu cęlesti stellarum, est V as, instrumētum, aut Dux reliquorum militum: qui licet splendore rutilent, ipsa tamen luminis gloria, ac pulchritudine eminet. Certè, Lunam habuerunt veteres, tanquam Ductricem, seu Imperatricem, quæ agmina siderum præcedat, & explicet. Quo spectat illud, quod dicatur Deus fecisse Lunam, *in potestatem noctis*, Psalmo CXXXV. *Luna vas castrorum* Σκεῦος. *Ps.135. 9.*

Quæ poteſtas eſt inſtar illius, quam exercet Dux militum, habens in ſibi ſubiectos imperium, ac præcipiens alicui è ſuis, vade, ſequere, aggredere: fac hoc. Quod indicatur etiam Geneſis primo: vbi ſcribitur, DEVM feciſſe *Luminare minus*, vt præſit nocti. Siquidem adfert non ſolùm dignitatem quandam ſuper cætera ſidera noctu lucentia, ſed etiam dominationis, ac poteſtatis exercitium quoddam, vt Hebraicum vocabulum inſinuat, ſimulque Græcum.

Gen. 1. 8.

Luna inceſſus pompatica.

Et, quoniam Ducis eſt, inceſſu ipſo poteſtatem prodere, meminit Scriptura pompatici inceſſus, quo Luna, maximè, dum pleno orbe nitet, agmen ſuum antegreditur. Iob 31. *Si vidi Solem cùm fulgeret: & Lunam incedentem clarè*: vt ſolent, qui alijs imperant. Bellè autem eadem, ſecundum Scripturæ ſacræ phraſim, concipitur, ſitu militari in tabernaculo conſidens, quod conficit

Iob 31. 26.

ficit radiorum circumquaque expansio. Hanc speciem Lunæ Bellatricis suggerit illud Iobi 24. *Ecce Luna etiam non splendet: & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius.* Quod in Biblijs Regijs legitur: *Vsque ad* Lunam *non ponet tabernaculum.* Quidam sic vertunt, quod est in Hebræo: Non *expandet*, vel *extendet*, supple, *tabernaculum.* Complutenses Interpretes clarissimè scribunt: *Non expandet lumen suum in modum tentorij.* Est enim illa à corpore lucido radiorum circumfusio, instar cuiusdam tabernaculi, in orbem expansi, in cuius medio, sedet quodammodo, reliquis munia designans Luna castrensis.

Iob 24. 5.

Lunā tabernaculo militari considens.

Et quidem, cùm sidera, quibus præsidet Luna exercitum Dei conficiant, ac militare ducantur, accommodatè admodum illis tribuitur, quod lumen suum expandant, tanquam tabernaculum, vt milites solent: deinde verò illud con-

Stellæ lumen expādunt, vt tabernaculum.

Quorum alter albus erat, vt cursum illius diurnum: alter niger, vt nocturnum designaret. Tum gemini tauri, bellicosa animalia, & cornuta, quibus corniculata eius forma notaretur. Præterea, muli ad pugnãdum olim adhiberi soliti à ducibus, vt cõstat ex Absalonis historia: & ad virginitatis indiciũ. Denique, cerui candidi, ad celerem illius cursum exprimendum, in Ductrice copiarum commendabilem: studium etiã venationis, quæ belli est simulachrum: & nitidissimam illius in cęlo lucem, à qua Luna argentea passim nominatur. *Equi Albus & Niger.*

At, quæ insania, inquis, fœminæ exercitum concredere? *Luna* autem fœmineo schemate vbiq; inducitur, ex Poëtarũ fictione, Virgo. Fęmina nisi masculo sit pectore bello nõ est idonea: at virilẽ si gerat animũ, cætera mulier, viro imbelli est p̄ferenda. *Luna virili specie.*

O vos, ô iuuenes animũ geritis muliebrẽ:
Illa virgo vir est. canebat quidam.

Amazones. Amazones celebrant Scythæ fœminas bellicoſiſsimas, quæ magnam Aſiæ partem occupauêre. Quid in Troiano bello, inter fortiſsimos viros præſtiterit Pentheſilea, cum auxilium aduerſus Græcos ferret, non ſiluit Poëta Latinus, apud quem extat fœminæ bellatricis encomium:

Pentheſilea Virg. l. 1. Aene.

> *Ducit Amazonidum lunatis agmina pellis*
> *Pentheſilea furens, medijsq; in millibus ardet,*
> *Aurea ſubnectens exerta cingula mamma*
> *Bellatrix: audetqúe viris concurrere Virgo.*

Quis non legit Palladem armatam? galeatam Mineruam? &, ſine fictione, pugnatricem Margaretam? exercitus ductricem Ioannam, puellam Lotharingicam? Nimirum, animo erant virili, corpore fœminæ.

An

An hoc fortaſſe indicare volebant Ægyptiorum Sapientes, qui Apollinopoli Lunæ ſimulachrum dedicarant mira arte compoſitum: ſpecie quippe erat non muliebri, vt pingi vulgo ſolet, ſed virili. Tum verò accipitris faciem præferebat: & altera manu haſtam vibrans, fluuiatilem equum, per quem Typhona Æpyptij deſignare ſolent, videbatur configere. In Aſſyria quoque Lunæ templum fuit, apud Carras, in quo Lunæ virili ſacrum fiebat: & LVNVM Deum inuocabant potiùs, quàm LVNAM. Quem maſculum LVNAM appellat Tertullianus. *Lunus* etiam legitur apud Spartianum in Caracalla. Quod ad vim, efficaciamque illius ſideris muliebri potentiorem lubet referre. *Simulachr. lunæ forma virili.*

Sint hæc ingenioſa eruditorum accommodatione Lunæ encomia: certè ea multo magis abſque falſitatis ſuſpicione conueniunt Pa- *Maria Dux militiæ cœleſtis.*

miter in eodem consistunt, ceu agmen quadratum, *Prudentia*, *Iustitia*, *Temperantia*, *Fortitudo*. Expeditæ ad omnem aggressionem ibidem conspiciuntur septem phalanges capitalibus vitijs oppositæ: *Humilitas*, *Largitas*, *Castitas*, *Benignitas*, *Temperantia*, *Patientia*, *Deuotio*, seu sedula *Pietas*. Quibus præsidio sunt tres velut equitum turmæ, quæ Bonorum operum genera dicuntur: *Ieiunium*, *Eleemosyna*, *Oratio*. Quas consequuntur, tanquam inuicta legio, ex Euangelicis consilijs coacta, *Paupertas* voluntaria: *Castitas* perpetua: *Obedientia* integra. Quæ reguntur septem solertissimis velut centurioribus, *Sapientia*, *Intellectu*, *Consilio*, *Scientiâ*, *Fortitudine*, *Pietate*, *Timore Domini*. Quæ Dona Spiritus-Sancti appellantur. In quorum comitatu sub signis proprijs incedunt Fructus Spiritus: *Charitas*, *Gaudium*, *Pax*, *Patientia*, *Longanimitas*,

Bonitas, Benignitas, Mansuetudo, Fides, Modestia, Continentia, Castitas. Cui exercitui commeatum vbertim aduehunt, opulentissimi institores, octo Beatitudines Euangelicæ: nec alios lixas aut calones desiderat. Non minus autem hunc, quàm superiorem exercitum ducit *Luna mystica*: vt Iustorum, ita Virtutum Imperatrix.

III. Exercitus ex milite Catholico.

Tertius exercitus est visibilis, militum Christianorum, fidem Catholicam, &, quæ ad illam spectant, armis, contra illius iuratos hostes defendentium: & sanguinem, vitamque promptè, & alacriter pro fide, ac Deo profundentium. Nam & hos, tanquam Stellas habeo, celebroque: modò esse velint, vt deberent, Stellæ. Quas à stando dictas putant eruditi: quod, cui cœlo, Conditoris sui lege, sunt adfixæ, in eo stabiliter consistant. Hoc boni, fidique est militis: nunquam statio-

tionem ſuam, quamuis glandium tempeſtas capiti immineat, deſerere: nūquam ſuſceptam ſemel fidem, ac religionem, earumque cauſſam deponere, multo minus prodere: nunquam arma pro Eccleſiâ generosè ſumpta, eiuſque incolumitate viliter abijcere.

Fortem & tenacem propoſiti virum *Horati. lib. III. Card. Od. 3.*
Non ciuium ardor praua iubentium,
Non vultus inſtantis Tyranni,
Mente quatit ſolida.

Ex iſtiuſmodi ſtellis fortitudine Chriſtianâ, & conſtantiā fixis exercitus conflatur cœleſtis, nulla aduerſariorum virtute, nulla vi, vel aſtu ſuperabilis: modò Ductricem ſuam ſequatur: quæ hic quoque eſt *Luna Myſtica*, Maria.

Hanc eſſe perſuaſionē fidelium, inde colligite: quod, quemadmodum in publicis Chriſtiani orbis calamitatibus quibuſcunque, ita in bellicis præſertim tumultibus Eccleſia morem hunc ſemper tenuerit: *Maria inuocatur in calamitatibus bellicis.*

vt proximè, post DEVM, supremum omnis belli iusti Ducem, ac moderatorem, ad Dominæ, ac Patronæ nostræ MARIÆ, velut Augustissimæ Imperatricis, ac semper victoriosæ patrocinium confugeret. Et nunquam non è voto cessit, quoties hæc Luna stellas suas antegressa, legionem sideream, triumphis assuetam, ac toties coronatam, in hostem duxit.

Hostium genus omne.

Testes in hanc rem aduocare possum diuersissimos Ecclesiæ, ac virtutis aduersarios, qui Mariam, velut LVNAM-BELLATRICEM primò, mox Triumphatricem sunt experti. Et est iucundum memoratu, quã præclaras maiores nostri, quiq; illos præcesserunt, MARIA Ductrice, obtinuerint victorias, ne quis miretur, quod his cõmemorandis paullò diutius immoremur. Itaque hostes genus omne dispesco vniuersè in *Externos*, ac *Internos*: illos voco *visibiles*, qui varijs temporibus Ecclesiam,

ſiam, aut pietatis cultores oppugnarunt. Iſtos dico *Inuiſibiles*, de quibus imprimis Paulus Apoſtolus, monens, vt armaturam Dei induamus aduerſus inſidias Diaboli: *Quoniam non tantùm eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem* (id eſt, homines, qui carne conſtant, & ſanguine, ac proinde fragiles & caduci, facilè laſſantur, ac vincuntur) *ſed* præcipuè *aduerſus principes, & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus.* Nimirum, contra naturas, non craſſas, & materiæ immerſas, ſed ſpirituales, qui, vt hominibus ſunt ſubtiliores, ita & aſtutiores; quorum denique habitatio eſt in ſublimi, ſeu aëreis regionibus. Cacodæmones deſignat, quorum tot ſunt præſidiariæ cohortes, quot vitiorum genera. *Ad Ephes. 6.12.*

Si de hoſtibus externis agatur, in varias eos claſſes tribuere non eſt diffi- *Hoſtes viſibiles.*


difficile. Primò enim fuerũt, & sunt hodieque in Indiâ, Iapone, Sinâ, idolorum cultores; qui à quibusdam Ethnici, seu Gentiles, à Gente deriuato vocabulo, dicuntur: à nonnullis, Pagani, vsu Ecclesiastico, tanquã qui sub Christi vexillo non militent: ab alijs generaliter, Barbari. His adfines sunt, Turcæ, Mauri, Tartari. Quibus malitiâ sæpè haud inferiores, Hæretici, Schismatici, Excommunicati, Sacrilegi, Rebelles. Contra horũ quoslibet quoties pugnatum est, si quidem Deiparâ, tanquã exercitus sacrati Ductrice, eiusque auspicijs instructæ sunt acies, & factus impetus, palmam reportarunt Mariæ cultores: & reportabunt semper, si illa benignè annuerit, quæ non minus, quam LVNA est *Vas castrorum in excelsis: in firmamento cæli resplendens gloriosè.*

ἐθνικός ἔθνος gens.

Paganus pro ciue qui nunquam militauit.

Eccl. 43. 10

MA-



MARIA
LVNA-BELLATRIX
CONTRA
Infideles, Ethnicos, Barbaros.



SI Ecclesia impugnetur ab infidelibus, LVNAM suã, non magico carmine, sed castâ prece in auxiliũ aduocet, non desiderabit aliam, quæ aciem instruat, & hostem opprimat Bellatricem.

Maria enim est *Mulier illa fortis, quæ*, vt loquitur Euthymius Zegubenus, *aras contriuit idolorum, & delubra Gentium comminuit: & cessare fecit immoderatam sanguinis effusionem.*

Non

Constantinus M. Anno cccxxx. Theophane. s Zonaras Nicephorus Baronius.

Non ignorauit hoc Constantinus, vt fide in Christum Deum hominem, ita adfectu, ac deuotione in Mariam Deiparam Magnus. Quapropter Vrbi à se conditæ, alteri Romæ, contra Barbaros de tali munimento prouidit. Episcopos è Synodo Nicænâ Constantinopolim euocauit, à quibus tota vrbs Dei Genitrici est dedicata, dicta, CIVITAS VIRGINIS. quod idem mihi videtur, ac CIVITAS LVNÆ, fælicior, quam Iericho, ab altera Lunâ cognominata. Ab eo enim tēpore, quoties bello impetita fuit Constantinopolis, de cœlo pugnatū est pro ea, *Luna-mysticâ* ciuitatem sibi addictam protegente: donec incolētium improbitate, cum fide orthodoxâ Deiparæ venerationem repudiauit: sic tandem ipsa in hostium potestatem venit, ludibrium facta, quæ terrori fuerat. Hoc pretium est Mariani cultus deserti. Nam & hic verum est, quod norunt rerum naturalium

Gellius lib. 1. ca. 7.

turalium obſeruatores: & eleganter expreſſit Gellius: *Eadem ipſa, quæ creſcente Luna gliſcunt; deficiente contra Lunâ deficiunt.*

Recreat me in hoc genere Heraclij Imperatoris pietas memorabilis. Hic cum animaduerteret, Choſroëm Perſarũ Regem humanis viribus vinci amplius non poſſe, ad cœlum conuerſus, in eoque *Lunam Myſticam* exercitui animo ducendo præpoſitam contemplatus, ad eam, vt ad Vas *caſtrorum in excelſis*, ſupplex confugit. Et, vt agnoſcerent omnes MARIAM *Bellatricem*, primò quidem, totius expeditionis Deiparam Præſidem elegit, ac dici voluit. Tum, Mariæ imaginem, Aquilæ ſigno magis fortunatam, ſibi in bello præferri iuſſit. Tandem, ante omnem conflictum, *Mariam, Mariam* ingeminari, ſuo exemplo docuit. Quod profuit ſanè. Nam auxiliatrice Mariâ, Perſæ cæſi, Choſroës victus, Heraclius

Heraclius Im. Paul. Diaconus lib. 18. hiſtoriæ

clius cum triumpho rediJt. Accidit hoc anno Christi DCXXI.

Heraclius Imp. Theophan. Annal. Graecorum.

Idem, anno sequenti, cum ab auxiliaribus vndique desertus esset, monuit commilitones, omnem spẽ in DEVM & MARIAM, Luminare maius & minus collocare. His opitulantibus, Armenos, Persásque debellauit: imò, ipsorum Ducem Razatim suâ manu obtruncauit.

Theodorus Anno 625. Paul. Diaco. lib. 18. hist.

Anno DCXXV. Theodorũ Imperatoris Heraclij fratrem Sain Dux Persarum cum quinquaginta millibus fortissimorũ militum inuasit. Theodorus impar viribus, ad pugnæ initium S. MARIÆ, vt Bellatricis insuperabilis, opem supplex implorat. Nec mora de cœlo pugnatum est pro cliente Mariano. Ingens enim grando inde immissa in Barbaros, illorum ordines, quà disturbauit, quà concidit: reliquos Christianis mactandos præbuit.

Constantinopolis. Cedrenus in compendio.

Eodem anno, Auares Thraces, Constantinopolim terrâ mariq́ue sic

ſic preſſerunt, vt ab expugnatione parum abeſſet. Sed bellicoſiſſima *Luna-Myſtica*, aſſiduis precibus ad ciuitatem ſuam tuendam adūocata, præſens non diſtulit ſubſidium. Quo factum, vt copię terreſtres hoſtium plurimis amiſſis fugerēt: claſſis verò, in Euxino tempeſtate mergeretur.

Non multò poſt Aegyptus, & Africa ab Imperio deſciuerant: ipſam quoque Carthaginem Barbari expugnarant. Imperator Heraclius, ijſdem Dei, & S. MARIA auſpicijs, in hoſtem mouit, ſed fœliciſſimè: vbique victor, hoſtes depulit, & amiſſa tot Regna in ſuam poteſtatem redegit.

Carthago Paul Diacon. loc. cit.

Anno DCCCCLV. Hungari euaſtatâ Germaniâ Auguſtā Vindelicorum obſederunt. S. Vdalricus Epiſcopus religioſas mulieres in templi pauimento proſtratas, iuſſit clementiam S. MARIÆ noctes, dieſque ſtudioſiſſimè flagitare. Audijt illa è cœlo, & Hun-

Auguſta. Friſingenſis Viterbienſis Benno Abbas Augienſis.

& Hungaros primò à mœnibus reiecit: inde eiusdem Ottoni I. Imperatori cum paruis copijs aduentanti trucitandos obiecit. Viterbiensis scribit, ex tot centenis Hungarorum millibus, non nisi sex Barbaros effugisse.

S. Stephanus Rex. Bonfin. in Hung. de. ca. 2. l. 10.

Pagani rebelles ingentibus copijs Stephanum I. Hungariæ Regē adoriuntur. In tanto periculo pius Rex imprimis operam dedit, vt diuinam, & S. MARIÆ tanquam Matris ac Dominæ suæ opem exoraret. Inde cum suis in Ethnicos inuectus, Deiparæ auxilio gloriosam victoriam reportauit.

Nisirus Arabus Metaphrast. in vita S. Theodista.

Cretensium classis præfectus Nisirus in Insula Paro è Deiparæ templo lapidem auferri iusserat, vt suis eum idolis consecraret, statimque tempestate diuinitus immissa, cum omnibus perijt.

Ioannes Comnenus Nicetas in Annal.

Anno MC.XXIII. Tartari, & Scythæ exercitum Ioannis Comneni Imperatoris in prælio grauiter vrgebant.

bant. Deficientibus humanis auxilijs. Cæsar, cũ lachrymis, Dei Genetricem implorat. Affuit auxilium de cœlo; quo adiuti Romani totã hostium aciem ceciderunt. Imperator victor Deiparæ triumphũ decreuit.

Emanuel Comnenus Imperator, cùm necessariò contra Hungaros pugnandum videret, ad Deiparam confugit. *Quam* (vt verbis Nicetæ vtar) *sensit esse* INSVPERABILEM *commilitonem, & inuictam adiutricem.* Hungaris ingenti prælio superatis, subactáque Pannoniâ, Cæsar Deiparæ statuam currui triumphali imposuit. *Emmanuel Comnenus. Nicet. Annal. lib. 5.*

Mariæburgum in Prussiâ nobile monumentum est tot victoriarum, quas Deiparæ auspicijs, Equites Teuthonici (qui & *Fratrum* S. MARIÆ nomen gerunt) ab Ethnicis retulerunt. Borussiam enim anno M. CCXXVIII magnamque Liuoniæ partem, post ingentia bella, tandem Christo, & Ecclesiæ asseruerunt. *Ordo Teuthonicus Polydorus. Volateran.*

Con-

Constantinus Palaeologus Gregoras in Annal.

Constantinus-Palæologus post annũ M. CCCCXLVI. Vrbe & imperio exutus, nõ multo post Constantinopolim bello recipit. Cuius id auspicijs egerit, ipse ostẽdit. Nã palã Deiparæ gratias, cum lachrymis gaudio manantibus, persoluit, eiq; suam victoriam publicè acceptam retulit: ac idcirco Deiparæ imaginem tota vrbe in pompâ circumferri voluit.

Carnotum S. Antonin, 2.p. hist. l 16. c. 2.

Rollo Normanniæ Dux Carnotum in Gallia obsederat. Incolæ ab armis imparati, *Indusium B. Virg.* MARIÆ, instar vexilli, è propugnaculis suspendunt. Ridere hostes, & certatim sagittas *in Camisiam Virginalem* iacere. Sed mox diuinitus cæcitate percutiuntur, & redduntur immobiles: ciues hostem ad satietatem trucidant.

Henricus Lusitanus Maffeus l. 2. hist. Ind.

Henricus Infans Portugalliæ, Deiparæ cultor maximus, dum ad propagandum Euangelium nauigationem Indicam contra Barbaros meditatur, post annũ M. CCCC. XCVI.

Dei-

Deiparam 1. illius expeditionis præsidem solenniter adoptat. 2. in portu Olyssiponensi Deiparæ Sacellum struit. Istis auspicijs in India patefacta, & nobilissimæ victoriæ relatæ sunt.

Vasquius Gama ab Emmanuele Rege anno M. CCCC. XCVII. in Indias missus, quanquam innumera vndique ab hostibus pericula obstarent; victor tamen de omnibus fœlicissimè triumphauit, Magnæ Matris MARIÆ ope, & auspicijs. *Vasquius Gama. Osorius hist. Ind.*

Sub annum M.D.V. Zamorinus Calecuti Rex, contra vndecim Lusitanorum naues, in mare eduxit naues facilè ducentas. Almeida Dux Lusitanorum, sub pugnæ initium MARIÆ *Victrici* templum vouit, si vicisset. Votum Virgo ratū habuit. Zamorinus ingenti prælio turpiter victus aufugit. *Almeida. Maffeus lib. 3. hist. Ind.*

Anno M.DLXXXVI. Rex Angolæ, duplici cum Lusitanis prælio con-

Angelã. F. Bencius in Annal. Jarricus in Thesau Indic. tom. 2.

tendit: in vtroque victus. Et in altero quidem, à ducētis Lusitanis, & duobus Æthiopum sociorum millibus, sexcenta hostium millia fusa & fugata sunt, nullo Lusitanorum interempto. Quod Dei auxilio, Deiparæ precibus impetrato, cuius cultui Diazius supremus belli Dux, cum suis, vnicè deditus erat, adscripserũt. Siquidem habebat in castris DEIPARÆ imaginem, cui quotidie coram omnibus supplicabat, fœlicem, vt expeditionis successum precibus obtineret.

Eadem porrò imago, paullò ante conflictum, impias Barbarorum manus mirabiliter euasit. Densa sceleratorum turba Lusitanicum vallum perfregerat. Æthiopes socij, quia hostilem impetum sustinere non valebant, ad interiora Lusitanorum castra, relictis sarcinis, confugiebant. Barbari loco occupato (sunt autem gazæ & suppellectilis Lusitanicæ, quam magnifaciunt, aui-

auidiſſimi) quicquid obuium erat, diripiebant, conuaſabant, auferebant. Erat inter impedimenta ſarcina, in quâ Deiparæ imago. Hæc in via integra reperta: quamuis eodem loco hoſtes tranſiſſent, & alia diripuiſſēt; Deo, in Matris gratiā, impiorū oculis caliginem offundente, ne viderent, quod agnitum, ſacrilegis manibus temeraſſent.

Hoc cognito, Dux incredibili lætitia perfuſus, Imaginē DOMINÆ BELLATRICIS, magna pōpâ, & ſolennitate in caſtra reduci imperat. Quā ipſe, ac Luſitani alij, cū neophytis Angolanis, magna animi pietate excepêre. Fortiſſima hinc ſalutis & victoriæ, inſidiarūq; hoſtiliū in poſterū effugiendarū, ſpe conceptâ, tā potētis Reginę auxilio eos obūbrāte.

Haud multo poſt admirandā illā victoriam, quā de duodecies centenis Angolanorum obtinuêre millib⁹ Chriſtiani, Luſitanus, cū negociorum cauſsâ, Cabacam ciuitatem,

 adiſſet,

adiſſet, in totius exercitus aduerſariorum præfectum incidit: à quo; cur tanta hominum multitudine à pauculis *Luſitanis* profligata, tot interempti eſſent, amicè inquirebat. Cui ille. *Luſitanorum* robur, & animos haud metuebamus: conficere ſanè omnes minimi fuiſſet negocij. At Matrona quædam pulcherrima, & ſplendore rutilantiſſima, ſimulque Senio quidam venerandus flammeum rotans enſem, qui in aëre veſtros præcedebant, nos conſternarunt; ita, vt perterriti, exanimatiq; in fugam nos dederimus. Fœminam illam ſplēdidiſſimam, DEIPARAM retuliſſe; & Senem, repræſentaſſe Iacobum Apoſtolum, quem in prælijs inuocare Hiſpani ſolent, apud *Luſitanos* nulla fuit dubitatio.

Hinc magna *Luſitanorum* erga DEIPARAM-BELLATRICEM, in Angolæ regno Indiæ ampliſſimo, eſt pietas, & affectus ſingularis. Qui in templo Societatis IESV Sodalitatē,

ſub

ſub nomine MARIÆ DE VICTORIA inſtituerunt. Quod omnes ſe victorias, Deiparę potiſſimùm ope, in Angolâ nactos norint: Atq; ideò dant operam, vt, ſi quando cum hoſte dimicandum ſit, id aliquo Deiparæ feſto contingat. Quicquid hactenus, vel pace, vel bello proſperũ ijs ſucceſſit, vni, poſt Deũ, Deiparæ interceſſioni adſcribunt. Prælium inituri in Deiparæ orare templo, Sacramentis confeſsionis, & Euchariſtiæ præmiſſis ante ſolent: domum reuerſi, ibidẽ vota perſoluunt, Deoque ac Beatiſſimæ Virgini, immenſas ob accepta beneficia gratias agunt. Eiuſdem Virginis imaginem ſemper in caſtris habent, & ſingulari cultu proſequuntur. Si quando diutius in aliquo loco hærendum, oratorium erigũt, in quo intereà eandẽ imaginem deponãt. Abeuntes illud ſuccendunt, aut deſtruunt, ne ſacrilegis barbarorũ manibus violetur: Cruce duntaxat ibidem, quæ Ora-


torij memoriam refricet, relictâ.

Cuba. *Tho. Bozius lib. 9. de sig. Eccl. cap. 10.* In Indiæ Occidentalis Insulâ, nomine Cuba, Regulus quidam aduersus finitimos multas consequutus est victorias: quod vteretur Duce Christiano. Is enim in hostes pergebat gestans B. Virginis imaginem *laborum sociam, belli auspicem, in periculis Adiutricem; per quam hostes fugatos confestim superabat.*

Brasilia. *Bencius in Ann.* Anno M. D. XC. Brasilienses Ethnici Piratiningam Christianorum vrbem inuaserunt; nec potuerunt prohiberi, quo minus suburbiũ caperent: vrbem ipsam capturi, nisi iram Deiparæ in se concitassent. Nã statuæ B. Virginis caput comminuerunt. Ibi versa est belli fortuna. Neophyti non vno prælio hostes strauerunt.



MA-



MARIA.
LVNA-BELLATRIX
CONTRA
Turcas, Mauros, Saracenos.



TANDEM Bellatricis Lunæ Nostræ vim senserunt Saraceni, Turci Mauri, eiusdemque improbitatis, licet diuersorum nominum, hostes.

Anno DCLXXII. Cham, & Mahomet, numerosissimo exercitus instructi, Constantinopolim obsederunt. Dei Mater Patrona vrbis piè inuocata, pro Constantino V. Imperatore ita pugnauit, vt Saraceni partim cæsi, partim vulneribus affecti, malè perierint. *Constantinopolis. Cham. Mahomet. Theophan. in Annal.*

Restaurato exercitu ad eandem obsidionem anno DC.LXXIII. redierant Saraceni. *Sed* (vt verbis Theophanis vtar) *experimento dedicerunt, quod Deus, & S. MARIA hanc vrbẽ munierint:* Primum fame, dein peste attriti, mox à Bulgaris ad viginti millia cæsi perierunt. Qui ex obsidione, atque internecione superfuerant, multa confusione ad suos reuerterunt. Cum autem nauigaret classis eorum, tempestas in eos, per intercessionem DEI-MATRIS incumbens, eos huc illuc dispersit: nonnullas in vertigines demersit: super residuas verò naues cùm transirent Ægeum pelagus, grando ignea descendens, aquam maris ebullire fecit; & pice liquefactâ naues simul cũ hominibus in profundum demersæ sunt, decem solis ex tantâ multitudine saluis ad Dei magnalia annuncianda.

Pelagius Rex. ANNO DCC.XIV. Occupatâ à Mauris Hispania, Pelagius I, Rex, cum Chri-

Christianis in Ausenæ montis spelunca inclusit, B. MARIÆ patrocinium anxiè exquirens. Mauri omni telorum genere aditum moliuntur. Sed sagittæ in auctorum capita retorquebantur, magnâ cum strage. Ergo ordinibus turbatis, Pelagius erumpens viginti millia occidit. *Rodericus hist. Hisp.*

Supererant sexaginta millia Maurorum contra quos Christiani Deiparam ardentissimè tam diu euocarunt; donec DIVA omnes sibi debellandos sumeret: siquidem in agro *Libanensi* prædabundos, vicini montis ruinâ oppressit, residuos in flumen Deuam præcipitauit. *IDEM Lucas Tudensis hist. Hisp.*

Anno DCC.XVIII. Soliman Turcorum Princeps toto biennio Byzantium obsidet. Ciues sub *Leone* Isaurico (is necdum Iconoclasta erat) rebus desperatis, ad Dei Matrem confugiunt, eiusque imaginem solenni processione circumferunt. Mox Saraceni panico fu- *Leo Isauricus Cedren.*

rore, lymphati, turpiter diffugiunt.

Sub eodem Vinc. Belluac.

Interim duæ Turcarum classes (in quibus tria millia nauium erant) adhuc incolumes nauigabāt. Ciues Deiparam orant, vt Barbaros fluctibus hauriret. Audit DIVA: ignes, procellaque in classes fulminat: naues omnes iuxta Proconnesum, & in Aegeo, partim mersæ, partim captæ: vix quinque effugerunt.

Vmarus Arabs Baron. Tom. IX.

Anno DC.XXIII. Vmarus Arabum Princeps Catholicus, ab Anascapho Muselmanno dirè impugnabatur: Ope tamen Dei, ac S. MARIÆ Saracenos ita debellauit, vt de resumendis armis omnem illis spem ademerit.

Carolus Martellus Ex Baronio Dauroultius in hist. Cat.

Gregorius II. Pontifex Maximus Carolo Martello imagines CHRISTI, & S. MARIÆ circa annum DCC. XXVI. transmisit, munimentum cōtra tot hostes. Neque Deipara Carolum deseruit, cui plurimas non vno anno de Saracenis victorias concessit, posterisque aditum ad Impe-

rato-

ratoriam dignitatem ſtrauit.

Anno DCLXXVIII. Carolus Magnus Saracenis Nauariam, Deiparæ haud dubio ductu, vi eripit. Et anno DC.XCV. Hungaros ijſdem auſpicijs Marianis debellat. Vt ſe gratum S. MARIÆ pro ſe toties bellanti exhiberet, Aquiſgrani, Campidoniæ, & Sicambriæ ampliſſimas illi Baſilicas erexit. *Carol. M Æmylius. Friſingens*

Anno DCCC. XXIII. iuxta Ouetum Ramirus Rex templum in paucis elegans ex ipſis belli manubijs Deiparæ ædificauit: cuius patrocinio fretus ſexaginta millia Maurorum miraculoſè proſtrauit. *Ramirus Rex. Roderic. Hiſp. hiſt.*

Poſt annum DCCC.XXVIII. Ordonius Rex Mauros atroci prælio deuicit; neque pius Rex diſſimulauit, cuius ope Legionenſe regnum defendiſſet: etenim vt gratum ſe exhiberet, in vrbe Segiâ, Baſilicam Deiparæ poſuit. *Ordonius Rex. Mariana lib. 7, c. 16.*

Circa annum DCCCLX. Sub Imperatore Michaële, Bardas Cæſar con- *Bardas Cæſar. Zonaras.*

tra Agarenos pugnaturus, nihil habuit antiquius, quàm vt ad Deiparā confugeret; *intelligebat enim se bellum fœliciter auspicari non posse, nisi se suosque milites, totamq; belli sortem Virgini commendasset.* Hac adiutrice Rempublicā ab hoste armis vindicauit.

Andreas Dux. Curopalat. Annal.

Ad annum DCCCCLXXXVIII. Sultanus Saracenorum Tarsensis ad Andream Basilij Imperatoris Ducem litteras in hæc verba misit: Nunc videbo, an MARIA, & eius Filius, tibi proderit. Subiunxit alia in hanc sententiam. Has litteras Andreas Deiparæ Virginis imagini appēdit, adiectâ contra hostem prece. Hac adiutrice cum hoste cōgressus, Sultanum ipsum cum magnis copijs obtruncat, Deiparæ autem columnam altissimā, trophæi loco erigit.

Ioannes Zimisca. Curopalates. Zonaras.

Anno DCCCCLXXXI. imperium vastabant Tartarorum & Russorum plusquam trecentorum millium copiæ, Cæsar Zimisces Deiparam feruenter implorat. Illa & S. Theodorum,

dorum, & lethalem procellam ſuppetias mittit, mactantur Barbari, Imperator Deiparam in curru triumphare voluit.

Anno MLXI. Turci captâ Hieroſolymâ, Europæ imminebant. Ludouicus XI. Galliæ Rex vt Deiparæ patrocinio Reſpublica Chriſtiana incolumis ſtaret, edixit, vt quotidiè ſub meridiem campanæ pulſu populus ad Virginem contra Turcas inuocandam euocaretur. Deipara tam religiosè ſalutata, mox Turcas, non vnâ clade attritos, ab Europâ abſtinere iuſſit.

Ludouicus XI.
Genebrar. l. 4. Chron.

Anno MLXXXIII. Ildephonſus Rex, Toletum Hiſpaniæ caput, à Mauris fœdiſſimè profanatum, ingenti animo eſt aggreſſus: Adiutus S. MARIAE auxilio, multis Maurorum milibus cæſis, vrbem tandem expugnauit.

Toletũ in Hiſpania illuſtrata.

Concilium Claromontenſe decreta in Palæſtinam expeditione, Chriſtianis iniunxit, vt omni Sab-

Godefrid. Bulionius
Franciſc. Belleforeſt.

baro *Officium de Dominâ* recitarent, ac quouis modo huius tātæ Reginæ patrocinium exorarēt. Nec difficilis virgo fuit: nam anno MXCIX. Dux Bulionius non vno prælio Turcas fregit, ac Hierosolymam cœpit.

Cæsaraugusta Diploma Hadriani PP.

Anno MCXV. Cum Christiani, Duce Idelphonso Rege Cæsaraugustam sibi expugnandam suscepissent: ecce tibi in medio oppugnationis feruore imago Deiparæ Christianis apparet, eosque & præsentiâ animat, & adiuuat præsidio, vt vrbs à Saracenis sit recepta.

Eadem. Hieron. Blanca in Comment.

Sed ad annum M.CXXXIV. Mauri florentissimam vrbem recipere totis viribus nixi, muros iam strauerant. Rebus desperatis, S. MARIA Angelis comitata palam Saracenis se obiecit, eosque è muro repulsos, spe quoque potiundæ vrbis deiecit.

Isacius Angelus Nicetas Choniat. Annal.

Sub annum M.CLXXXVI. Branas Tyrannus Isacium Angelum Imperatorem impugnabat Imperator

rator à ſuis, ad Dei Genitricem confugit, & eius imaginem è templo, in mœnia vrbis, ibi, vbi bellum acrius erat, transfert. Paullò poſt Barbari internecione delentur; tyrannus ipſe perimitur.

Sub annum M.C.XCII. auſpicijs Deiparæ, inſtitutus eſt nouus Ordo militum Teuthonicorum contra Saracenos: qui Hoſpitalarijs, ac Templarijs additus, quod ſe totum B. Virgini deuouiſſet, luculentas non ſemel victorias de Turcis retulit. *Ordo Teuthonicus Vitriacus hiſt. occid.*

Hungari inclytum templum S. MARIÆ in Zell conſtruxerunt: quod armis Turcicis olim grauiter laceſſiti, auxilio tantæ virginis Barbaros magna ſtrage domitos, è regni finibus eieciſſent. *Templum Zellenſe. Bonfin. Annal.*

Illuſtris fuit, & quâ nulla vnquam clarior extitit victoria Hiſpanorum de Mauris B. Virgin. M. ope parta, quam Anno MCCXII. Alphonſus VIII. Caſtellæ Rex conſequutus *Alphõſ. 8. Ex epiſt. Alphon. ad Innocẽt. 3.*

Mariana lib. 1. Vaseus in Chron.

sequutus est. Is eo anno in Bœticâ, castra sua contra infinitas penè Maurorũ copias mouit, ac superatis locorũ angustijs duce quodã (quem Angelũ fuisse probabile est, quia operâ nauatâ nusquam comparuit) instructâ acie certamen cum hoste inijt. Miramomelinus autem in exercitum Alphonsi tam ferociter irruit, vt is loco cesserit. Itaque victoria, non anceps modò erat, sed inclinabat ad Mauros. Resumptis animis Christiani aggrediuntur hostes. Rex imaginem Deiparæ inferri iubet. Ad cuius conspectum consternantur Mauri. Instant Christiani: &, cum cœsis prioribus barbarorum agminibus ad extremam aciem innumerabilis multitudinis peruenissent, præunte eos signo Crucis, ex vexillo, in quo erat Imago sanctissimæ Virginis perfectam de hoste victoriam reportarunt. In eius enim aduentu, inquit Rodericus, acies hostium innumera, quæ hactenus

satis

ſatis immobilis permanſerat, & nobis reſtiterat, cæſa gladijs, fugata lãceis, & victa ictibus, terga dedit.

In eâ pugnâ ducenta Maurorum millia cæſa ſunt. Ex Chriſtianis verò xxv. aut xxx. duntaxat occubuêre. Vexillum verò illud Dei Genitricis, in quâ eius Imago, quâ visâ Mauri tam bellicoſi, tamque numeroſi, in fugam, exterriti ſe dedere, in Toletanâ ſeruatur Eccleſia. Eius autem Victoriæ memoria quotannis celebratur XVI. Iulij Mauricis vexillis explicatis, omniq; lætitia ſignificatione. In eâ victoriâ, pter cætera, id fuit admirabile, quòd cùm tot hoſtium millia iacerent, in omnibus corporis partibus detruncata, etiam ſpoliata, in toto campo, nec ſignum ſanguinis potuerit inueniri.

Sub annum MCCXV. Iacobus I. Aragoniæ Rex, cognomento *Victor*, ſeu *Expugnator*. (Is, qui Purificationis feſto ineunte natus, & Deiparæ illa ipſa nocte conſecra- *Iacobus I. Arag. Paul. Barcino. Gomez. Blanca.*

tus

tus fuit) Mauros non vno prælio fregit, cùm prius votum Deiparæ nuncupasset.

Idem Annal. Arag. Chron. Gasp.

Anno MCCXVIII. Deipara eidem Regi deuotè oranti apparuit, laudauitque studium, quo Mauros debellabat. Hac monitrice incitatus Iacobus, in hostem arma longè pertinacius circumtulit: nec quieuit, priusquam Dei ac Deiparæ ope, tria nobilissima regna Mauris eriperet. Toties verò conflixit, totq; vicibus Deiparæ templa vouit, vt cū Victor vota vellet exsoluere, ad bis mille Ecclesias in eius honorē ædificarit.

Idem. Iidem.

In regno Valētiæ pugnā Enessana contra Saracenos peculiarem obtinuit victoriā, inuocantibus eius militibus gloriosum S. Mariæ nomen, eiq; confidētibus. Ac partâ victoriâ, maximas Christo, eiusq; Genetrici, gratias egit: & toto regno, datis ad Antistites, & oppidorū magistratus litteris, supplicationes ad honorem illorum fieri iniūxit. In eâ pugna decem

cem millia Saracenorum interēpta, quorum cadauera nulla apparebant sauciata fuisse, neque perfossa vulnere. E Christianis pauci desiderati.

Idem captiuus in arce Montionis detētus, Beatissimę Virgini, cui semper se deuouerat enixè cōmendauit, ac tandem è custodiâ eius ope exijt. Ac tum Ordinem sacrum, sub Virginis nomine, Redemptionis captiuorum instituit. Qui à Mercede (*de la Merced*) nomen habet. Quæ vox Hispanis, non præmium, non precium, aut fructum laboris, sed Latinè reddita, idem quod donum seu gratiam significat. Quia, vt postremum malorum est seruitus, & maximè quæ in vinculis fertur, aut carcere, ita neq; seruo aut captiuo, beneficium maius impendi posse videtur, q̄ ipsum in libertatē vindicare. *Gomez lib. 2.*

Anteà à Simone Mōfortio Carcassione in vinculis detentus fuerat, vbi & Deiparam liberatricem habuit. Iterū à Ferdinando quodam carceri manci-

mancipatus cum Regina, cùm se per fenestram demittere vellet, ab ea prudenter est admonitus, vt Almę Dei Genitricis, cui ipse se à puero deuouerat, nunc totum commēdaret; fore namque, vt ipsius ope Virginis, quâ fuerat à Monfortio, & arce Montionis liberatus, à præsenti quoque custodia honorificè eriperetur. Quod reipsâ, post pauculos dies accidit.

His beneficijs affectus Iacobus Rex, grauissima constitutione sanxit, ne Iudæi in vllis locis coronæ suę subiectis commorantes, aut Christum, aut eius SS. Parentem blasphemijs, vel dicterijs, ex more, proscinderent: vtque eadem, è libris suis quam primùm eraderent; sub pœnis, tum pecuniarijs, tum corporeis. Quæ supplicia de ijs sumpsit, qui, vel non erasissent, vel aliqua in contumeliam œconomiæ salutis nostræ vomuissent. Trigesies autem, vt numerat Gomezius cum Mauris

In vita.

Dei

Dei Genitricis inimicissimis signa contulit, felici semper præliorum euentu: & Maurorum gentem nunquam satis fidam regni finibus, vt pelleret, filio mandauit.

Circa ann. MCCL. Alphonsus Rex, cognomento Astrologus, Mursiam, totumq; illud regnum, ope Deiparæ Virginis, Saracenis armata manu extorsit; ac gratitudinis ergò templum ibidem Magnæ Matri condidit.

Alphonsus Astrologus Hispan. illustrata.

Anno MCCCCLIII. Capta Constãtinopoli, Mahometus II. Italiæ bellũ mouebat, cessissetq; prædæ Domus Lauretana; nisi Deipara suam ipsa Domum sic tutata esset; vt & Turcicam classem Christianis expugnandam obijceretur, & Hungaricis Persicisq; cladibus fractum tyrannum domi coërceret.

Mahometus 2. Tursel. l. 2. hist. Lauret. cap. 25.

Anno MCCCCLXXX. Idem Sultanus Hydruntum per suos cepit. Turcæ victores ad diripiẽdã Deiparã, Lauretum furibundi pergunt. Ad primũ tamẽ ædis conspectum, Barbari tremere,

Idem. Tursel. l. 2. c. 4.

timere, & inuisibili quadam vi repelli ceperunt: pauloque post Italia pulsi sunt, & Mahometus diem obijt.

Granata Anton. Nebris. Marineus lib. 20.

Anno MCCCCLXXXII. cepit bellum Granatense. Ferdinandus & Isabella Reges Catholici, totos nouem annos contra Mauros depugnarunt, & ope Dei, ac S. MARIÆ pulcherrimas ex hoste victorias retulerunt. Tandem Granatam ipsam, Anno MCCCCXCII. expugnarunt.

Lib. de Arcan. B. V. 1. hom. 19. § 4.

De hac victoriâ ita Ioannes Cartagena: Nouit vniuersa nostra Hispania, quod cùm Rex Catholicus Ferdinandus, per multos annos elaborasset, pro capiendâ inclyta, & inexpugnabili vrbe Granatensi, tandem ad purissimæ Virginis adiutorium confugiens, vouit cum Serenissima consorte suâ Isabella, si eis de prædictâ vrbe victoriam præstaret, primum illius ciuitatis templum in honorem suæ IMMACVLATÆ CONCEPTIONIS consecrandum. Quo emisso voto, gloriosam de hostibus

ſtibus victoriam reportarunt.

Denique, proximè poſt Deum, Hiſpania vniuerſa S. MARIÆ debet, quod poſt octingentorum penè annorum ſeruitutem, Mauricum iugum omnibus ſuis regnis excuſſerit. Eam gloriam receptæ, vnitæque Hiſpaniæ, Deus, ac S. MARIA ardentiſſimis ſuis amatoribus Ferdinando, & Iſabellæ, poſt tot cruenta prælia conceſſerunt. *Hiſpania in Hiſp. illuſtrata.*

Anno MDLXXXIX. Stephanus Bathori Tranſyluaniæ Princeps, argenteum S. MARIÆ ſimulachrum Lauretum tranſmiſit: addita inſcriptione: donum hoc votiuum eſſe: quod per interceſſionem B. Virginis inter quotidianos Turcorum aſſultus, è ſummis periculis fuiſſet liberatus. *Stephanus Bathori. Turſ. l. 2. c. 6.*

Sub annum M. D. XVII. Selimus I. Ægypto domita, claſſem miſit, quæ Recineto capto, rectà Lauretum graſſabatur. Sed iterū horrifico terrore à Deipara immiſſo, trepidare *Selimus Turſ. l. 2. c. 19.*

pri-

primum, mox retrò, vnde venerant, reijci se senserũt. Id quod aliàs quoque ipsi Turcæ sibi à Deipara crebrè euenire fassi sunt.

Turca Tursel. ib. Paulò post duæ biremes Turcicæ ausæ sunt prædas ex agro Lauretano agere: illicò tamen expertę sunt Deiparam suorum clientum vindicem. Eodem ipso die à Christianis bello victi, ac laqueo suspensi sunt.

Solimann. Tursel. l. 4 cap. 11. Sub annum M.D.LXV. Solimanni classis ex Epiro adnauigãs, Lauretanis opibus inhiabat. Cumque pientissimus quisq; Deiparam enixè inclamaret: subitò Turcici belli procella aliò auersa est, Saracenis è cœlo prohibitis, ne agrum Lauretanum vel leuiter contingerent.

Ioan. Austriacus. Surius. Ant. Gauerner. de bello Cypr. Haraus in Brabant. In vltimo Christianę Reipublicę discrimine DEIPARÆ, vt Bellatricis, vis vel maximè enituit. An. MDLXXI. ad Echinadas, Turcica, cum Principum Christianorum classe, Duce Ioanne Austriaco, (qui Caroli V. Imperat. fuit filius) conflixit.

Quo

Quo euentu ? fusius illum enarrant, & totius pugnæ naualis ordinem Historici : epitomen accipe. Classis Christianorum multo inferior, cum Turcicâ atrox prælium commisit, à sexta matutina vsque in vesperam, magno vtrimq; animorũ ardore. In eo Turcarum triginta millia cæsa: decem millia capti: triremes centum octuaginta abductæ, nonaginta mersæ: quindecim millia Christianorum seruitute liberati : parta ingens præda : centum & sedecim maiora tormenta bellica; ducenta & quinquaginta sex minora hosti erepta.

Hanc Victoriam DEIPARÆ, post Deum deberi indicauit inprimis Pontifex Pius V. cui id videtur reuelatum fuisse. Qui preces in domo Lauretana ad Deiparam ipso die cõflictus fundi iusserat: fueratque eodem die solennis supplicatio Sodalium Rosarij Matrem benignissimam, ac Reginam potentissimam

ad Christianorum vota solicitantium. Omitto suspiria & cum ijs vota remigum Christianorum apud Turcas, tum militum nostrorum Deiparæ Lauretanæ nuncupata pro libertate, & victoria, quæ promptè persoluerunt.

Vota B.V. persoluta. Tursel. lib. 4. c. 24.

Incitati haud dubiè Austriaci Ducis exemplo qui dimicaturus Lauretanæ Virgini vouerat, si superstes ipse partæ de Barbaris victoriæ foret Lauretum vtique ad eam iturum. Itaque quinquennio post, negotijs varijs expeditis, quæ impedierant, quominus ante id tempus fidem exsolueret, cum Neapolim paullò solutiore animo tenuisset, non horror sæuientis hyemis, non publicæ, priuatæque curæ, non procerum, populorumque preces flectere eum potuerunt, vt ne itineribus, glacie, ac niue obsitis, fluminibus passim turgentibus, Lauretum ad B. Virginem iter intenderet. Qui vt procul sacram AEdem

con-

conſpexit, venerabundus caput aperuit, ac Deiparam ſalutauit. Inde veluti alienato à ſui cura, ad cæleſtis Reginæ venerationem animo, nunquam, neque cæli, neque imbris inclementiâ perpelli potuit, vt ſemel apertum operiret caput; adeò ſe caputque ſuum B. Virgini deuouerat, cuius præſidio ſe incolumem credebat eſſe. Poſtquam ad ſacram AEdem peruenerat, noxis totius anteactę vitę confeſſione expiatis, grates B. V. agit, protinus vota per ſoluta ſatis magnæ pecuniæ cumulat dono. Comites inſuper, & voce & exemplo, ad parem pietatis laudem accendit. Pontifex verò feſtum S. MARIÆ de Victoriâ indixit, cuius commemoratio ad VII. Octobris faſtis Eccleſiaſticis eſt inſerta.


Sub eodem Pontifice, Anconitani medio mari à Turcis fortiſſimè oppugnati, cum conclamatũ penè viderent: cuncti pariter Lauretanam *Anconitani. Turſell. lib. 4. c. 81.*

Virginem inclamant, votumq; adijciunt. Extemplò cælitus animi, viresq; omnibus additæ, hostisq; multa cum cæde coactus est fugere.

Epidaurii Tursell. li. 5. cap. 9.

In simile periculum, anno M. D. LXXXV. præcipitauerant Epidaurij: perijssentq; nisi subeunte animū recordatione Deiparæ, illi preces, & vota nuncupassent. Repentina enim caligo Turcas abarcuit; & ventus incumbens, vti Epidaurios Ragusam appulit, ita reiecit piratas.

MARIA
LVNA-BELLATRIX
CONTRA
Hæreticos, Schismaticos, Rebelles.



IAM verò, si Hæretici in Catholicos sæuiant: si insurgant in obedientes Ecclesiæ filios Schismatici: si socia arma copulent, vt pios oppri-

primant, Excommunicati, Sacrilegi, Rebelles? MARIA est BELLATRIX *egregia*; *quæ* vt loquitur D. Bonauentura, *hæreses omnes fortissimè expugnauit*. Caueat hæreticus, Lunam allatrat, quæ, quia Bellatrix, cunctas hæreses sola interemit in vniuerso mundo, Ecclesiæ totius encomio. Expertus id est Iulianus, Copronymus, Isauricus, Iconoclastæ. Quod exemplis ab omni gente petitis declaremus.

B. SABBAS ingens à Deo præmium Iustiniano Imperatori promiserat, si templum Deiparæ in Syria struxisset. Cæsar Africam exposcit. Audit votum Virgo. Belisarius Dux Gilimerem Regem, an. DXXXIV. capit, & cum Sicilia, Africam annis XCV. iam amissam, Arianis extorquet. *Africa* *Cyril. in vita Sabbæ*

ROMAM ipsam Ariani inuaserant, in Sedem Apostolicam fędè iniuriosi. Sed Iustinianus Imperator insigni suâ in Deiparã pietate meruit, *Vitiges Rex. Anastasius.*

vt anno DXXXVII. Duce Belisario, Neapolim, Hetruriam, Romamque ipsam reciperet, & Vitigem Regem ad se transmissum, in vinculis cerneret.

Totila Rex
Procop. de bello Persico.

Arianam hæresim tota Italiâ armis & auctoritate tuitus est Rex Totila. Hunc ingenti exercitu stipatum Eunuchus Narses in Tusciâ, collatis signis vicit, & occidit. Deiparæ ope nitebatur Narses, à qua etiam prælij committendi signum accipiebat.

Toias Rex
Sigonius.

Eodem anno Totilæ successor Rex Toias ausus, & ipse manus cum Narsete cõferre, victus regnum, vitamq; amisit. Siquidẽ Narses Deiparæ cultor ardentissimus, eiusdem Virginis monitu, signa in hæreticum Regem, hæreticumque exercitum tulit.

Ariani.
Sigonius.

Eiusdem Deiparæ consilijs & auxilijs, idem Exarchus Narses, occiso Arianorum Duce, Rubiconem transiuit: Buselini, & Sildualdi exercitus deuicit: Gothos deleuit: Ro-

Romanumq; Imperium anno DLIV. in Italia restaurauit. Huic Deipara in prælio apparuit, & quid maximè esset expediens, amanter indicauit.

ASTVLPHVS Rex, Papam Stephanum anno DCCLI. capere, simulq; D. Cæciliæ corpus rapere conatus est: tamen (vt ipsamet S. Cæcilia in visione Pontifici retulit) gratia Dominæ Dei Genitricis MARIÆ impius Rex, tum quidem elusus est. Anno autem D.CCLIV. à Pipino debellatus. *Longobardi. Anastasius Bibli.*

S. HENRICO II. Imperatori solenne erat, S. MARIÆ *Virginis opitulatu, tam per se, quàm per alios à DEO Victoriam expostulare.* Hac arte, anno M.XXXIII, Schismaticos in magna Græcia, & Bohemos armis aggressus, feliciter subiugauit. Gratus Deiparæ Cæsar, in eius honorem penè mille Ecclesias erexit. *Græci. Bohemi. Cuspinia. Adelboldus. Naucler.*

Anno M.D[...]XVIII. ausus erat Henricus IV. in locum Gelasij II. intru-

Henricus IV. Bzouius lib. 24. c. 5. de sig. Ecc.

dere Burdinum Antipapam, palamque bellum Ecclesiæ inferre: secutæ ingentes clades rem Christianam sustulissent: nisi (quod infantulus in cunis iacens prodigiosè hominibus nunciauit) Deipara exitium ab Ecclesia in hostes vertisset.

Albigenses. Prateolus lib. 1. de hæres. In vita S. Domin.

Potentissima Albigensium hæresis B. Virginis opera est extincta. Anno MCXIII. hæretici illi ad ducenta millia armatorum in aciem eduxerunt. E quibus Simon Montfortius, Catholicorum Dux, CHRISTI, & MARIÆ ope, plusquam septuaginta millia vnà cum illorum Rege Petro Aragonio trucidauit: vix vllo è suis desiderato.

Vide Frid. Forner. in dedic. Palmæ triumph.

Anno M. CC. XIII. ijdem hæretici Memelinum ex Africâ in auxilium exciuerant: is Innocentio Papæ ausus est minitari, se equos suos in Vaticano stabulaturum. Sed Catholici non plus octingentis Deiparæ viribus adiuti, vno die centum millia occiderunt.

In

In his ipsis contra Albigenses bellis, contigit Alanum semel infelicius pugnare. iamque res in summo periculo erat; cũ subitò S. MARIA lapides è cælo iaculata, morte ac vulneribus hæreticos obtriuit.

Alanus Brito Ferdin. Castiglo. lib. 1. cap. 34.

In Monasterio D. Petri Damiani Fratres, rapinis, incendijs, denique & aperto bello appetuntur: cùm Cæsarem frustra implorassent, Deiparæ vouent, quotidie se officium B. Virginis recitaturos. Mox hostibus pulsis, pax & tranquillitas redit.

Monasterium. Damia. li 6. epist. 32.

Vno eodemque tempore Saladinus in Syria, Ethnici in Lithuaniâ, Mauri in Africâ, hæretici in Galliâ & præcipuè Fridericus II. Imperator in Italiâ, contra Sedem Apostolicam anno M. CC. XXVII. ferro ac ignibus sæuiebant. Sed triumphum de tot hostibus Ecclesia precibus Deiparæ obtinuit, vt reuelatum est S. Dominico.

Saladinus. Carthag. tomo 3. lib. vlt.

Auenonem iuxta Aurelios grauiter

Aueno.

Vinc. Beluac. uiter hostis obsidebat. Ciues ab omni alia spe depulsi, imaginem Deiparæ supra muros vrbis collocant: ibi hostes pauore exanimes, arma proijciunt.

Petrus Aragonius. Thomas Costus in Addit. Anno M.CCCC.XXXIX. Petrus Alphonsi Aragonum R. Frater, Neapolim oppugnans, tormenta contra templum Deiparæ, de industria, explosit. Dissuadebat id quidem Rex ipse: sed homo impius, dum Deiparæ iniurius esse pergit, tormenti ictu capite truncatur: mox secutæ procellæ, totum exercitum à mænibus repellũt.

Palatini. Cæsarius lib. 7. c. 43 Natali S. MARIÆ, milites Comitis Palatini Cassulam hostiliter sunt adorti: noctu visa est Deipara, hanc iniuriam Christo conqueri. Quod cum Palatinenses susdeque habuissent: eodem die superueniens Walramus Comes eos fædè cecidit. Palatinensium Dux Sybodo inuisibiliter detentus, ne fugeret, etiam ipse occiditur.

Hallis. Lipsius de Diua Hallensi, cap. VI.

Quid

Quid quod S.MARIA *ab hoste, & vt bellica Hallas suas defendit? incolæ præferunt, & Annales referunt aliquoties oppidum illud nec situ, nec opere munitum, tentatum ab hoste, vel clam & fraudibus, vel palam & machinis; sed tutela præsidioq; Diuæ Virginis, stetisse inuictum.*

Anno M.CCC.LXXXIX. Philippus Cliuius Hallas oppugnat, iamque muros non parua ruina strauerat, vbique periculum, clamor, consternatio. Ciues ad S.MARIÆ ædem conuolant, nuncupant vota, sicq; roborati feruntur in hostē. Pugnatur acriter: tandem multa sua cū cæde hostis pellitur, *ipse quoq; fassus*, Numen sibi palam repugnare. *Philippus Cliuius Lip. l. c. I.*

Anno M.C.IX. Maximilianus Cæsar iunctis cum Pontifice copijs, Venetos excōmunicatos profligat: dein multoties de hostibus triumphauit. *Contra quos* (vtar verbis Lipsij de Diua Hallensi c.XXXV.) S.MARIAM *sæpe sensit auxiliarem*: & ipse *Maximil. I Imperator Austrius.*

Vinc. Beluac. uiter hostis obsidebat. Ciues ab omni alia spe depulsi, imaginem Deiparæ supra muros vrbis collocant: ibi hostes pauore exanimes, arm proijciunt.

Petrus Aragonius. *Thomas Costus in Addit.* Anno M.CCCC.XXXIX. Petrus Alphonsi Aragonum R. Frater, Neapolim oppugnans, tormenta contra tēplum Deiparæ, de industria, explosi. Dissuadebat id quidem Rex ipse: se homo impius, dum Deiparæ iniu tius esse pergit, tormenti ictu capit truncatur: mox secutæ procellæ, to tum exercitum à mænibus repellū

Palatini. *Cæsarius lib. 7. c. 43* Natali S. MARIÆ, milites Comitis Palatini Cassulam hostilite sunt adorti: noctu visa est Deipara, hanc iniuriam Christo conqueri. Quod cum Palatinenses susdeque habuissent: eodem die superueniens Walramus Comes eos fæd cecidit. Palatinensium Dux Sybod inuisibiliter detentus, ne fugeret, e iam ipse occiditur.

Halla. Lipsius de Diua Hallensi, cap. v

Qui

Quid quod S. MARIA *ab hoste, & vt bellica Hallas suas defendit? incolæ præferunt, & Annales referunt aliquoties oppidum illud nec situ, nec opere munitum, tentatum ab hoste, vel clam & fraudibus, vel palam & machinis; sed tutela præsidioq; Diuæ Virginis, stetisse inuictum.*

Anno M.CCC.LXXXIX. Philippus Cliuius Hallas oppugnat, iamque muros non parua ruina strauerat, vbique periculum, clamor, consternatio. Ciues ad S. MARIÆ ædem conuolant, nuncupant vota, sicq; roborati feruntur in hostē. Pugnatur acriter: tandem multa sua cū cæde hostis pellitur, *ipse quoq; fassus*, Numen sibi palam repugnare. *Philippus Cliuius Lip. l. c. 1.*

Anno M.C.IX. Maximilianus Cæsar iunctis cum Pontifice copijs, Venetos excōmunicatos profligat: dein multoties de hostibus triumphauit. *Contra quos* (vtar verbis Lipsij de Diua Hallensi c. XXXV.) S. MARIAM *sæpe sensit auxiliarem*: & ipse *Maximil. I Imperator Austrius.*

Cæsar amplissimis donis gratum se exhibuit.

IVLIVS II. Pontifex Maximus, anno M. D. XXII. Patrimonium D. Petri bello repetiturus, Laureti Deiparam precibus, ac votis adeò sibi demeretur: vt illa, & globi ferrei ictum à Pontificis capite auerterit, & Bononiam, Mirandulam, Parmam, aliasque vrbes armis occupandas illi obiecerit.

Iulius II. Pon. Max. Tursel. li. 2. cap. 12.

Sub ipsa Lutheranismi exordia, bellum inter Hispanos, Gallosque necdum resederat: Friderici Ducis Albani vxor Iuliobricæ obsessa, multa millia rosariorum inter mariti milites distribuit; qui hac pietate, & vrbē conseruarunt, & copijs aucti, Gallos parum tunc pios profligarūt.

Milites Albani Io. Lopez lib. 1 de Rosar. cap 15.

FRANCISCI Vrbinatis exercitus, non magis Leonem X. oppugnare, quàm Lauretum deprædari contendebat. Sed primum agmen à lupis fædè laniatur, ceteri ad Aedis Lauretanæ conspectū mox ingenti pauore ex-

Dux Vrbinas Tursel. li. 2. ca. 20.

exterriti, lymphatis similes, trepidabant, & nebula cælo lapsa, templum vallauit.

PRO Carolo V. & Philippo II. contra hæreticos, Turcasq; non semel triumphauit Ferdinandus Gonzaga: de quo Tursellinus sic scribit: *Ferdinandus Gonzaga S. MARIÆ effigiem argenteam in omni vita suspensam gestauit è collo: nec frustra: in maximis præliorũ discriminibus vir bellicosus præsentem semper Deiparæ Virginis expertus est opem.* *Ferdinandus Gonzaga. Turselliu. li. 2. ca 17.*

ANNO M.D.XXV. Deipara arcem suam Mariæburgensem Herbipoli contra rebelles Lutheranos rusticos haud dubiè defendit: Dominicâ, *Cantate*, dum maximè oppugnationis apparatus feruet: ecce tibi meridie, cælo serenissimo, supra arcẽ Iris apparauit, quæ & solem cingebat, & colorum elegãtiâ alias Irides longè superabat. Iris hieroglyphicum est S. MARIÆ, vt D. Antoninus, & Bernardinus prodiderunt. Et certè *Arx Herbipolensis. Chronic. Herbip.* *Iris Symbolum B. Vi. Ma.*

 inse-

insecuta arcis multiplex oppugnatio, tot rebellium cæde fatalis, satis docuit, arcem Herbipolensem & in eâ, vt in Speculâ, toti patriæ præsidétem, & longè, lateque omnia contemplantem Deiparæ cordi esse.

Zvvingliani Surius in Comm.

Anno M. D. XXXI. Heluetij Catholici ad templum S. MARIÆ Einsidel processionem instituerant. Sacramentarij, & imaginem S. MARIÆ exurere, & Catholicos mactare, decreuerant. Sed hic conatus tam sacrilegus multo illis sanguine stetit. Lege talionis, hæretici tribus magnis prælijs fœdè cæsi, & Zvvinglius ipse flammis exustus perijt.

Carolus V. Lip. c. p. 55. v. Hall.

Carolus V. Pius & Felix Imperator, sæpe ad ædem Diuæ Hallensis, religionis caußâ ventitare solitus, donis etiam auxit. Inter alia S. MARIÆ *dedit, dicauitqúe militari formâ Chamydem auro intextam, insignibus Imperij, & Domus Austriacæ decoratam: quid in ea, nisi suam militiam, & victorias* D. MARIÆ, *aut*

con-

cõsecrans, aut REFERENS ACCEPTA?

Quoties conati sint Hugenottæ Lutetiam Parisiorum subiugare, quis nescit? Sed, vt vtar verbis Francisci Bencij in Annalibus. *Vrbs hæc Dei Matris auxilio (quam Patronam sensit semper in omnibus rebus) se contra tot hostes hactenus victricem stetisse gloriatur.* *Parisij.*

Caluinistæ Agenum Aquitaniæ vi occuparant. Episcopus Deiparæ vouet ieiunium annuum sextâ feria, & quingentos aureos, si vrbs recipiatur. Eadem penè hora hostes panico terrore percelluntur: Catholici diuina prouidentiâ è latibulis emersi, vrbe tota Hugenottas profligant. *Agenum. Bencius Annal. Aquit.*

Bis Louanium, sæuiente milite hæretico, in magnâ trepidatione fuit. Sed ea vrbs magis à fida Dei, ac Deiparæ custodia, quàm à præsidijs hominum semper defensa est. Adfirmat hostis, se, vbi in conspectum veniat vrbis, haud dubiè diuino exterrente Numine, repentino pauore percelli. *Louanium. Fran. Bencius in Annis Belgica.*

Nouum

Antuerpia. *Bredenbach. li. 3. cap. 23.* Nouum victoriæ genus, ad annum M. D. LXVI. Antuerpia vidit. Statua erat S. MARIÆ, quam Geusij, vt deijcerent, omnia arma, viresque contulerunt. Sed fragile simulacrum nullis machinis ne leuissimè moueri potuit. Stetit, & de hostibus triumphauit; Exinde Dux Parmensis, Deiparæ ope fretus, Geusios armis fractos, Antuerpiâ eiecit.

Hugonotta. *Surius Comm.* Anno M. D. LXIX. Caluinistæ in Galliâ, ita Carolum IX. armis vrgebant, vt de religione actum videretur. Pius V. Pont. Max. toto orbe Rosaria recitari, ac Deiparam implorari iubet: quod opus dum maximè feruet, ecce tibi die tertio Octobris, Henricus Valesius, iuxta Moncontorium, Hugonottas Gallos & Bipontini Lutheranos Germanos ingenti prælio debellat, cæsis hostium decem millibus.

Dux Parmensis Alexander Farnesius ad clarissimas illas, quas in Belgio, Galliâque retu-

retulit victorias ad S. MARIAM Hallensem, ibique ad eius Aram preces, votaque ritè concipiebat. Illud verò notabile, quod hoc iter, aut pedes totum conficiebat, aut ad primum Marianæ turris conspectum, desiliebat ex equo. *Lip. H. allo cap. 35.*

Eques Anonymus à Parmensi cū pauculis emissus, in Geusiorum phalangem incidit: cumq́; fugam vndiq́; interclusam conspicaretur, cum socijs S. MARIAM inclamat, non sine voto. Igitur Deiparæ auxilio octo Catholici, cum octingentis Caluinistis duas horas fortissimè dimicant, nemine suorum ne leuiter læso; donec superuenientib⁹ Hispanis, Geusij plerique cæsi, aut capti. *Eques Anonymus. Tusse. li. 4. ca. 18.*

Anno M. D. LXXX. Caluiniani, Duce Tempelio, Hallas bis tentant; bis, protegente Deiparâ, repelluntur. *Ioannes Quuickius* palam iactarat: se suis manibus Hallensi mulierculæ (S. MARIAM intelligebat) nasum ab- *Oliuerius Tempelius Lib. in Hall.*

abſciſſurum. Diua audierat, & quaſi talionis pœnam machinata, procurat illi ipſi ſcurræ glande plumbea naſum auferri. Qui vltra pœnam, id etiam eſt conſequutus, vt à commilitionibus irrideretur, qui identidem hominem Hallas ad naſum recipiẽdum mittebant. Alter in eadem expeditione (*Ioannes Syſſelmannus*) comminatus erat, ſacram ſe ſtatuam Deiparæ Bruxellam abducturum, atque ibi igne crematurum. Audiere blaſphemiam Deus & Diua, illique os & mentum tormenti ictu abſtulere, & paullò poſt ipſam vitam.

Polonia bellũ ciuile.
Annal. Pol.

Anno M.DC.VII. in Polonia, ciuili bello, non magis Sigiſmundus Rex, quàm res Catholica in vltimum diſcrimen adducta erat. Ibi certatim Orthodoxi peregrinationes, & vota ad S. MARIAM, tum *Creſtochouienſem*, tum *Lauretanam* pro victoria ſuſceperunt. Idem fecit Rex, & Conſtantia, Regina. Inſuper Regina in pauimento templi Deiparæ proſtrata,

ta,

ta, non prius orandi finem fecit, quàm Rex maritus quinto Iulij aperto prælio Rackoſchanos fudiſſet.

Anno M. DC. XIX. Aduenit Romam Procurator Philippinarum, qui Batauos ibidem cæſos narrabat ope S. MARIÆ, quæ pugnantibus viſibiliter apparuit: cũ Hiſpana claſſis eius immaculatæ Conceptionis iconem, & inſigne præferret. *Batavi Fornar. Palma triump. li. 5. cap. 5.*

Anno M. DC. XX. Maximilianus Bauarus, ſuperiorem Auſtriam Imperatori Cæſari Ferdinando II. rebellem armis domiturus, non contentus S. MARIAM Oetingæ, & in Duntenhauſen tot precibus doniſque adijſſe: in ipſo belli progreſſu, ab exercitu diuertens, Straubinga Pogenbergium declinauit; vt in illo Deiparæ templo miraculis celebris, *tantæ Bellatricis* opem impetraret. Inde in hoſtes intulit vexillum Prætorianum, S. MARIÆ effigie inſignitum, cui ab vna parte in- *Auſtria* *Gloria bellica li. 9. cap. 5.*

inſcriptum erat: *Terribilis vt caſtrorum acies ordinata*: in alterâ; *Da mihi virtutem cõtra hoſtes tuos*. His auſpicijs Auſtria domita.

Bohemia Glor. bell. Ib. Statuæ S. MARIÆ Caluiniani in Bohemiâ oculos eruerant: vltrix illa, Regulo Pragam, rebellibus victoriam eripuit. Anno M. DC. XX. in pugnâ Pragẽſi illa ipſa imago exercitui Catholico eſt prælata. Dux Bauarus, & Comes Buquoius, cùm exercitui, S. Mariam, teſſeram dediſſent, ad ipſum belli initium, *Salue Regina*, clarâ voce, à Sacerdote pronunciari iuſſerunt. Affulſit *Bellatrix-Luna*, ad cuius radios, in exercitum hoſtilem, tanquam tela, vibratos, tremere viri, trepidare equi, & tota denique hoſtium acies verti in fugam cœpit. Occiſi multi: capti non pauci: victoriam Mariani, ſed auſpicijs, & ſubſidio pro ſe pugnantis Dominæ, obtinuerunt, ac triumpharunt. Cuius monumentum extare voluerunt in orbis theatro; erectâ Romæ baſilicâ,

ſilicâ, & MARIÆ, VICTRICI inſcripta.

Victoria ad VVimpinam.

Anno M. DC XXII. ad wimpinam exercitibus Catholicorum Principũ ſub legato Tyllio, Durlacenſem Marchionem, memorabili prælio vicit. Quomodo inibi Deipara *Lunam-Bellatricem egerit*: & quantum peregerit, accipe ex fideli narratione. Miles quidam, natione Alſata, ex Illuſtris Embdani Comitis Legionarijs, contuſo à ruſticis capite, à duobus annis omni linguæ vſu deſtitutus, votum conceperat, ſacram Aſpricollis ædem, D. Virginem ſalutãdi gratiâ, adeundi: ſed quod deſiderium hoc ſuum non niſi nutibus Duci ſuo exprimere poſſet, abeundi veniam hactenus obtinere nequiuerat. Is pridie, de quâ dixi, pugnæ, dũ idem votum inſtaurat, ac ſtudioſiùs eidem Patronæ ſe commendat, pulcherrimâ eam ſpecie è quercu cõtuitus eſt, clientem animantem, & ſine metu eſſe iubentem. Hac, quaſi feli-

cis euentûs, tessera animatus miles, alacer ad pugnã progreditur; dumq́; cedéte nostrorum acie, hostis victoriam inclamaret, rursus D. Virgo se spectandam præbuit, sacræ crucis signum præferens, & quasi ea Cæsarianos à fuga retraxisset, tanto repẽtè animo se in hostem effuderunt, vt, supra humanas vires, Rebellium hæreticorũ exercitũ longè copiosiorẽ, munitissimaq́ue castra, breuissimo tempore, inuaserint, & ceciderint.

Mutus verò noster, ipsa victoriæ hora Ducem suum grauissimè faucium adiens, soluta lingua, maxima omnium adstantium admiratione, in has voces erumpit: Agamus Virgini MARIÆ, Matri Dei gratias. O Capitanee mi, quomodo læsus es? Simulq́ue petijt, veniam voti sui ex soluendi caussâ, ad Asperum collem abeundi, indicans eò spectasse tã frequentes nutus, quibus id sibi cõcedi toties optauerat. Cẽturio rei nouitate attonitus, vulnerũ curãdorũ ergo

Mo-

Moguntiā vectus, eū ad Collegiū Societ. Iesu, misit, vt à Patrib⁹ exactiùs tota res examinaretur. Itaq;, peracta cōfessione, & sacra synaxi refectus, hæc omnia ita se habere corā Præposito Prouinciali, pluribusq; alijs cōfirmauit. Et fidē fecit sancta imprimis optimi viri simplicitas, cui tota cohors testimonium phibuit: adeoq; Dux ipse, qui à biennio ad finē vsq; pugnę ne syllabā quidē ab illo exprimi potuisse asseuerauit. Deniq; peregrin⁹ ex Belgica profectione redux pluribus retulit, Deiparā eodem omninò habitu in querceto à se visam quo eam in Aspricollensi postea templo conspexit, ac veneratus est.

Nec omninò malè probus quilibet celebrem illā Catholicorum de Duce Brunsvvicensi Christiano, victoriam Anno M.DC.XXIII. die VI. Augusti partam, Deo primùm immortali, tum deinde Magnæ Matri MARIÆ, vt militiæ religiosæ Præsidi, acceptam refert: quippe, *Victoria de Brunsuuico.*


quam

quam tunc à Sodalibus piè vbique inuocatam esse constat. Indicio est, quod primus ad victoriam aditus ipso festo S. MARIÆ ad Niues, die Sabbathi sit factus.



MARIA
LVNA-BELLATRIX.
CONTRA
Hostes fidei apud Indos.

Victoria Prato Ioannis. AEthiopũ Imperat.



HVius verò Bellatricis Lunæ virtus Europę finibus nõ includitur, sicut nobis non tãtùm lucet Cynthia. Exẽpla in superioribus nonnulla dedimus, quibus adiungantur selecta quædã.

Cananoris Maffeus li. 3. hist. Ind.

ANNO M. D. VII. cum in vrbe Cananore Indiæ Orientalis, Lusitanorum arx (cui Laurentius Brittus

Brittus præpoſitus erat) à Rege Cananoris cum quinquaginta millibus militum arctiſſima obſidione premeretur, & milites, qui erant in arce, penuria commeatus, cuius maxima pars incendio erat abſumpta, adeò laborarēt, vt neque iam muribus abſtinerent, ijſque neceſſe eſſet, aut deditionē facere, aut fame perire: Luſitani deſperato humano auxilio, ad templum, in arce Deiparæ Virgini extructum quotidie confluebant, opem ab ea petituri. Nec fruſtra. Nam feſto Aſſumptionis die, ſolito vehementius intumeſcens pelagus ingentem locuſtarum numerum ad ipſas templi radices eiecit, quæ à Luſitanis collecta abundè in multos dies ſuffecit. Nec validos tantùm ſæua fame, at ægros (vt ſalubris eſt cibus) diuturno morbo leuauit. Sic obſidionem per totam hiemem, ad quatuor menſes tolerarunt; pace honeſtis conditionibus tandem cum hoſte initâ.

Malacani. Bencius Ann.

Anno MDLXXXVIII. Rex Deïor in India negligens fœderis facti cum Lusitanis, sese cum Maurorum Rege coniunxerat. Eorum aduentus Malacani timebatur vbi fame nostri laborabant. Itaque auertendi periculi caussâ, Lusitani hostilem ciuitatem (confessi omnes, sacroque epulo refecti) aggressi sunt, dieque sacro Virgini in cœlum ascendenti vrbs oppugnari cœpta à Lusitanis quadringentis viginti. In eâ erant hominum decem millia, tormenta bellica nõ paruę magnitudinis nongenta. Et capta est à Lusitanis ciuitas intra paucas horas, Dei Deiparæque auxilio, maxima hostiũ strage: multa eorũ nauigia incensa: desiderati à Lusitanis quinquaginta. reliqui Malacani, magnâ gratulatione, lætitiaq; ciuium effusorum obuiam, victores reuertere.

Dium Maffeus hist. Ind.

Anno MDXLVI. Mamudius Cambaiæ Rex cum numerosissimis infidelium copijs iam septimũ mensem

cin-

cinxerat obſidione arcem Dienſem Luſitanorum. Ioannes Caſtrius Indiæ Prætor, inuocatâ Deiparâ, cum tribus duntaxat armatorum millibus, eruptione in hoſtes factâ, de ijs gloriosè triumphat. Quippe ex ſuis LX. ſolùm deſideratis, hoſtium quatuor millia cum duce ſunt interempta. Sexcenti viui, in quibus aliquot Principes in poteſtatem venerunt: cæteri profligati. Tantam victoriam per Deiparam obtentam, etiam hoſtes ipſi faſſi ſunt. Affirmarunt ſiquidem ſupra ædiculam arcis ſe vidiſſe Matronam cœleſti lumine radiantem, cuius fulgor ita aſpicientium oculos, menteſque perſtringeret, vt cœci propemodum, neque ordinem ſuũ tenere, neq; in vnum conglobare ſe poſſent. O ſpeciem pulcherrimam LVNÆ-BELLATRICIS! Addebãt, quòd licet tãto eſſent ſuperiores numero, tamẽ immutatâ reperẽ, & quodã ꝓdigio, rerũ omniũ, in mentibus ſuis formã,

visum sibi esse, vnum quemlibet de suis in denos Lusitanos pugnare debere; indeque consternationem, & fugam ortam. Eiusdem Deiparæ ope non defuerunt & alia prodigia: istud imprimis, quod consertâ iam pugnâ maiores aliquot ballistæ ignivomæ, applicitum quater ignem, respuerint.

His ipsis postremis annis, in Æthiopiâ Schismatici à suo Imperatore, siue Præto-ianne, palam defecerant, quod is, cum Ecclesiâ Romanâ in gratiam redijsset, sed Catholicus Imperator contra rebelles in aciem sæpius descendit: viribus quidem & numero longè inferior; præsentissima tamen IESV & MARIÆ ope munitus. Cœlestibus his tantorum Nominum, Solem & Lunam diuiniorem, quàm quæ oculis spectantur, referentium auspicijs fretus, illustres aliquot victorias prodigiosè reportauit: & integra regna sub potestatem suam

rede-

redegit: vti litteræ testium oculatorum ex AEthiopiâ pertulerunt.

Non absimilia, annis superioribus, ex India sunt perscripta, vt totus omninò orbis Marianis trophæis illustratus Epinicion meritissimò Deiparæ decantet, eique acclamet: Gaude MARIA, Virgo bellicosissima, cunctas hæreses sola interemisti, & Ecclesiæ hostes profligasti in vniuerso orbe. Et quis arbitrari poterit sine Numinis instinctu, ac prouidentiâ peculiari factum esse, vt vltimis hisce annis Catholicorum exercituum Duces, sub præliorum initia non aliam ferè tesseram suis militibus, quàm inuictissimum Sanctæ MARIÆ nomen dederint? Tametsi enim aduersarum partium ductores hæretici hanc Catholicorum pietatem ludibrio habuerint: bellorum tamen exitus luculentè docuit, Mariam DEI Ma- *Victoria Indorum.*

trem, pulchram vt Lunam, amicis benignè adfulgere: inimicis malum portendere, ac pro clientibus suis felicissimè depugnare.

Mariæ nomen ad victoriam obtinendã vsurpãdũ.

Atque vt euidentius appareat quantum momenti ad victoriam triumphosque habeat MARIÆ nomen subnecto historiolam elegantem, quam habet Thomas Bozius, lib. IX. de signis Ecclesiæ. Superiore seculo exeunte, in Indiâ occidentali, orta est inter Indos dissensio, potentior-ne esset Mariæ Dei Matris effigies, an Deorum Indicorum simulachra? Cumque à verbis ad arma, inter Christianos ac Ethnicos ventum esset, inter vtrosque prius conuênit, vt in latâ quadam planitie quatuor iuuenibus robustissimis brachia à tergo ligarentur: eorum autem duo pro S. Mariâ, totidem pro Idolis starent: eâ lege, vt quorum manus, & lacerti sponte soluerentur, ij victores essent, & pro veritate pugnare crederentur. Re

Th. Bozius de S. Eccl. lib. 9. c, 10.

in

in hunc modum composita, spectantibus innumeris, inclamanteque Regulo, Aue MARIA, continuò astitit matrona mirabili maiestate, quæ ad suos appropinquans, & virgâ manus tangens, illos repentè dissoluit: & quod valdè mirabile est, vincula ad alteros duos è regione stantes deuinciendos, ac denuò constringendos, se, cunctis videntibus applicarunt. Hoc ita peracto, visum est confirmationis caussâ certamen illud, atque experimentum iterari debere. Repetitur, bini binis opponuntur adstricti. iterum Virgo imploratur. iterum ab apparente Deiparâ pij iuuenes manicis eximuntur, & impiorum vincula duplicantur. Peruulgatum duplex hoc miraculum Indos quàm plurimos traduxit ad Christum.



MARIA
LVNA-BELLATRIX
CONTRA
Quoslibet Religionis aut Iustitiæ hostes.



DNECTO superioribus nonnulla, quibus patescat, quo modo, nullo discrimine, contra quoscumque, siue religionis, siue iustitiæ hostes, & corporis, animi, aut fortunarum aduersarios suis opituletur LVNA-BELLATRIX.

Id sibi persuasum habebat Philip-

lippus, Dux Burgundiæ, Comes Flandriæ, qui idcirco instituit Ordinem Equitum aurei Velleris, ad honorem, secundum DEVM, DEIPARÆ, cuius præsentissimam opem in belli tumultibus expertus est. vti cæteri Ordinum Militarium Principes, qui idcirco D. Virg. tanquam Protectrici fortissimæ, se suósque Ordines deuouere sunt soliti. Verùm peculiari quadam ratione Vellus aureum cum DEIPARA coniunctum est: cùm in veteri lege Bellatrix inuicta fuerit bellicosissimo duci Gedeoni, sicco in area Vellere, & deinde madefacto præsignata. Benè MARIA Velleri comparatur, inquit Ambrosius de cuius fructu salutaria populis vestimenta texuntur. Vellus planè Maria est, siquidem de molli eius sinu Agnus egressus est, qui & ipse matris lanicinium, id est, carnem gestans, molli Vellere cunctorum operit

Philippus Burgundi. Meyerus lib 16. Obijt An. 1429. 10. Ian.

Iudic. 6.

Serm. 13. de N. D.

Ser. 2. super Missus. vulnera peccatorum. Certè, quemadmodum in Gedeonis Vellus, ita Virgini distillantibus cœlis, tota se infudit plenitudo Diuinitatis, inquit Bernardus.

Maxim. I. Chronic. Locrij. An. 1492. Obijt 1519. 12. Ian. Heuterus. MAXIMILIANVS I. Austrius sæpe auxiliarem sensit Virginem: palam in Atrebatium vrbe à Francis auellendâ, & in corpus suum restituendâ. Tenebatur grandi præsidio. Ciuium optimi, quod viribus non poterant, astu patrandum suscipiunt, sed trepidi & anxij, vt inter plures, ne res emanaret, aut in euentu falleret, animos ad Deum, & Diuam Matrem vertunt: Vouent huic, si adspirasset, nudis pedibus Hallensem eius ædem inuisere, oblaturosque è ferro & cera tabulas rei gestæ monumentum. Amplius, egenis pecuniæ certum modum, eius honore elargituros: aqua denique, & pane vitam toleraturos, donec votorum istorum vinculis se liberassent. Factum & hoc, & istud

istud est, Ciues & vrbs Principi suo redditi, & vota Virgini, tanquam *Lunæ-Bellatrici.*

Ante quam, Hallis, visitur Diui Maximiliani statua argentea bipedalis, quæ mitram in capite, Crucem vna manu, altera gladium gestat, & ab ea dependentes argenteas duas claues. Fama tenet, & clauium argumento adstruas, Bruxellenses anteà aliarum partium, tunc in pacem ditionemque acceptos, mulctam dependisse. Est ab eodem grati animi tessera, arbor, siue rosæ frutex, è puro auro, cum plusculis ramis, floribusque item bipedalis, quam sacratam à se Pontifex Maximiliano donum, ipse verò Bellipotenti Dominæ misit.

Andronicus iunior, cùm nocte per insidias Constantinopolim occupasset, in magnos angores coniecit Seniorē hac regni affectatione, & inspe- *Andronic. Senior. Cãtacuzē.*

Gregoras. insperatâ vrbis occupatione. Itaque Imperator, cùm noctu hostium aduentantium tumultum sensisset, ac se omni destitutum humano auxilio, de lecto prosilijt, ac coràm imagine Deiparæ (à Luca, vt ferebatur, depictæ) humi prostratus, eam cum lachrymis obtestatur, ne se sicariorum ensibus obijciat. Non frustra. Nam ingredientem nepotem expertus est valdè humanum. Siquidem licet recenti victoriâ elatus, tamen cùm primùm in palatium ingressus est, religione commotus, Dei Genitricem salutauit in eius imagine, eamque reueritus pepercit patruo.

Cui cum alio tempore nunciatum esset, Ducem militiæ, quem in Turcam se in Asiam infundentem, cum multo milite miserat, rebellare, ac propè esse, vt à militibus Imperator acclamaretur, vehementissimè consternatus est, sed ad cœlum conuersus, omnem spem, in Seruatore

Christo

Christo, ac Deiparâ collocauit. Itaque a legionibus Imperatoris victus est rebellis, & oculis priuatus.

Hic est ille Andronicus, qui nocte intempestâ subitò oppressus morbo, cum neminem haberet qui diuina ei mysteria impertiretur, omnibus circa palatium portis clausis, surrexit, & Deiparæ imaginem, quā in sinu gestabat, loco SS. Eucharistiæ in os inseruit, atque ita vita functus est.

Carnuti in Galliâ singulis annis instituitur solennis supplicatio XIV. Martij ad Oratorium Nostræ Dominæ, dictæ à Ruina: *Nostre Dame de la Bresche.* Quo die anno M D. LXVIII. hæretici repulsi, & obsidio Carnutensis soluta Id Oratorium recens extructū est. Cuius loco antè visebatur imago Deiparæ, quæ à dextero latere tegebat pallio suo vim maximam Ecclesiasticorum, ac ciuium Carnutensium. In altero latere picti erāt milites armati in Dei- *Carnutū. Histor. Carnut.*

paræ imaginem explodẽtes, ad
moriam continuandam Hagio
chorum, qui anno indicato co
sunt obsidionem deserere.

Dionys. Rouillard. in historia parthen. Gallica.

Quocirca Martij xv. est ib
stum Deiparæ in gratiarum acti
ob mirabilem victoriam contra
reticos obtentam. Obsidebatu
ijs Carnutum, quod in folius V
nis (cuius summâ religione apu
seruat indusium) præsidio s
suam collocarat. Quam irride
hæretici, blasphemando iactab
non plus posse in ea ciuitate
RIAM, quam olim Dianam Ep
At contrarium reipsa experto
dem fecit rei euentus. Nam s
portam ciuitatis, propè quàm
dionem collocarant, cùm viser
imago Deiparæ, contra eam to
brarunt tormenta maiora, vt
erant circa eam vniuersa, eorũ
fulgure obtererentur, illæsa sem
& intacta imagine. & spacio qua
ginta duorũ ferè circa eam digit

Ac hîc non steterit vis Deiparæ in hostes. Nā coacti sunt recedere magna suorum iacturâ, ac dedecore. A quâ illorū fuga iam secundò inita, prato, vbi tentoria sua fixerāt, nomen inditum est Gallicum, *les prez des reculez*.

Anno CMXXX. cum Hungari furibundo cum insultu vrbem Cameracensem impeterent, interpellata à Fulberto Episcopo precibus S. Maria, eam inexpugnabilem hosti, ciui illæsam seruauit. Nempè fructus is fuit cultus prisci in eâ ciuitate, in quâ circiter annum DXXIV. S. Vedastus in eius honorem templum erexerat. *Cameracum. Baron. ad an. 930.*

Anno MCCXIV. Philippus Augustus in pugna Bouiensi contra Othonem Imperatorem, & alios Principes, post multa pericula, B. V. Mariæ ope, cui se ex animo commendarat, victor euadit. In cuius honorem templum propè Syluanectum extruxit, locupletauitque, addito à VICTORIA cognomine. *Philippus Augustus Paul. Æmil. hist.*

Bruxellæ in Brabantia, quot annis

Iunij V. commemoratio est S. MARIÆ de VICTORIA instituta ob gloriosam Victoriam, quam eo die apud werongiam (locus est in Archiepiscopatu Coloniensi) Ioannes eius nominis primus, Lotharingiæ, Brabantiæ, & Limburgiæ Dux obtinuit, ope Virginis. Erat werongia prædonum nidus, qui negotiatoribus, ac peregrinis plurima inferebãt damna. Quare eam Ioannes Dux precibus Comitum Iuliaci, & Montium, ac ciuium Coloniensium, obsedit, ac cœpit: & licet decuplo plures essent hostes, obuiam tamen ijs processit, acerrimeque ipsemet pugnauit, ac post diuturniorem cõflictum, victor euasit, paucis è suis desideratis, multis verò à parte hostili peremptis.

Ioan. Brabãtus. Molanus ad Martyro. Id. de milit. Brabã. Lips. Louanij l. 2. c. 9.

Anno M.CCCXL. post insignem victoriam naualem de Gallis partam, inter Slusam, & Blancobergam, Eduardus Angliæ Rex, Rotenburgium, propè locum pugnæ accessit suppli-

Eduardus Anglus. Meyerus in hist. Belg.

ſupplicatum, ad honorem ac memoriam Virginis Matris, teſtaturus cuius ope obtinuiſſet victoriã. In eâ pugnâ perierunt triginta Gallorum millia, Anglorum millia amplius quatuor.

Anno M.CXCI. Deipara apparens Chriſtianis Ptolemaidem in Syriâ obſidentibus & noctu vigilantibus, dixit elata voce, vt audiretur: poſt quartum diem vrbs veſtra erit, idq; vos à me ducibus veſtris nunciate. Renunciant illi, omniumq; animis nouum labores omnes capeſcendi ardorem immittunt. Beata Virgo autem beneficium verbis addictũ, elapſo die conſtituto præſtitit, vrbe ſeptimo Iulij captâ.

Richar. Londin. in Itinerario Richar. Reg. Angl.

Circa annum M.XXVIII. cùm Robertus Galliæ Rex, in templo Dominæ Noſtræ de Campis, quod propè Pariſios extruxerat cum Clericis, Dei, ac Deiparæ laudes caneret, mari Arralonis (ea eſt ciuitas Burgundiæ, quam per ſuos obſidione cingebat)

Robertus Rex. Ægid. Coroſeſius in Antiq. Pariſ. Helgard. Floriac. in vita.

gebat) sponte, vt quondam muri Ierichuntini corruerunt.

Ioan Rex Roderic. hist. Hisp. p. 4 c. 30. Ioannes II. Castellæ Rex cùm accepisset Saracenos non parua terris suis intulisse damna, D. Mariæ Guadalupensis auxilio sortem suam cōmittit; adeoque templum illius ingressus, preces fundit, munera offert. Hinc hostem aggreditur, fugat, frangit, spolia ampla legit, plurimaque loca recuperat.

Rhodij Iacob Bositus in hist. Rhod. Anno MCDLXXX. memorabilis fuit victoria Equitum Rhodiorum in Turcas ope Deiparæ. Iam hostilis exercitus signa sua collocarat super Rhodiensium mœnia, cum ecce tibi in aëre Turcis apparens B. Virgo cum scuto & lancea. En Lunam Bellatricem, quam comitabatur D. Ioannes Baptista, ac multitudo militum, cum splendentibus armis; qui omnes ad ciuitatem recuperandā properare videbantur. Quo viso, ita exterriti sunt Turcæ, vt se, licet iā penè victores, sine ordine, in fugam dede-

dederint, seque mutuis vulneribus ad fugæ locum parandum confecerint. Quos & fugientes Rhodij insequuti sunt, plurimosque peremerũt.

Ante hæc tempora, Anno MCCC. IX. ijdem Milites Rhodij, fœlicibus auspicijs Deiparæ, ipso Assumptionis eius die, insulam Rhodum ei ex hostibus Turcis asseruerant, quæ est *Plantatio Rosæ in Ierichio*. Nam ea insula à Rosis nomen obtinuit: quod in fundamentis ciuitatis Rhodiæ primùm iacendis, roseta quàm plurima inuenta fuissent.

Iidem Coss. lib. 2.

Rosa Gracè ῥόδον.

Anno MCX. LXXXI. in viuis esse desijt Alphonsus V. Lusitaniæ Rex. Hic antequam Arzillum in Africa oppugnaret, DEIPARÆ, quam impensè colebat, si vrbem expugnaret, vouit equum argenteum, cui argenteus itidem insideret Rex, omni armorum apparatu instructus, qualis tũc Alphonsus copias ducés. Annuit DEIPARA. Ipse autem beneficio nõ ingratus, in Virginis Sanctissimæ tem-

Alfonsus Lusitanus. Vasconcellus.

templo, cui à Spineto nomen, propè Eboram voti fidem exſoluit, equumq́ue, mirâ arte elaboratum, & inſidentem Regem ex optimo argento dicauit. Quod donum dum Alphonſus ſuperſtes fuit, magna intuentium voluptate in templo eſt ſeruatum. Illo vitâ functo, cœnobij Hieronymianorum, qui ibi degunt, Præfectus, in pecuniam ſignari iuſſit, ad ſumptus pergulæ à ſe ſubuectæ, dolente maximè, cùm reſciuit Regina Elizabetha, quæ multo plus argẽti contuliſſet, vt aiebat, ne illud regiæ pietatis monumentum aboleretur.

Ipra. *Meyerus.* Anno M.CCLXXXIII. Ipreſem ciuitatem obſidebat Rex Anglus, & fortiſſimè oppugnabat, ita, vt præ multitudine ſagittarum nemo defenſorum in ſummo aggere, aut muro conſiſtere poſſet. Non tamen diffidunt obſeſſi, quamuis ob nimiam multitudinem fame eſſent perituri. Sed Deiparæ Virg. opẽ omnis multitudo

titudo precibus multis, ac lachrymis efflagitat. Nec in cassum missæ preces. Nam à potentissimo Gallorum aduentantium exercitu, ducentorum scilicet millium pugnatorum, Deiparæ patrocinio soluta est obsidio. Qui dies ob tantum beneficium hodieque memorabilis est, per ferias sepis, & annua amburbalia Virgini instituta, ideò, quod ciuitas intra sepē seruata sit. Habebat enim sepem spinosam ac dēsam cum muro cespititio, & altis fossis.

Anno M.CCXXIV. Tria millia duntaxat Christianorum peremerunt quadraginta millia Saracenorum, idque interuentu Reliquiarum, quæ magna cum pietate elatæ sunt in fronte exercitus. Nam Ierosolymitanus Patriarcha agmen ducebat cum vexillo Crucis, quod gestabat. Abbas quidam Cluniacensis deferebat lanceam, quâ Christi latus apertum. Bethleemiticus Episcopus pyxidem, in quâ nonnihil de Sacro- *Terra Sancta. Rober. Appendice ad Sigeber.*

sancto

Sancto lacte Beatiss. Virg. Mariæ.

Carolus Siculus. Facellus in Sic.

Anno MCCLXVIII. Cùm Carolu
Siciliæ Rex de Frederico, & Con
radino Sueuo præclaram, Dei Ge
nitricis adiutorio, cui templum vo
uerat eo fine, obtinuisset victoriam
illi in loco cui etiamnum VICTO
RIÆ nomen, basilicam condidit, e
candido lapide, arte mira, multisqu
castellis ac prædijs ditauit.

Phil. Valesius. Hist. Gall.

Anno MCCCCXXVIII. Philippus Va
lesius Galliæ Rex erat cum suo ex
ercitu ab hostibus repentè cinctus
Quid faceret? Ad Deiparam ani
mum, ac vota sua conuertit. Qua
illicò tantum ei virium atque ani
mi, quemadmodum & toti exerci
tui dedit, vt in ipso illo loco
viginti circiter hostium millia pro
strauerit. En beneficium Virgi
nis! An eius immemor vel ingra
tus?

Eo ipso die, quo Parisios victo
est ingressus, ante omnia, cathedral
templum eidē Virgini sacrum adij

quo

quod equo vectus, ingressus, per totam nauim, vsque ad Crucifixũ progressus est: tum ex equo desiliens, tã ipsum equum, quam arma vniuersa benignissimæ Patronæ atque Adiutrici suæ obtulit: planè contestans, ei vniuersum illius victoriæ honorẽ iure meritissimo deberi. Eius rei monumentum visitur etiamnum: nimirum, Regis effigies equo insidentis, ad columnam meridionalẽ appensa: cui & centum libras annuas attribuit ad eius victoriæ annuatim memoriam recolendam.

Anno tertio regni Edelredi Regis Angliæ, cùm Londinum arctâ obsidione à Dacis premeretur, Rex magno affectu se Deiparæ commẽdauit. Quod quidem eo fecit ardentius, & maiori cũ spe opis ab eo impetrandæ, quod dies esset Sacræ Virginis Natiuitati festa. Mirũ. ciuitas statim fuit ab obsidione libera, hoste, re infectâ, ad suos redeũte. Quæ Virginis miraculosa beneficentia

Edelredus Anglus. Malmesburiensis.

occa-

occasionem dedit ijs Angliæ Regibus, qui de familia Artûs erant propagati, in suis insignibus gestandi imaginem B. V. MARIÆ, vt qui ab ea omnem de hostibus suis expectarent victoriam.

Tornacum Cousini ex Tornac. archiuo.

Anno MCCCXL. Ciuitate Tornacensi ab Anglis & Francis obsessâ, & propè in extremâ necessitate cõstitutâ, Clerus & plebs cum gemitu & deuotis precibus, *Claues* ciuitatis ad cathedralem. B. V. M. Ecclesiam detulerunt, seipsos, & custodiam ciuitatis suæ, tuitioni, ac defensioni B. V. M. suppliciter commendantes. Nec irritæ preces, ac in DIVAM fiducia. Nam eius ope soluta est obsidio, quæ iam XL. & amplius, dies tenuerat; obsessiosque omni commeatu priuauerat: ita, vt nonnisi tres quattuor-ve dies eis victus suppeteret.

Henricus Anglus Th. VVal ßus.

Anno MCDXV. Henricus V. Angliæ Rex admirandam de Gallis victoriam refert ope Virginis gloriosæ,

ſæ, cui erat adductiſſimus. Centum quinquaginta millia pugnatorũ habebat Gallus, ita, vt Anglorum numerum ſextuplo excederet. Iam victoriam cecinerat Gallus, iactabatque ſe nunc tandẽ Regem Anglum incluſum habere: & nuncios ad ciuitates mittebat, vt ſibi gratularentur. Ad Henricum etiam quendam, qui quærat, quanti vellet ſe redimere? Eum autem ferunt reſpondiſſe, intra binas aut ternas horas ita vſu venturum, vt potius Gallis, quã Anglis de redemptione ſit cogitandũ. Id etiam proditur, tota nocte, quæ prælium antegreſſa eſt, Gallos varijs inſtrumẽtis muſicis amicos ſuos oblectaſſe: quaſi more cygnorum exequias ſuas præcinerẽt. Interim neq; à ſtupris, neque à cædibus, & ſacrilegijs abſtinebãt. Porro Henricus ſuis mandat, vt die pugnæ omnes orãdo ſeſe ad Deum conuerterent, & præmiſſa confeſſione, ſacram Euchariſtiã perciperent. Tum verò D. Virgi-

nis opem enixè implorarēt. Factum id à ſingulis haud impigrè, ac prœliū eo alacrioribus animis ſuſceptum, Gallorum decem millia cæſi: reliqui profligati: & pars intercepti.

Idem auctor duas alias narrat miraculoſas victorias Henrici Regis, infrà octauam Aſſumptionis Deiparæ, eo quod illam Rex impenſius coluiſſet. Et fuit ſanè gratus Opitulatrici ſuę, cui miro operis apparatu, ad ripam Tameſis fluuij, cęnobium exædificauit, dedicauitque. Quod magnis tum priuilegijs, tum poſſeſſionibus opulentauit.

Alphonſus Caſtellæ R. Mariana lib. 6. Caracc. in Bened. 12.

Anno MCCXL. Alphonſus Caſtellæ Rex adiunctis Aragoniæ, & Luſitaniæ Regibus, licet vix quartam Maurorum, Deiparæ, ac ſuorum hoſtium partem exæquaret: Deo tamen, & Deiparæ Virgine fretus ingentem illorum exercitum aggreſſus eſt, ad Tariffam vrbem, quā illi obſidebāt. Magna eorum clades facta. Supra ducenta Maurorum,

millia

millia in prœlio, fugaq́ue cecidêre. Captiuorum ingẽs numerus. Castra hostium plena omnis opulentiæ regiæ, priuatæq́ue erant: multa vestis pretiosa. E Christianis, quod propè miraculum sit, viginti desiderati non amplius. Hispani nobilissimam hanc victoriã, trigesimo Octobris, anniuersarijs sacris, festaq́ue lætitiâ, veteri instituto celebrant. Eo tempore, quo parta est, tota Hispaniâ institutæ supplicationes, Deo ac Virgini Bellipotenti actæ gratiæ, ac dies festi ludis, spectaculis tripudijsq́ue, Hispanorum more, agitati. Denique preciosissima dona à Regibus missa ad Benedictum XII. è Mauricâ illâ prædâ.

Anno M.CCC.LXXXIII. In pugnâ Rosebecanâ Gallorum in Flandros, illorum acies loco mota ab his, interfectique equites aliquot, donec clamaretur à quodam milite: *O Virgo Maria ora pro nobis!* Tum inclinauit ad Gallos victoria. *Galli. Meyrus.*

Gallus. histor. Anno MDLXXX. Gallum Virgini deuotum ſeptem prædones aggreſſi ſunt. Eorum autem ſinguli è vicino, (quattuor dũtaxat paſſuũ interuallo diſſiti) in eũ ſclopetum exploſerunt. *Monſer.* Nec mora, ipſe Deiparæ Montiſſerratenſis opem aduocat. Quam mox ſenſit præſto ſibi eſſe. Nam illi irritis ictibus nihil illi nocuerunt. Ipſe verò prædonum ducem, vnumque de ijs glande interemit.

Myrtillus. Sabell. Ennead. 9. Myrtillus inuaſor Imperij Conſtantinopolitani cum Venetis & Gallis, alijſq; Cruce ſignatis, qui Alexium puerũ, legitimum Imperatorẽ in ſedem ſuam reſtituerant, bellum commiſſurus, ita aciem inſtruxit, vt in frõte eſſent Sacerdotes ſacris amicti, & DEI Genetricis iconem geſtãtes. Fuit autẽ initio acris pugna: deinde, cum omni parte caſtrorum cõclamatum ad arma eſſet, & vndique concurſus in hoſtem factus, Græci fuſi, fugatique, & in vrbem compulſi: Icon D. Virginis MARIÆ ijs

eſt

est adempta. Id in bonum omen à nostris acceptum, rati certam ex eo Victoriam, quod Numen cælitibus & mortalibus populare, semperque victoriosa Diua, à Græcis ad se trāsisset. Quod & rei docuit euentus. Nam Constantinopolis sexaginta octo diebus oppugnata, summâ constantiâ tandem capta.

Anno MCDXXX. Ioanna Lotharinga, cognominata *La pucelle*, quæ Anglos Aurelijs, alijsque Galliæ ciuitatibus expulit, DEIPARÆ, tanquam Bellatrici inuictæ, fuit addictissima. Quare in suo vexillo, quod ei Rex Galliæ dedit, Sacratissima IESV & MARIÆ nomina inscribi curauit. Eadem nomina frequenter deuotè vsurpabat, & epistolis inscribebat. Porrò eidem vexillo appicta erat B. V. Maria, nuncium de cœlo suscipiens ex ore Gabrielis, lilium album manu promentis. Quo vexillo ad murum arcis applicito, impetuque facto, partim trucidauit, partim

Ioanna Lotharinga. In vita.

coëgit hostes arce discedere, vrbe anteà fortiter captâ.

Carolus VII. Gaguinus. Et Ioannæ, & Caroli VII. Galliæ Regis erga Diuam Matrẽ adfectus id impetrauit. Rex sanè cùm in magnas esset ab Anglo angustias redactus, intensissimè Deum deprecabatur, vt si ipse esset legitimus Regni Francorum hæres, vellet ei regnum seruare; sin minus, vt eum dignaretur solari. Haud frustra. Nam obsidio Aurelianensis, quam premebant Angli soluta, ac de hoste multæ victoriæ partæ, ac plurimæ ciuitates receptæ ope prodigiosâ Ioannæ. Quæ curauit deinde Regem Rhemis sacro inungi oleo, cũ in itinere aliquot oppida recuperasset.

Sanctius I. Vasconcellus. Anno MCLIV natus est Sanctius I. Lusitaniæ Rex II. Qui Mahometanos Deiparæ hostes implacabiles frequenter, illius haud dubiè fauore & præsidio deuicit. Illud fuit cum ijs toto orbe celeberrimum prælium, & de ijs victoria, iuxta Hispalim in

Boë-

Boetica, quando tam numerosa Mahometanorum cæsa est multitudo vt Boetis fluminis aquæ Saraceno sanguine rubrefactæ permagno continenter spatio deuoluerentur.

An non hæc sat illustria sunt documenta, quibus sanciatur titulus, LVNA BELLATRIX, quem Patronæ nostræ assertũ imus? Magis equidem verecundè, quàm, qui ob eadẽ, MARIAM DEIPARAM vocandam censent Christianorum *Duellonam*, *Palladem*, *Mineruam*, bellorum olim in gentilitate Præsides. Nõ dico ego, MARIAM esse *Bellonam*, Martis sororem. Putida est isthæc, ac profana loquutio. Non aio esse *Mineruam*, aut *Palladem* armatam, ex Iouis cerebro excussam. Gentilismum sapit istiusmodi formula. Affirmo tamen: Nos per MARIAM, quà Lunam Bellatricẽ, habere re ipsa, quicquid sese habuisse finxit profana antiquitas fabulosè per *Mineruam*, *Palladem*, *Bellonam*. Quamuis non desint

Christianorum Bellona. Pallas. Minerua.

Duellona.

viri graues, ac pij, qui dicant, Virginem Mariam esse Christianis veram, non fabulosam *Mineruam*. Nec deest confirmationi miraculum, vel oraculum, quod habet Metaphrastes in vita S. Procopij Martyr. Ante Christum natum, Iason constructo in arce Atheniensi templo, monitus est ab oraculo, Templum illud Virgini Deum pariturae (cuius nomen futurum esset MARIA) dedicandum esse. Cuius intuitu praeclaram Argonautae à Deo victoriam retulerunt. Ethnici hanc Virginem interpretati sunt *Mineruam* bellorum Praesidem: nos *Deiparam*.

Si *rem paullo penitius inspiciamus*, scribit auctor praeclarus, Petrus Canisius, *an non Virgini nostrae competunt, quae tria stulti Graeci, in suâ* Mineruа, *velut eximia praedicant*? Virginitas, Prudentia, Fortitudo. Quae tres virtutes in omni expeditione bellicâ, sed illâ potissimùm, quae tũ aduersus carnem & sanguinem; tum aduersus pote-

potestates ac principatus tenebrarũ ac spiritualia nequitiæ suscipitur. Imperatrici cum primis, deindeque eius militibus sunt necessariæ: Fortitudo ad vim arcendam, hostiumq; impetum propulsandum: & ad constantiam perseuerantiamque in benè cæptis. Prudẽtia ad illorum malignas artes detegendas, dolosque, & insidias, cum virtutis speciem emẽtiuntur vitia, præcauendas. Virginitas ad carnem subigendam: hostem nostrum domesticum, omniũ hostium vaferrimũ, ac maximè metuendum: quippe proditorem occultum. Qui nisi cæteris aduersarijs in mysticam arcem ac ciuitatem animæ aditum paret, inuicta semper erit ac insuperabilis. Caro primum est profliganda, verius, domanda: quomodo enim profligetur, quæ in imis hæret visceribus? tunc Mũdus, ac Cacodæmon facilè victas manus dabit. DVCEM huius belli, ac ductricem exercitus habemus integerri-

mam Virginem, quæ prima Virginitatis intemeratæ erexit vexillū. Virgo fortis & inuicta; quam idcirco *Penthesileam* quoque vocat laudatus scriptor. *Ignorastis*, inquit, *hactenus veram Penthesileam*, de qua Poëta Latinus: *Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Penthesilea.*

Hac Virgo *Amazonum*, *id est*, sine *mammis mulierum*, *optima se Ducem prabet* Maria. *Siquidem prima est*, *qua hanc virginitatis semitam ingressa fuit*, *quamque innumerabilis puellarum*, *verè Amazonum* resectis mammis voluptatis carnalis, & omni curâ corporis egregiè dimicantium *copia sunt sequuta.*

B. V. *Figura fæmina Bellatrices.* Ob quam caussam, quotquot recensentur in sacrâ Historia Bellonæ, si sic appellare iuuat, triumphis admirandis illustres fœminas, MARIÆ fuerunt, tanquam Christianæ militiæ Imperatricis, imagines, multo veriùs, quàm fictitia *Minerua*, vel armata *Pallas*.

Impri-

Imprimis, *Debbora* Prophetis, vxor Lapidoth, qua Deus est vsus, vt Gubernatrice populi, ac debellatrice crudelissimorum hostium, vt narratur Iudicum IV. cum quâ Beatissima Virgo comparatur appositissimè, vt ibidem monet Nicolaus Serarius. Nã illius Prophetiâ, virtute; præsentiâ, hortatu, ac monitu hostes omnes, qui vel nostrũ singulos, vel Ecclesiam totam oppugnant, vincuntur ac profligantur. Eius etiam fortitudine, ac exemplo, magis, quàm Debboræ, instigantur omnes, licet imbelles, ac fęminæ, ad fortiter contra capitalem humani generis hostem dimicandum. Audi Alcimum. *Debborà* *Iud. v. Q. xxvII. n. 8* *Lib. VI. cap. 15. Fulcinia sorori.*

Ergo age succinctis ad fortia prælia lumbis.
Armata cum mente veni: nec fœmina quã quam es
Duram formides aciem: victoria dudum.
Sexus ista tui tibi credo incognita non est
Et memori nunc mente tenes, vt Debbora quondam
Duceret instructas, post fortia classica, turmas,

Et mulier sumpto præcederet agmina signo,
Mirantes hortata viros: quos ipsa ferocem.
Exemplo verboque monens accendit in hostem:
Quas postquam ducens princeps animosa cateruas
Impulit, accendens vegetata furoribus arma,
Barbaricæ cecidere manus: dissoluitur omnis
Hostilis virtus, tum quã se femina monstrat,
Palantes dant terga viri: latebramque petentes
Si viuunt, vicisse putant: tum maximus ille
Forma gigantea quem fecerit horrida molis
Conspicuum: immensamque humani verticis arcem
Sisara Rex gestans, telorum face neglecta,
Incomitatus abit, metuens sublime notari
Corpus, & excelsa fugitiuum prodere massa.
Qui postquam latuisse putans, tectoque receptus
Mollia perpetuo dimisit lumine somno,

Mox animosa Iahel peragit, quod Debbora victrix
Cœperat: inque solo strati, terraque iacentis
Tempora transfixo penetrans immania clauo.
Fœmineus duplex sic vno ex hoste triumphus.

Nec minus in hoc genere Virginis Mariæ typus fuit bellicosissima *Iahel*, quæ Sisaram aduersariorum ductorem, quem Debbora per Baracum in fugam egerat, inuitatum à se, & lacte sopitum interfecit, clauo in cerebrum vsque ad terram defixo. Hinc illud eius elogium, in epinicio Debboræ: *Benedicta inter mulieres Iahel vxor Haber Cinæi, & benedicatur in tabernaculo suo. Aquam petenti lac dedit: & in phialâ principum obtulit butyrum. Sinistram manum misit ad clauum, & dexteram ad fabrorum malleos: percussitq; Sisaram, quærens in capite vulneri locum & tempus validè perforans. Inter pedes eius ruit: defecit, & mortuus est. Voluebatur ante pedes eius:*

Iahel.

Iud. 5. 24.

& iacebat exanimis, & miserabilis. Quanta in vna muliere prudentia, ac fortitudo? Prudentiæ fuit deterrimum populi Dei hostem inuitare, excipere lac & butyrum offerre, in somnum mergere, volentem ac spōtaneum sternere, ad lethalemque ictum præparare. Ad fortitudinem magnanimitatemque spectat, fœminam viro, bellatori, Duci, quin & giganti robustissimo manus inferre: ad eum cum malleo venire: clauum in eius defigere tempora: percalnam & cerebrum, in terram vsque valentissimè illum propellere.

Adūbrationes virtutū Marianarum. Sunt hæc prima quædam lineamenta bellicæ illius prudentiæ, ac fortitudinis, quam omni colorum genere ornatam, & absolutissimam deprædicat Ecclesia, in eâ, quam Bellonæ fabulosæ præferimus; cùm Deiparæ accommodat, quod de Sapientiâ scribitur in Prouerbijs: *Mea est Prudentia: mea est Fortitudo.* Quæ verba, vt Virginis Deiparentis

eis vſurpat Cardinalis Petrus Damiani. Et ſanè in ipſam aptiſſimè quadrant, vt obſeruat Prouerbiorum Interpres. Eſt MARIA, vt quotidie illi occinimus, *Virgo prudentiſſima*, quinque illas prudentes Virgines, quas CHRISTVS in Euangelio commendat longo interuallo ſuperauit. De quâ ſic D. Ildephonſus, ſermone quarto de Aſſumptione: *Virgo ſancta. Virgo prudens. Et vna ex numero prudentum Virginum.* Similem ſententiam habet Diuus Bonauentura in Speculo. Sed omitto alias Prudentiæ ſpecies, aut officia: Bellicam ſolum conſidero, fortitudini iunctam.

Quirinus Salazar. Prou. 8.

Quantæ autem prudentiæ fuit, ſimulque fortitudinis, vaferrimum, & animoſiſſimum, nec non robuſtiſſimum humani generis hoſtem aggreſſam pedibus ſubieciſſe, ac conculcaſſe?

Prudentia bellica, & Fortitudo B.V.

Cum

Cùm serpens ille fatalis Genesis 3. dicatur omnium animantium *callidißimus*: vel, vt legunt LXX. *prudentißimus*; huius tamen prudentiam, ac versutiam Mariana delusit prudentia. Et vide, quo stratagemate, quod perpendit Ioannes Damascenus orat. 1. de Natiuit. *Quamuis enim prima Eua, à Dei mandato recesserit, ac per eam aduersus primum parentem Serpenti operam nauantem mors aditum inuenerit: tamen MARIA diuinæ voluntati obsequuta deceptorem Serpentem in fraudem induxit, & mundo immortalitatem inuexit.*

Maria spoliãs serpentem prudentia.
Gen. 3. 15.
Sal. Pro 8. 12. nu. 42.

Quomodo autem Maria Serpentem spoliauerit ea prudẽtia, quæ in illo potissimùm elucebat; eamq; sibi vendicauerit, docet ingeniosè Salazarius ex illo Genesis tertio. *Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.* Cùm enim serpentis astutia in eo maximè sita esse dicatur, quod caudam extremam vulneri exponat, caput verò tueatur: con-

stat

ſtat hac verſutia à Virgine Mariæ ſerpentem eſſe ſpoliatum; caput enim ſeruare iam ac tueri neſcientis cranium ipſa contudit, ac contriuit. Porrò aſtum illum Virgo ipſa aduerſus ſerpentem ſibi vſurpauit: extremam ſcilicet ſui partem, hoc eſt, calcaneum tantùm illi exponens, caputque ab omni illius iniuria vendicans. Quod elicitur ex illa prædictione. *Tu inſidiaberis calcaneo eius.* Hinc meritò ſub pedibus illius ſerpens victoriam profeſſus pingitur. De quo Bernardus, ſermone in verba Apocalypſis, *Signum magnum*. Poſtquam enim præmiſit ſtultitiam per Lunam adumbrari, ſubiungit: *Luna, id eſt, inſipientia omnibus ſub pedibus eius, vt penitus abſit* VIRGO *hæc ab inſipientum mulierum numero, & à collegio Virginum fatuarum. Imò verò, & vnicus ille ſtultus, ac totius ſtultitiæ princeps, qui verè mutatus, vt* LVNA, *ſapientiam perdidit in decore ſuo, ſub Mariæ pedibus concul-*

conculcatus, & contritus miseram patitur seruitutem.

Fortitudo inuicta Mariæ. Fortitudinis etiam inuictæ fuit, ensem aduersitatum, & extremæ in Filij vnigeniti passione calamitatis aduerso pectore excipere, quod *Luc. II. 35.* prædixerat Simeon: *Tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Cùm autem stabat iuxta crucem IESV Mater eius, nonne ipso corporis habitu animi robur, & constantissimam fortitudinem præ se ferebat? Expendit hoc Sanctus Ambrosius: *In funebri Valentini Imp.* & *stabat*, inquit, *Sancta Mater iuxta crucem Filij, & spectabat* Virgo sui vnigeniti passionem. Stantem illam lego: flentem non lego. Denique, quod canit Ecclesia, *Cunctas hæreses sola interemisti in vniuerso mundo*, quàm incomparabilis fortitudinis est documentum?

Sulamitis. An non verè MARIA est illa Sulamitis, quæ sicut amicis decora est, & amabilis, ita hostibus pauenda, atque *terribilis, vt castrorum acies*

acies ordinata? Quid videbis in Sulamite, *nisi choros castrorum*? inquiebat Sponsus. Chori sunt ad audiendum suaues: sed castrorum ad obsistendum hostium fortes ac insuperabiles. Si depingenda esset *Bellona*, aut armata *Pallas*, posset ne magis ad viuum exprimi, quàm hac specie & habitu Sulamitis, quæ, vt editio LXX. Interpretum habet, *venit sicut chori castrorum* vel, vt nostra insinuat, sub paludamento habet choros castrorum?

Can. 7. 1.

Ruper. l. 6. in Cant.

Intuere hanc *Bellonam*, videbis & in illâ, & circa illam, velut, turmas militares sub vexillis, ordinibusque suis ad prælium incedentes. Nihil in ea spectabis, nisi terrificam quandam & formidabilem aduersarijs, amabilem amicis Maiestatem, qualis in castris conspicitur ad pugnam expeditis. Nihil in eius corpore, nihil in incessu, nihil in motu, statuque, aut gestu vllo animaduertes languidum, molle, effœmina-

Turmæ militaris in B. V.

mina-

minatum, quamuis ipsa sit fœmina, sed virilis, & vera virago: nihil inconcinnum: cuncta expedita robusta, conferta, & animi viriumque plena agmina in procinctu.
Ps 143. 1. *Deus* enim, eius *manus docuit ad prælium, & digitos ad bellum.*

Chori castrorum, quid? Qui sunt autem in Viragine nostra chori castrorum? Aut quomodo potius ipsa est chorus, ipsa, castra & exercitus? Præses disciplinarum, & armorum, Pallas galeata, loricata Minerua, palliata Bellona. Sponsa chorus existit, inquit Theodoretus, laudes
Ps. 117. 15. in ore gerens. Est enim illius vox exultationis, & salutis, qua personant tabernacula iustorum. Eadem, castra repræsentat, quia ar-
II. Cor. 10. 4. mis splendida. Arma autem illius *non sunt*, vt fictitiæ Bellonæ, *carnalia, sed valida per Deum, ad destructionem munitionum.* Iisdem consilia destruit, *& omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei: & in*

& in captiuitatem redigit omnem intellectum in obsequium Christi. Arma desideratis in eâ, quæ stat succincta lumbos in veritate: & induta loricâ iustitiæ, & calceata pedes in præparatione Euangelij pacis? munita scuto fidei: in quo omnia nequissimi tela potuit extinguere: tecta salutis galea: accincta gladio spiritus, quod est verbum Dei: vibrans hastam timoris Domini? Hæc est panoplia Sulamitis diuinæ. *Eph.6.14.*

In quâ choros castrorum esse dicit Hailgrinus in Cantica, adhærentes ipsi acies Sanctorum, qui cum ipsa, inquit, militant pro nobis contra hostem. Vnde ipsa VAS *castrorum* appellatur Ecclesiastici XLIII. vbi sub nomine Lunæ de eâ dicitur: *Vas castrorum in excelsis: in firmamento cæli resplendens gloriosè.* *Acies Sanctorum in B.V. Cant.7.* *Eccl.43.9.*

Alanus verò, in Virgine, ait, fuerunt chori canentium, quantum ad consonantiam virtutum: castra autem *Alanus. Cant.7.*

autem pugnantium, ſecundum, quod Virgo circumſepta, & ſanctis diſciplinis inſtructa; vitiorum, & Dæmonum repellebat inſultus. O ſuper omnes fabuloſas Pallades, Mineruas, Bellonas armis inſtructiſſima, & inuictiſſima Sulamitis MARIA!

Aurora præliaris. Hæc illa eſt AVRORA militaris, *Vigiliaq́; matutina*, Solis Iuſtitiæ, mox exorituri, prænuncia, quam Dominus intuitus, Pharaonis currus contriuit, & in profundum maris ſubmerſit. *Exo. 14. 24* *Reſpiciens Dominus ſuper caſtra AEgyptiorum per Columnam Nubis, & Ignis.* (quæ vtraque Columna Deiparæ ſymbolum fuit: illa eius integerrimæ Virginitatis: hæc ardentiſſimæ charitatis) interfecit exercitum eorum, & ſubuertit rotas curruum, ferebanturq́ue in profundum: vt dicitur in Exodo.

Iudith. Hæc illa IVDITH, quæ ciuitatem ſuam ab Holofernis hoſtili vindicauit obſidione, obtruncato ſu-

perbiæ

perbiæ patre, ac ſuperborum duce, omniq́ue vitiorum exercitu profligato. *Vna mulier Hebræa fecit confuſionē in Regis Nabuchodonoſor domo.* De quo ipſa in Cantico gratiarum actionis: *Dominus Omnipotens nocuit eum, & tradidit eum in manus fœminæ, & confodit eum.* Annon meritò huic acclamemus, vt Iudithæ populus Hebraicus? *Benedixit te Dominus in virtute ſua, quia per te ad nihilum redegit inimicos noſtros.* Vel q̄ Debbora Iaheli; *Benedicta tu inter mulieres: & benedicatur in tabernaculo ſuo.* Quod illud eſt Tabernaculū Bellorum Præſidis? Non aliud, quàm, quod deſignauit Euangelica Oratrix in commendationem illius effuſa & exclamans: *Beatus venter, qui te portauit.* Venter Mariæ eſt Tabernaculum militare, in quo habitauit ſupremus militiæ ſacræ Princeps: in quo, ſeu, propter quod, illa benedicenda, & ab omnibus laudanda.

Iudith. 14.

Cap. 14. 16

Cap. 16. 7.

Cap. 13. 22

Iud. 5. 24.

Luc. 11. 27

Non eſt hic omittenda Mulier fortiſſima, quæ Abimelechum tyrā-

Interfe-ctrix Abimelechi

num

tyranni num interimit. De quâ Iudicum IX. est hæc narratio. *Abimelech venit ad oppidum Thebes, quod circumdans obsidebat exercitu. Erat autem turris excelsa in media ciuitate, ad quam confugerant simul viri, ac mulieres, & omnes principes ciuitatis, clausâ firmissimè ianua: & super turris tectum stantes per propugnacula. Accedensque Abimelech iuxta turrim pugnabat fortiter, & appropinquans ostio ignem supponere nitebatur. Et ecce vna mulier fragmen molæ desuper iaciens illisit capiti Abimelech, & confregit cerebrum eius.* De quo post multos annos Ioab, vt est libro II. Regum XI. *Quis percussit Abimelech filium Ieroboal? Nonne mulier misit super eum fragmen molæ de muro, & interfecit eum in Thebes?*

Iud. 9 à v. 50.

II. Reg. 11. 21.

Hæc mulier, inquit eximius illius libri commentator, quæ in Abimelech Caluariam tam felici manu saxum deuoluit, an non est Ecclesia, quæ super petra fundata durissimas

Diuersarũ typus mulier occidens Abimelech.

rissimas assiduò petras in hæreseon omnium capita conijcit? An-non Pietas, Deuotio, virtus omnis, quæ in excelso dominicæ turris tecto stâs Abimelechum incendia molientem, libidinis faces subijcientem, iræ, inuidiæque malleolos aggerentem, saxi, quod est constantia perseuerantiaque fragminibus obruit? An-non excellens diuinarum rerum Scientia, Theologiæque disciplina: quæ solidissima est è sacrarum Litterarum, traditionum Sanctorumque Patrum turri argumenta in hæresion omnium crania, veluti maiores lapides intorquēt? An-non Virgo MARIA, quæ lapidem angularem Christum Dominum peperit, eoque Satanæ caput obtriuit?

Quo nihil potuit accidere arrogantissimo tenebrarum Principi funestius aut contumeliosius. Cuius adfectum, indignationemque

Indignatur Damō quod à fœmina sibi exitium immineat.

que, quod fœminam sibi opponi videat, & sibi contrariæ factionis, atque exercitus diuini Imperatricem, ad suum, suorumque exitium, egregiè expressit Abimelech. Qui postquam sibi confractum cerebrum sensit: *vocauit citò armigerum suum*: dixitque: *Euagina gladium tuum, & percute me: ne forte dicatur, quod à fœmina interfectus sim.*
Iud. ix. 54
Summo dolori, ac probro est hosti superbissimo à fœmina irritari, prouocari, lædi, vinci. Si occidi posset, vt Abimelech, mori præoptaret. Est tamen id singulari Numinis prouidentia factum, vt quod horret maximè id illi contingat, & superetur à fœmina. Quam hoc illi graue? cum hominibus etiam quibusdam superbia tumidis intolerabile visum fuerit congredi cum fœmina, quanto magis, ab ea superari. Vt argos oppugnarent inuiti adducebantur Spartani quod à mulieribus defendi videretur, Cùm Zenobiæ
Pausanias lib. 2.

biæ bellum inferret Aurelianus, plurimum laborauit, vt Vopiſcus refert: ne ſolâ cum fæminâ negocium videretur. Inertiam, timiditatemque obijcit quibuſdam apud Poëtam Tarchon quod à fæmina fugarentur.

Quis metus ô nunquã dolituri, ô ſẽper inertes Tyrreni, quæ tanta animis ignauia venit? Fæmina palãtes agit, atq; hæc agmina vertit?

Et Aruns:

De pater hoc noſtris aboleri dedec⁹ armis.

Hinc ſolatium petendum exiſtimabat, qui hoſtem interimens, aiebat:

Hoc tamen infelix miſeram ſolabere mortem *Æneid 10.*

AEneæ magni dextrâ cadis.

Itaq; turpe, ac probroſum ducit ſibi Cacodæmon ſuperbiſſimus, ꝙ cũ fæmina, non ſolùm cógredi debeat, ſed ab eâ, illiuſq; clientib⁹ ſuperetur. Nobis aũt perhonorificum eſt, ꝙ in illius caſtris militemus, quã De⁹ Matrẽ agnoſcit, & belli, paciſq; voluit eſſe arbitrã. Superabimus aũt facilè

inimicos nostros, si auspice, ac propitia hac LVNA-BELLATRICE, prælium ineamus : & non nisi ipsâ victoriam portendente, auspicemur. Quando autem LVNA pugnantibus maximè censeturp ropitia, & fautrix?

Luna plena Græcis ad bellum auspicata.

Ex Græcorum disciplinâ seruabatur antiquissimis temporibus, vt nō pugnarent, nisi plenâ Lunâ, quam eo fine, longo sæpe tempore expectabant, &, nisi ita apparente sua Ductrice, cum hoste nequaquam manus conserebant. Quod de Lacedæmonijs refert Aristides in secunda Platonica : vbi scribit, Lacedæmonios, siue, quod expectarent plenam Lunam, auxiliari non potuisse. Ob quam caussam, qui bellum Troianum, à pueris in gymnasiorum vmbraculis toties decantatum, olim descripserunt, memorant, Græcos ad illius euersionem plenilunium expectasse: quasi tunc potissimùm Luna cum ple-

Aristides πανσέληνον μένοντες.

plena est, ad pugnam procedat, vel suis opituletur. Quod expertos ante Ilium Græcos canit Petronius, Lunam, vt Bellatricem depingens. *Troia quando capta.*

Iam plena Phœbe candidum extulerat iubar.
Minora ducens astra radianti face,
Cum inter sepultos Priamidas nocte & mero
Danai relaxant claustra, & effundunt viros.

Ex nostris quoque auctoribus, Clemens Alexandrinus agens de eiusdem vrbis obsidione, hæc inter alia scribit: *Hellanicus duodecimo mense Thargelionis, & nonnulli eorum, qui Attica scripserunt, octauo desinentis, postremo anno regnante Mnestheo, in* plenilunio, *captam ferunt Troiam. Noctis quidem erat medium*; inquit ille, qui paruam fecit Iliadem, *& splendebat lucida Luna.* Paruæ Iliados auctor est Lesches: cuius verba sunt: *Erat nox intempesta, & lucebat candida Luna.* *Clem. li. 1. Stromat. cap. 10.* *Lesches*

Luna plena ambita à pugnaturis.

Itaque LVNA plena censebatur maximè auspicata ad bellum. Plenã ambiebant, dum ad pugnã proficiscebantur. Plenæ supplicabant cum in procinctu essent. Plenam venerabantur, cum in hostem irent. Quam caussam, siue obseruationis, siue superstitionis suæ habuerint Græci non moror. Ego de *Luna mystica* dissero, quam tunc propitiã suis in bello, quod, vel cũ externo, vel interno nobis est hoste, assero, quãdo est plena. Sed ô felicitatẽ nostrã præ cunctis gentibus, Lunæ vulgaris cultricibus? Hæ si manus conseruissent *Luna-plena*, victoriam sibi certam spondebant; ciuitates Luna plena obsidere nitebantur: & infallibilem, aut expugnationem, aut deditionem sibi addicebant. Ad Lunam plenam prouocationem, & impetum in hostes differebant, nec de felici euentu dubitabant. At expectandus erat dies, aut nox Lunæ plenæ, quæ non nisi quolibet mense

semel,

ſemel, coactis cornibus, globi inſtar argentei, plenam ſe obtutibus noſtris præbet.

Nobis *Lunæ-myſticæ* clientibus, *Luna-plenâ* ſolito ſuo fauore adfulgente, certa ſemper eſt victoria, modò partibus noſtris non deſimus. *Luna plena* in hoſtem moueamus, nō illum tantùm, qui ferro, igne, glandibus, enſe, ſariſsâ, machæra, telo, conto corpus inuadere tentat, ac ſæpe proſternit: qui Imperio ruinam molitur: qui ciuitates Catholicorum obſidet: qui Epiſcopatibus imminet, qui fidelium fortunis inſidiatur: qui orthodoxorum templa expilat: qui religioſorū poſſeſſiones inuadit: qui Pōtificia iura omnia peſſundere armis nititur: ſed illū quoq;, & præſertim illū, qui anima, quâ nihil nobis datū pretioſius, inſidias ſtruit: qui illius robur arcis labefactat: qui virtutū cōmeatū ciuitati illi nobis cōmiſſæ ſubtrahit: qui exitiū nō tēperaneū tantùm, ſed æternum machinatur.

Luna myſtica ſemper plena.

Pugna cū vitiis ineunda lucente plena Luna.

LVNA-*plenâ* pugnandum nobis eſt cum ſuperbia, eaque pedibus proterenda: profliganda vanitas: fuganda luxuria: iugulanda gula: exſcindenda inuidia: expugnanda auaritia; denique, omnium vitiorum phalanges internecione delendæ. Vt autem Luna noſtra ſit plena, haud opus eſt temporum circumuolutione. Non aliquando tantùm, vt illa popularis, ſed ſemper eſt plena *Luna-myſtica*. Quotidie: imò ſingulis dierum, noctiumque per anni circulum, ſeſe excipientium, momentis, illi acclamatur: AVE MARIA, id eſt, LVNA, *Gratiâ* PLENA: plena fauore, donis, perfectione. Plena luce, ſplendore, benignitatis radijs. Plena majeſtate. Plena ſanctitate. Plena Diuinitate. Itaque ſemper *Luna-plenâ* pugnamus; dum pugnamus cum hoſtibus Marianis; id eſt, vitijs & concupiſcentijs.

SED

SED hodie potissimùm, omnium consensu, primò processit vt LVNA-PLENA. Quamuis enim nos dicamus, & firmissimè asseueremus, iam tunc plenam fuisse Lunam Nostram, cùm primùm in matris vtero, tanquam cælo, conceptione comparuit. Tamen sunt, qui illam tunc fuisse plenam negent: certè non vt plenam, quia maculâ penitus obductam, agnoscant. Sed nemo est, modò Catholicus sit, qui non dicat, plenam sanctitatis fulgore illam, fuisse in ortu: cùm illa sit Theologorum doctrina maximorum secura assertio: fide Catholica credi, Deiparam in sanctitate natam esse. Ab hoc ergo die certo certius in omni discrimine, ac certamine cum hostibus *Lunam-plenam* habebimus, modò ad illam nos conuertamus, & illius auspicijs pugnemus. Præclarè Anastasius Sinaita: *Ex secunda Eua Christus tanquam ex quapiam* LVNA-PLENA

Maria Luna Plena in Natiui.

Caietan. opusc. To. 2. putat probabiliter & pie credi.

Catharin. li. 4. contra Caie. agit. Cordup. li. 1. qu. 44. Concl. 4.

Anast. li. 4. Hexam.

MARIA, *quæ nunquam imminuta fuit: aut defecit: aut priuata fuit essentiali lumine*, id est, gratiâ: addo, aut accidentali: nempe gratiæ feruore, qui peccatis venialibus, & imperfectionibus, tanq̃ aqua inspersa minuitur.

AT fortasse non quolibet tẽpore adfulget, quæ, quod noctu splendeat, Sol nocturnus vocatur. Itaque noctu tantùm pugnandum esset. Nequaquam. Nam idcirco minus istud luminare, quod die & nocte colluceat, appellatur Diana, vt Bellatricem Mariam, nullo non tempore lucentem repræsentet.

Luna silẽtium adfingitur. Iuuare autem suos olim censebatur fulminatrix *Luna*, siue cùm aperto Marte inuadendus esset hostis: siue stratagemate circũueniendus. Quocirca adfingebant illi, quod in exercitus duce sumoperè cõmendatur, silentiũ, quasi nihil prodat illorum, quæ ipsi cómittuntur, & ad victoriã hostibus extorquendam cõducant. Discere hoc potuerunt adolescẽtuli

ex Virgilio, qui Troiæ inuasionem narrans, & Græcorum dolos, ita canit: *Virg lib. 2. Æneid.*

Vertitur intereà cælum, & ruit Oceano nox,
Inuoluens vmbra magna terramq; polumq;,
Myrmidonumq; dolos, fusi per mœnia Teucri
Conticuere: sopor fessos complectitur artus.
Etiam Archiua phalanx instructis nauibus ibat
A Tenedo tacitæ per amica silentia Lunæ.

Est sanè amicum ductricis copiarum silentium, quo non produntur milites, ipsorumque artes. Quod proprium Lunæ Bellatricis, adeò, vt illam silentij fidelis rectricem nominet Horatius:

---- O rebus meis
Non infideles arbitræ
Nox & Diana, quæ silentium regis
Nocturna cùm fiunt sacra.

Silentium Lunæ popularis, mysticâ.

VANA est hæc persuasio de *Luna* popularitei sic dictâ: vera, de *Lunæ-*

 mysticâ.

Mysticâ. Illa, vt inanimata est, sic nec loquitur, nec tacet: silentij tenax haud magis propriè; quàm cautes. At Christiani ductrix exercitus Maria, in quolibet bellandi genere suis opitulatur, siue palam congrediendum, siue clam hostiũ vires tentandæ. Illa non tantùm non prodit insidias, quibus hostem nostrum, Mundum, Carnem, Cacodæmonem impetere proponimus, taciturnitatem professa, ac silentij militaris rectrix; sed artes etiam suggerit, quibus aduersariorum fraudibus quàm occultissimè occurratur, illiqúe in astutiâ sua capiantur.

In hac igitur, Domina, ac Patrona nostra, verè Pulchra, & LVNA. O

Luna Martipotens, scienſqúe belli!

spem ac fiduciam omnem nostram, post Deum summum Imperatorem, collocemus. Hanc nobis ante prælium cum hoste inuisibili, & tot

tot ſpectabilibus, humili prece, votoq́; conſiliemus. Hac Ductrice fortiter in hoſtē feramur. Ab hac armaturam poſtulemus, quæ eſt *Turris Dauid ædificata cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea: & omnis armatura fortium.* Huius opem aſſiduò imploremus. Huic, dum in nos impetum hoſtiū furor facit, & opprimere conatur, acclamamemus. *In* Te *inimicos noſtros vēti labimus cornu, & in nomine tuo* MARIA, quod hoſtibus formidabile) *ſpernemus inſurgentes in nobis. Non enim in arcu meo ſperabo, & gladius meus, non ſaluabit me. Saluaſti nos de affligentibus nos, & odientes non confudiſti.* Ideò *in* Domina noſtra *laudabimur tota die,* (huius vitæ, quæ eſt Militia & tentatio) *& in nomine tuo,* MARIA, *confitebimur in ſeculum.*

Can.4.v 4

Pſal.xliii. 6 7.9.

Ita Deo viſum. nemo reluctetur. nemo obmurmuret. Finxit ſibi Gētilitas Palladem, quam armauit, & bello præfecit. Dedit Chriſtianis MARIAM, ceu LVNAM BELLA-

A Deo cōſtituta Maria Imperatrix.

inimicos noſtros, ſi auſpice, ac propitia hac LVNA-BELLATRICE, prælium ineamus : & non niſi ipsâ victoriam portendente, auſpicemur. Quando autem LVNA pugnantibus maximè cenſeturp ropitia, & fautrix?

Luna plena Græcis ad bellum auſpicata.

Ex Grecorum diſciplinâ ſeruabatur antiquiſsimis temporibus, vt nō pugnarent, niſi plenâ Lunâ, quam eo fine, longo ſæpe tempore expectabant, &, niſi ita apparente ſua Ductrice, cum hoſte nequaquam manus conſerebant. Quod de Lacedæmonijs refert Ariſtides in ſecunda Platonica : vbi ſcribit, Lacedæmonios, ſiue, quod expectarent plenam Lunam, auxiliari non potuiſſe. Ob quam cauſſam, qui bellum Troianum, à pueris in gymnaſiorum vmbraculis toties decantatum, olim deſcripſerunt, memorant, Græcos ad illius euerſionem plenilunium expectaſſe: quaſi tunc potiſsimùm Luna cum ple-

Ariſtides πανσέληνον μένοντες.

plena est, ad pugnam procedat, vel suis opituletur. Quod expertos ante Ilium Græcos canit Petronius, Lunam, vt Bellatricem depingens. *Troia quando capta.*

Iam plena Phœbe candidum extulerat iubar.
Minora ducens astra radianti face,
Cum inter sepultos Priamidas nocte & mero
Danai relaxant claustra, & effundunt viros.

Ex nostris quoque auctoribus, Clemens Alexandrinus agens de eiusdem vrbis obsidione, hæc inter alia scribit: *Hellanicus duodecimo mense Thargelionis, & nonnulli eorum, qui Attica scripserunt, octauo desinentis, postremo anno regnante Mnestheo, in* plenilunio, *captam ferunt Troiam. Noctis quidem erat medium*; inquit ille, qui paruam fecit Iliadem, *& splendebat lucida Luna.* Paruæ Iliados auctor est Lesches: cuius verba sunt: *Erat nox intempesta, & lucebat candida Luna.* *Clem. li. 1. Stromat. cap. 10.* *Lesches*

Luna plena ambita à pugnaturis.

Itaque LVNA plena censebatur maximè auspicata ad bellum. Plenā ambiebant, dum ad pugnā proficiscebantur. Plenæ supplicabant cum in procinctu essent. Plenam venerabantur, cum in hostem irent. Quam caussam, siue obseruationis, siue superstitionis suæ habuerint Græci non moror. Ego de *Luna mystica* dissero, quam tunc propitiā suis in bello, quod, vel cū externo, vel interno nobis est hoste, assero, quādo est plena. Sed ô felicitatē nostrā præ cunctis gentibus, Lunæ vulgaris cultricibus? Hæ si manus conseruissent *Luna-plena*, victoriam sibi certam spondebant: ciuitates Luna plena obsidere nitebantur: & infallibilem, aut expugnationem, aut deditionem sibi addicebant. Ad Lunam plenam prouocationem, & impetum in hostes differebant, nec de felici euentu dubitabant. At expectandus erat dies, aut nox Lunæ plenæ, quæ non nisi quolibet mense semel,

ſemel, coactis cornibus, globi inſtar argentei, plenam ſe obtutibus noſtris præbet.

Nobis *Lunæ-myſticæ* clientibus, *Luna-plenâ* ſolito ſuo fauore adfulgente, certa ſemper eſt victoria, modò partibus noſtris non deſimus. *Luna mystica ſemper plena.* *Luna plena* in hoſtem moueamus, nō illum tantùm, qui ferro, igne, glandibus, enſe, ſariſsâ, machæra, telo, conto corpus inuadere tentat, ac ſæpe proſternit: qui Imperio ruinam molitur: qui ciuitates Catholicorum obſidet: qui Epiſcopatibus imminet, qui fidelium fortunis inſidiatur: qui orthodoxorum templa expilat: qui religioſorū poſſeſſiones inuadit: qui Pōtificia iura omnia peſſundere armis nititur: ſed illū quoq;, & præſertim illū, qui anima, quâ nihil nobis datū pretioſius, inſidias ſtruit: qui illius robur arcis labefactat: qui virtutū cōmeatū ciuitati illi nobis cōmiſſæ ſubtrahit: qui exitiū nō tēperaneū tantùm, ſed æternum machinatur.

Pugna cũ vitiis ineunda lu cente plena Luna.

LVNA-*plenâ* pugnandum nobis eſt cum ſuperbia, eaque pedibus proterenda: profliganda vanitas: fuganda luxuria: iugulanda gula: exſcindenda inuidia: expugnanda auaritia: denique, omnium vitiorum phalanges internecione delendæ. Vt autem Luna noſtra ſit plena, haud opus eſt temporum circumuolutione. Non aliquando tantùm, vt illa popularis, ſed ſemper eſt plena *Luna-myſtica*. Quotidie: imò ſingulis dierum, noctiumque per anni circulum, ſeſe excipientium, momentis, illi acclamatur: AVE MARIA, id eſt, LVNA, *Gratiâ* PLENA: plena fauore, donis, perfectione. Plena luce, ſplendore, benignitatis radijs. Plena majeſtate. Plena ſanctitate. Plena Diuinitate. Itaque ſemper *Luna-plenâ* pugnamus; dum pugnamus cum hoſtibus Marianis: id eſt, vitijs & concupiſcentijs.

SED

SED hodie potissimùm, omnium consensu, primò processit vt LVNA-PLENA. Quamuis enim nos dicamus, & firmissimè asseueremus, iam tunc plenam fuisse Lunam Nostram, cùm primùm in matris vtero, tanquam cælo, conceptione comparuit. Tamen sunt, qui illam tunc fuisse plenam negent: certè non vt plenam, quia maculâ penitus obductam, agnoscant. Sed nemo est, modò Catholicus sit, qui non dicat, plenam sanctitatis fulgore illam, fuisse in ortu: cùm illa sit Theologorum doctrina maximorum secura assertio: fide Catholica credi, Deiparam in sanctitate natam esse. Ab hoc ergo die certo certius in omni discrimine, ac certamine cum hostibus *Lunam-plenam* habebimus, modò ad illam nos conuertamus, & illius auspicijs pugnemus. Præclarè Anastasius Sinaita: *Ex secunda Eua Christus tanquam ex quapiam* LVNA-PLENA

Maria Luna Plena in Natiui.

Caietan. opusc. To. 2. putat probabiliter & pie credi.

Catharin. li. 4. contra Caie. agit. Cordup. li. 1. qu. 44. Concl. 4.

Anast. li. 4. Hexam.

MARIA, *quæ nunquam imminuta fuit: aut defecit: aut priuata fuit essentiali lumine*, id est, gratiâ: addo, aut accidentali: nempe gratiæ feruore, qui peccatis venialibus, & imperfectionibus, tanq̃ aqua inspersa minuitur.

AT fortasse non quolibet tẽpore adfulget, quæ, quod noctu splendeat, Sol nocturnus vocatur. Itaque noctu tantùm pugnandum esset. Nequaquam. Nam idcirco minus istud luminare, quod die & nocte colluceat, appellatur Diana, vt Bellatricem Mariam, nullo non tempore lucentem repræsentet.

Luna silẽtium adfingitur. Iuuare autem suos olim censebatur fulminatrix *Luna*, siue cùm aperto Marte inuadendus esset hostis: siue stratagemate circũueniendus. Quocirca adfingebant illi, quod in exercitus duce summoperè cõmendatur, silentiũ, quasi nihil prodat illorum, quæ ipsi cõmittuntur, & ad victoriã hostibus extorquendam cõducant. Discere hoc potuerunt adolescẽtuli

ex Virgilio, qui Troiæ inuasionem narrans, & Græcorum dolos, ita canit: *Virg lib. 2. Æneid.*

Vertitur intereà cælum, & ruit Oceano nox,
Inuoluens umbra magna terramq́; polumq́;,
Myrmidonumq́; dolos, fusi per mœnia Teucri
Conticuere: sopor fessos complectitur artus.
Etiam Archiua phalans instructis nauibus ibat
A Tenedo tacita per amica silentia Lunæ.

Est sanè amicum ductricis copiarum silentium, quo non produntur milites, ipsorumque artes. Quod proprium Lunæ Bellatricis, adeò, vt illam silentij fidelis rectricem nominet Horatius:

---- O rebus meis
Non infideles arbitra
Nox & Diana, quæ silentium regis
Nocturna cùm fiunt sacra.

Silentium Luna popularis, mystica.

VANA est hæc persuasio de *Luna* populariter sic dictâ: vera, de *Luna-*

 mysticâ.

Mysticâ. Illa, vt inanimata est, sic nec loquitur, nec tacet: silentij tenax haud magis propriè; quàm cautes. At Christiani ductrix exercitus Maria, in quolibet bellandi genere suis opitulatur, siue palam congrediendum, siue clam hostiũ vires tentandæ. Illa non tantùm non prodit insidias, quibus hostem nostrum, Mundum, Carnem, Cacodæmonem impetere proponimus, taciturnitatem professa, ac silentij militaris rectrix; sed artes etiam suggerit, quibus aduersariorum fraudibus quàm occultissimè occurratur, illiqúe in astutiâ sua capiantur.

In hac igitur, Domina, ac Patrona nostra, verè Pulchra, & LVNA. O

Luna Martipotens, scienſqúe belli!

spem ac fiduciam omnem nostram, post Deum summum Imperatorem, collocemus. Hanc nobis ante prælium cum hoste inuisibili, &

tot ſpectabilibus, humili prece, votoq́; conſiliemus. Hac Ductrice fortiter in hoſtē feramur. Ab hac armaturam poſtulemus, quæ eſt *Turris Dauid ædificata cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea: & omnis armatura fortium.* Huius opem aſſiduò imploremus. Huic, dum in nos impetum hoſtiū furor facit, & opprimere conatur, acclamamemus. *In* Te *inimicos noſtros vēti labimus cornu, & in nomine tuo* MARIA, quod hoſtibus formidabile) *ſpernemus inſurgentes in nobis. Non enim in arcu meo ſperabo, & gladius meus, non ſaluabit me. Saluaſti nos de affligentibus nos, & odientes non confudiſti.* Ideò *in* Domina noſtra *laudabimur tota die,* (huius vitæ, quæ eſt Militia & tentatio) *& in nomine tuo,* MARIA, *confitebimur in ſeculum.* *Can.4.v 4* *Pſal.xlııı. 6 7.9.*

Ita Deo viſum. nemo reluctetur. nemo obmurmuret. Finxit ſibi Gētilitas Palladem, quam armauit, & bello præfecit. Dedit Chriſtianis MARIAM, ceu LVNAM BELLA- *A Deo cōſtituta Maria Imperatrix.*

TRICEM Deus, eamq; bello præsidere voluit. Summi Principis voluntas excuti à curiositate humanâ non debet, impleri debet. *Noua bella elegit*
Iud. v. 8. *Dominus: & portas hostium ipsa subuertit. De cœlo dimicatum est. Stellæ manentes in ordine, & in cursu suo aduersus Sisaram pugnauerunt:* Dux fæmina facti est.


Innocent. III. PP. Itaque, post hac, *qui se sentiet ab hostibus impugnari,* vt monet Papa Innocentius) *respiciat* LVNAM BELLATRICEM, eandémq; *castrorum aciem ordinatam, hoc est* MARIAM, *vt Ipsa, largiente Filio, mittat auxilium de Sancto, deq; Sionis arce nos tueatur.*

S. Bernar. TU ô MARIA, *terribilis es, vt Castrorum acies ordinata, vniuersis, qui Filij tui Ecclesiam, deuotosq; clientes tuos infestant. Tu Fæmina omni armatura fortior: ad bellum doctißima, cuius ensis super femur suum: in cuius circuitu acies valida virtutum: & Angelorum militia ad ministerium tanta Principis delegata.*

Tu

TV illa LVNA MARIA. Vera
LVNA.

LVNA-MYSTICA: Bellicosa LVNA,
Te labat sine miles orthodoxus.
LVNA duc age cælicas cohortes:
Fuga, interfice, præliare, cade.
Vt tandem hoste iugum ferente seruum
Pace fas fiet aureâ potiri.



NOTÆ.

ORNATVS cœli.] *Genes.* 2. 1. Perfecti sunt cœli, & terra, & omnis ornatus corũ. *Hebraicè* כל־צבא col tseba. *Hinc Deus,* אלצבאוא El tsebaoth. *Iob.* 7. 1. *Philo li.* 1. *Alleg. legis.* καὶ πάσα ςρατία αὐτῶν. LXX. *Interp.* κόσμος αὐτοῦ: ornatus eius. *An, quia homini ante peccatũ Mundus fuit habitaculũ, cuius ornatus creatura, non exercitus? huius enim vsus tantum fuit post peccatũ. An quia nihil ornatius ordinato exercitu?*

Vide

Vide præter Interpretes Genesis, Ioannem Pinedam Iob 7. versu 1. & 2. Martinum Delrio Tom. 1. Adagial. in primo. Nicolaum Serarium Iosue 5. q. 12.

Vas castrorum.] *Ecclesiastici* XLIII. 9. Vas castrorum in excelsis, in firmamento cæli resplendens gloriosè. *Cornelius de Lap.* LVNAM *vocat* Vas castrorum, *id est, instrumentum bellicum, & castrense Dei. Tum quia ipsa sua luce eminet inter stellas, quæ in Scriptura vocantur Castra & Militia Dei. Vnde Rabanus, aliiq; legunt,* resplendens gloriosa. *Tum quia astrorum est quasi fax, imò Sol,* DVX, & ANTESIGNANA: *adeoq; videtur esse nocturnus Sol, illustrans, cœlum, stellas, totumq; orbem. Vnde inter eas incedit, quasi Regina, gloria luminis, & pulchritudinis præpotens, & admirabilis. Hinc & Luna dicta, quod luce luceat vna per noctem; vel, quod luce lucet aliena.*

Alludit autem Ecclesiasticus ad stationes nocturnas castrorum, quarum quattuor noctis vigilias, quibus mutabantur

excubiæ, & excubitores, diuidebant iuxta motum Lunæ.

Rabanus allegoriam spectans LVNA, *inquit*, est Ecclesia, quæ à Christo, quasi à Sole suum mutuatur lumen, & gratiam. Quæ modò persequutionibus videtur imminui, iterumque tranquillitate recepta, clarissimi luminis hilaritate completur. Ipsa sanè est. *Vas castrorum in excelsis, in firmamento cœli resplendens gloriosa* Quia in ipsa animarum fidelium consistit turba, quæ in firmamento veritatis, & diuinæ prædicationis, per totum orbem gloriosa resplendet.

Porrò, per enallagen numeri, Vas castrorum *accipi potest, pro* Vasa castrensia, *quales sunt Stellæ. Quasi dicat. Velut instrumenta, & arma bellica* DEI *sunt Stellæ, quæ in firmamento cæli resplendent gloriosè. Stellæ enim vocantur arma, imò milites, & Militia* Dei, *quia magno numero ordinata, & constanti serie, quasi acie incedunt, & procedunt, quasi acies bellica ordinata à Deo. Ita Palacius & Iansenius.* Vas

Vas castrorum, *ait, vocat totum illum, qui in cœlis videtur, astrorum apparatum, instar castorum, pulchrè ordinatum, & dispositum. Est enim Græcè* σκεῦος παρεμβολῶν, *quod rectè verti potest, apparatus, instructio, vel armatura castrorum.* A σκεῦος *enim, quod Vas significat, & quæuis arma, deriuatur verbum* σκευάσω, *quod est, paro, instruo. Quare significat Ecclesiasticus, esse in excelsis insigne* Vas castrorum, *hoc est, veluti apparatum militarem resplendentem in firmamẽto cæli, qui mirabiliter Dei gloriam declarat. Vnde Syrus vertit;* Vas exercitus in excelsis, quod resplendet in firmamento cœli. *Tigurina,* Apparatus castrensis in altitudine, in solo cælesti, refulgens est decus cæli, gloria astrorum. *Quod Vulgatus Interpres vertit,* Species cæli, gloria stellarum.

In Stellis autem est Primò, *mirus, & quasi castrensis ordo, isq; certus, & constans. Vnde & Stella à stando dicitur, quod Stellæ in cælo stare videantur:* Do-

num

num *autem* Vniuersi,*ac rei cuiuslibet*, consistit in ordine, *inquit Aristoteles lib.12. Metaphy.*

Secundò, *Stellas flammeæ naturæ censet Cicero lib.2. de natura Deor. Plato, Plinius, alij de quibus Lipsius, in Physiol. Stoica lib 2. vnde & ardentes vocantur à Poetis. Eleganter quidam è recentioribus:* Lucidæ cæli lampades Stellæ; naturæ foculi, noctis oculi: Lunæ famulæ, Solis flammulæ.

Tertiò, *Stellarum ingens est multitudo qualis militum in castris. Plinius lib. 2. cap. 45. asserit in firmamento esse* 1600 *effectu, visuq; insignes. Astrologi numerant* 1022. *At longè plures sunt, quæ vel non videntur, vel non nisi confusè: vt, quæ in galaxia commistam lucem exhibent, faciuntq; viam lacteam. Vnde, quo quisq; acutius stellas intuetur, tanto plures videt.*

Quartò, *magnitudine eminent. Nam qualibet in firmamento maior est tota terra, Astrologi distinguunt Stellas in sex magnitudinis differentias, traduntq; illas,*

quæ

quæ sunt primæ magnitudinis continere magnitudinem terræ centies & septies: quæ secūdæ, nonagies: quæ tertiæ, 12. quæ quartæ, 54. quæ quintæ 39. quæ sextæ, decies octies.

Quintò, *Stellarum, tanquam militum sunt diuersæ cohortes, manipuli, centuriæ, Constellationes vocant Astrologi, quarum sunt quadraginta octo. Est autem Constellatio, certus stellarum numerus alicuius animalis, siue alterius rei effigiem, situ, ordinéue repræsentans. Hic igitur est exercitus, cuius Ductrix LVNA. Plura de Stellis in hunc sensum adducimus in MARIA STELLA MYSTICA.*

In curru militari.] *Ita Lunam exhibet Cartarena in imagine Dianæ. Et quidem cum curruum militarium varia sint genera, bigæ, trigæ, quadrigæ seiugæ: bigas Lunæ, trigas Inferis, quadrigas Soli, seiugas Ioui adsignabant Veteres, vt scribit Isidorus lib. XVIII. cap. 37. Bigas Lunæ, quoniam gemino cursu cum Sole contendit: siue quia & nocte videatur & die: iungunt enim vnum equum nigrum, & alte-*

alterum candidum. Vide sis Hermannum Hugo de Militia equestri lib. 1. cap. 6. Itaque equi sunt Dies & Nox. Quibus ab alio coniunguntur, Frigus & Calor, vt fiat quadriga, cuius aurigæ sunt Sol, & Luna.

Albinus Flaccus disputatione cum Pipino Caroli M. filio: Quid est annus? Quadriga mundi. Quis ducit? Nox & dies, frigus & calor. Quis est auriga eius? Sol & Luna. Quot habet palatia? duodecim. Qui sunt prætores palatiorũ? Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Scorpius, Arcitenens, Capricornus, Aquarius, Pisces.

Simili modo lusit Nectabano Sophista Regis AEgypti, qui hoc ænigma AEsopo proposuit: Est templum magnum & in ipso columnæ duodecim habens vrbes, quarum quælibet triginta trabibus sustinetur: has verò trabes duæ circumeunt mulieres. *Quod resoluens AEsopus:* Templum, *inquiebat*, est Mũdus: Columna verò Annus; vrbes,

men-

menses: trabes, dies: mulieres duæ, dies & nox.

Fertur aliud ænigma de Luna & Lunationibus siue anno lunari, quem suo per XII menses gyro Luna describit. Quod proposuit Cleobule filia Cleobuli Lindij, teste Gyraldo in AEnigmatibus.

Est vnus genitor, cuius sunt pignora bis sex.
His quoque triginta nata, sed dispare forma.
Asp ctu hinc niuea, nigris sunt vultibus inde.
Sunt immortales omnes, moriuntur & omnes.

Solutio est. Luna, vel annus lunaris duodecim habet lunationes, siue menses, quorum quilibet triginta diebus, luce, & tenebris distinctis perficitur. Sunt immortales genericè: quia nunquam cessat dierum, & noctium, mensiumq́ue successio: specificè tamen, vel potius indiuiduè singuli, moriuntur, & desinunt.

Quare Theodectes ænigma hoc sic proposuit. Duplice sunt sorores. quarum vna parit alteram: & ipsa quæ genuit gig-

gignentem interimit, gignitq; alteram, à qua & ipsa interimitur. Dies enim prior gignit sequentem, & ab eo interimitur, quia ei locum cedit, & esse desinit. At non minus ingeniosè Dies & Nox, vt equi concipiuntur, qui trahant bigam Lunæ, quæ rectè pingitur in curru militari. Tibullus

--Matrisq; sequuntur.
Currum lasciuo sidera fulua choro.

LVNA virili specie.] *Legendus Eusebius li. 3. de præpar. Euangelica cap. 3. Lilius Gyraldus lib. 1. vbi de Adad, & Adargatide Assyriorum. Nicolaus Serarius Iudicum 2. cap. 2. qu. 2. Apud Carrenses Astarthe Luna erat, licet ab ijs libentius vocaretur* LVNVS, *vt aiunt in Ant. Caracalla Spartianus, & Herodianus. Tertullianus Apologetici c. 15. ad obscœna hoc refert. Lege Franc. Zephyr. Tertulliani expositorē. Sed quid opus eo deflectere, cū & apud Hebræos modò masculinè* Iareach; *modò fœmininè* Labanach, *Chaldaicè,* Sachera, *enūcietur. Et apud Strabonem l. 12 Græcè, masculinè* μ[illegible], *vt Germanis* der Mon

Mon/ac fœmininè σελήνη dicitur. Ab Arabibus verò nunc Halilat, cùm primò nascens apparet, quasi Lunula: itemq; Helal, cùm cornicula splendet, quasi Noctiluca, vt notat in Spartianum Isaacus Casaubonus pag. 293.

Exercitus Lunæ-mysticæ.] Is triplex ponitur: nempe Symbolicus, qui vel Allegoricus, vel Tropologicus, ac proprius. Vt primus sit è Sanctis, tanquam Stellis: secundus ex Virtutibus. Nam vt scribit S. Gregor. hom. 30. in Euang. Ornamenta cælorum sunt virtutes Prædicantiũ: tertius ex milite catholico.

LVNA plena Græcis ad bellum auspicata] lege Aristidem orat. cit. πανσέληνον μένοντες inquit. An Luna plena sit capta Troia disputant Philologi, & Cronologi. Consule Dionysium Petauium in parte altera de Doctrina temporum lib. 9. cap. 29. vbi ponit veram Troiani excidij epocham. Et tandem concludit: Non igitur plenilunio captum est Ilium, si Thargelionis XXIII. expugnatum sit, vt apud Clementem quidam existimabant; sed Lu-

nâ XXII. *aut* XXIII. *quando à media nocte oriri incipit. Quod & Iliados paruæ auctor à Clemente laudatus indicat hoc versu:*

Νὺξ μὲν ἔην μεσάτα, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελάνα

vbi ἐπιτέλλειν, *est oriri, vt obseruat Scaliger. Plenilunium tamen designant alij, vt Petronius. Virgilius quoque libro* 2. *Aeneid. idem tempus adsignificare videtur, cùm tacitæ Lunæ silentia describit. Quam septimam Lunam fuisse Seruius annotat: sed perperam. Viri docti iam pridem admonuerunt, non illic silentem Lunam in coitu, sed quietam noctem, ac* πανσέληνον *describi. Hoc si verum est, tum non Thargelionis* XXIII. *captum fuerit. Si Thargelionis* XXIII. *non alia vtique, quàm Luna* XXII. *desinente,* ἅλωσις *inciderit.*

Θαργηλιὼν *mensis nomen est apud Athenienses, Aprili ferè respondens:* σκιῤῥοφοριὼν, *Maio, quo alij captam volunt. Lege eundem Petauium par.* I. *lib.* I.

cap.22. & in Rationario temporum libro 1. cap. 11. primæ partis, & partis secundæ libro 2. cap. 10. De Luna silente non vna est sententia. Apud Plinium & alios est Luna in coitu. Virgilius per Lunam silentem, nocturnum tempus, ac quietum indicat. Ita Turnebus, Vrsinus, Gifanius, Parrhasius, Germanus, quos sequitur Ludouicus Cerda.

Multa, quæ hoc Symbolum, eiusq; pertractationem locupletare possunt, ad Lunam spectantia, mystica, symbolica, allegorica, suppeditant MISCELLANEA *nostra* de Sole & Lunâ. *Legendi interim, S. Ambrosius lib. 4. Hexam. capite 7. & 8. S. Basilius in Hexamer. S. Augustin. Epist. 119. cap. 5. Cornelius à Lapide Ecclesiastici 27. versu 12.* Homo Sanctus in sapientia manet sicut Sol: nam stultus sicut Luna mutatur, & *Ecclesiastici 43. 6. ibidemque Oliuerius Bonartius. Antonius Ricciardus in commentarijs symbolicis, verbo,* Luna. *Pierius Valerianus lib. 44. hieroglyph. Ascanius Martinengus in cap. 1. Genes. Glos-*

sa mystica. Iacobus Pontanus lib. 8. Philocaliæ cap. 11. Robertus Bellarminus lib. de ascensione mentis in Deum gradu 7. Plotinus lib. 6. Ennead. 3. cap. 6. & 19. Alcinous de doctrina Platonis cap. 8. Maiolus Colloquio 1. & 9. Nicolaus Caussinus, libro 11. & alibi sparsim. Delrius in Cantica cap. 6. Conimbricenses lib. 2. de Cœlo c. 7. & in Meteoricis. Theatrum vitæ Catholicum, per Laurentium Beyerlinck concinnatum, littera L. verbo, Luna. *Sylua Allegorica Hieronymi Laureti, voce,* Luna. *Pagninus in Isagoge, nomine,* Luna.

Plures sunt, qui comparationem Virginis MARIÆ *cum Luna illustrarunt, trium subnecto analogias lectu, audituq; dignas. Robertus Bellarminus Concione* XLII. *quæ est de Natiuitate B. Virg. M.* Siquis est, qui planè cognoscere cupiat, cui similis sit nostra Virgo, attollat aliquando oculos in cœlum, auratum illud, gemmisque distinctum lacunar, quod Deus terræ pauimento, floribus quasi depicto, superimposuit; intueatur.

Vbi viderit tot lumina, tam nitida, & tam ſplendentia, quæ cœlum, vt prata flores, exornant, non exiſtimet ea ſplendorem illum ex ſeipſis habere. Nam Sol, Dux, & Princeps, & moderator luminum reliquorum ipſe eſt mundi oculus, & fons luminis, qui omnia ſidera ſuâ luce luſtrat, & complet.

Verùm *Lunæ*, tanquam ſorori ac ſponſæ longè maiorem luminis copiam tribuit. Ita cogitare debemus, Sanctos omnes in cœlis, veluti Stellas fulgere, MARIAM, vt LVNAM, CHRISTVM, vt SOLEM. Quamquam enim Sanctorum alij magis, alij minus lucent, vt Apoſtolus ait: 1. Corinthiorum xv. *Alia claritas Solis, alia Lunæ, alia Stellarum.* Tamen omnes, quicquid luminis habent, à Sole habent: id eſt, quicquid gloriæ, quicquid potentiæ, quicquid ſapientiæ, quicquid beatitudinis habent, à Chriſto habent,

bent, qui gratiæ, & gloriæ, & omnium bonorum fons eſt. Et quemadmodum *Luna* penè incredibiliter, magnitudine, decore, & claritate ſtellis cæteris antecellit, & ipſi Soli quàm ſimillima eſt: ita & Mariæ gloria penè incredibiliter maior eſt Sanctorum omnium gloria. Et ſicut *Luna* luce alienâ, & radijs Solis accenſa conuertitur, ſic & *Maria*, non ſecus, ac alij Cœlites, quicquid habet decoris, & luminis, id totum CHRISTI ſoli acceptum refert.

Neque obieceris mihi Aſtrologorum decreta, qui *Lunam* penè minimam ſtellarum eſſe volunt. Primum enim neque ipſi id facilè demonſtrabunt, neque nos, ſi negare id voluerimus, hæretici erimus: præſertim, cum Moſes tam apertè dicat Geneſis I. feciſſe Deum *duo luminaria magna, luminare maius,* videlicet Solem, *vt præeſſet diei, &*

Vas castrorum, *ait, vocat totum illum, qui in cœlis videtur, astrorum apparatum, instar castorum, pulchrè ordinatum, & dispositum. Est enim Græcè* σκεῦος παρεμβολῶν, *quod rectè verti potest, apparatus, instructio, vel armatura castrorum.* A σκεῦος *enim, quod Vas significat, & quæuis arma, deriuatur verbum* σκευάζω, *quod est, paro, instruo. Quare significat Ecclesiasticus, esse in excelsis insigne* Vas castrorum, *hoc est, veluti apparatum militarem resplendentem in firmamēto cæli, qui mirabiliter Dei gloriam declarat. Vnde Syrus vertit:* Vas exercitus in excelsis, quod resplendet in firmamento cœli. *Tigurina,* Apparatus castrensis in altitudine, in solo cælesti, refulgens est decus cæli, gloria astrorum. *Quod Vulgatus Interpres vertit,* Species cæli, gloria stellarum.

In Stellis autem est Primò, *mirus, & quasi castrensis ordo, isq; certus, & constans. Vnde & Stella à stando dicitur, quod Stellæ in cælo stare videantur:* Do-

num

num autem Vniuersi, ac rei cuiuslibet, consistit in ordine, inquit Aristoteles lib. 12. Metaphy.

Secundò, *Stellas flammeæ naturæ censet Cicero lib. 2. de natura Deor. Plato, Plinius, alij de quibus Lipsius, in Physiol. Stoica lib. 2. vnde & ardentes vocantur à Poetis. Eleganter quidam è recentioribus:* Lucidæ cæli lampades Stellæ; naturæ foculi, noctis oculi; Lunæ famulæ, Solis flammulæ.

Tertiò, *Stellarum ingens est multitudo qualis militum in castris. Plinius lib. 2. cap. 45. asserit in firmamento esse* 1600 *effectu, visuq́; insignes. Astrologi numerant* 1022. *At longè plures sunt, quæ vel non videntur, vel non nisi confusè: vt, quæ in galaxia commistam lucem exhibent, faciuntq́; viam lacteam. Vnde, quo quisq; acutius stellas intuetur, tanto plures videt.*

Quartò, *magnitudine eminent. Nam qualibet in firmamento maior est tota terra, Astrologi distinguunt Stellas in sex magnitudinis differentias, traduntq́; illas,*

quæ

quæ sunt primæ magnitudinis continere magnitudinem terræ centies & septies: quæ secūdæ, nonagies: quæ tertiæ, 12. quæ quartæ, 54. quæ quintæ 39. quæ sextæ, decies octies.

Quintò, *Stellarum, tanquam militum sunt diuersæ cohortes, manipuli, centuriæ, Constellationes vocant Astrologi, quarum sunt quadraginta octo. Est autem Constellatio, certus stellarum numerus alicuius animalis, siue alterius rei effigiem, situ, ordinéue repræsentans. Hic igitur est exercitus, cuius Ductrix LVNA. Plura de Stellis in hunc sensum adducimus in MARIA STELLA MYSTICA.*

In curru militari.] *Ita Lunam exhibet Cartarena in imagine Dianæ. Et quidem cum curruum militarium varia sint genera, bigæ, trigæ, quadrigæ seiugæ: bigas Lunæ, trigas Inferis, quadrigas Soli, seiugas Ioui adsignabant Veteres, vt scribit Isidorus lib. XVIII. cap. 37. Bigas Lunæ, quoniam gemino cursu cum Sole contendit: siue quia & nocte videatur & die: iungunt enim vnum equum nigrum, & alte-*

alterum candidum. Vide sis Hermannum Hugo de Militia equestri lib.1.cap.6. Itaque equi sunt Dies & Nox. Quibus ab alio coniunguntur, Frigus & Calor, vt fiat quadriga, cuius aurigæ sunt Sol, & Luna.

Albinus Flaccus disputatione cum Pipino Caroli M. filio: Quid est annus? Quadriga mundi. Quis ducit? Nox & dies, frigus & calor. Quis est auriga eius? Sol & Luna. Quot habet palatia? duodecim. Qui sunt prætores palatiorũ? Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Scorpius, Arcitenens Capricornus, Aquarius, Pisces.

Simili modo lusit Nectabano Sophista Regis AEgypti, qui hoc ænigma AEsopo proposuit: Est templum magnum & in ipso columnæ duodecim habens vrbes, quarum quælibet triginta trabibus sustinetur: has verò trabes duæ circumeunt mulieres. *Quod resoluens AEsopus*: Templum, *inquiebat*, est Mũdus: Columna verò Annus: vrbes, men-

menses: trabes, dies: mulieres duæ, dies & nox.

Fertur aliud ænigma de Luna & Lunationibus siue anno lunari, quem suo per XII menses gyro Luna describit. Quod proposuit Cleobule filia Cleobuli Lindij, teste Gyraldo in Ænigmatibus.

Est vnus genitor, cuius sunt pignora bis sex:
His quoque triginta nata, sed dispare forma.
Aspectu hinc niuea, nigris sunt vultibus inde.
Sunt immortales omnes, moriuntur & omnes.

Solutio est. Luna, vel annus lunaris duodecim habet lunationes, siue menses, quorum quilibet triginta diebus, luce, & tenebris distinctis perficitur. Sunt immortales genericè: quia nunquam cessat dierum, & noctium, mensiumq; successio: specificè tamen, vel potius indiuiduè singuli, moriuntur, & desinunt.

Quare Theodectes ænigma hoc sic proposuit. Duplice sunt sorores, quarum vna parit alteram: & ipsa quæ genuit

gig-

gignentem interimit, gignitq; alteram, à qua & ipsa interimitur. Dies enim prior gignit sequentem, & ab eo interimitur, quia ei locum cedit, & esse desinit. At non minus ingeniose Dies & Nox, vt equi concipiuntur, qui trahant bigam Lunæ, quæ rectè pingitur in curru militari. Tibullus

-Matri'q; sequuntur.
Cu'rum lasciuo sidera fulua choro.

LVNA virili specie.] *Legendus Eusebius li.3.de præpar. Euangelica cap.3. Lilius Gyraldus lib.1. vbi de Adad, & Adargatide Assyriorum. Nicolaus Serarius Iudicum 2.cap. 2, qu.2. Apud Carrenses Astarthe Luna erat, licet ab ijs libentius vocaretur LVNVS, vt aiunt in Ant. Caracalla Spartianus, & Herodianus. Tertullianus Apologetici c.15. ad obscœna hoc refert. Lege Franc. Zephyr. Tertulliani expositorē. Sed quid opus eo deflectere, cū & apud Hebræos modò masculinè* Iareach; *modò fæmininè* Labanach, *Chaldaicè,* Sachera, *enūcietur. Et apud Strabonem l. 12 Græcè, masculinè* μ ν, *vt Germanis* der

Mon

Μήνη, ac fœmininè σελήνη dicitur. Ab Arabibus verò nunc Halilat, cùm primò nascens apparet, quasi Lunula: itemq; Helal, cùm cornicula splendet, quasi Noctiluca, vt notat in Spartianum Isaacus Casaubonus pag. 293.

Exercitus Lunæ-mysticæ.] Is triplex ponitur: nempe Symbolicus, qui vel Allegoricus, vel Tropologicus, ac proprius. Vt primus sit è Sanctis, tanquam Stellis: secundus ex Virtutibus. Nam vt scribit S. Gregor. hom. 30. in Euang. Ornamenta cælorum sunt virtutes Prædicantiũ: tertius ex milite catholico.

LVNA plena Græcis ad bellum auspicata] lege Aristidem orat. cit. πανσέληνον μένοντες inquit. An Luna plena sit capta Troia disputant Philologi, & Cronologi. Consule Dionysium Petauium in parte altera de Doctrina temporum lib. 9. cap. 29. vbi ponit veram Troiani excidij epocham. Et tandem concludit: Non igitur plenilunio captum est Ilium, si Thargelionis XXIII. expugnatum sit, vt apud Clementem quidam existimabant; sed Lu-

nâ XXII. *aut* XXIII. *quando à media nocte oriri incipit. Quod & Iliados parua auctor à Clemente laudatus indicat hoc versu:*

Νὺξ μὲν ἔην μεσάτα, λαμπρὰ δ' ἐπι-
τέλλε σελάνα

vbi ἐπιτέλλειν, *est oriri, vt obseruat Scaliger. Plenilunium tamen designant alij, vt Petronius. Virgilius quoque libro 2. Aeneid. idem tempus adsignificare videtur, cùm tacitæ Lunæ silentia describit. Quam septimam Lunam fuisse Seruius annotat: sed perperam. Viri docti iam pridem admonuerunt, non illic silentem Lunam in coitu, sed quietam noctem, ac* πανσέληνον *describi. Hoc si verum est, tum non Thargelionis* XXIII. *captum fuerit. Si Thargelionis* XXIII. *non alia vtique, quàm Luna* XXII. *desinente,* ἅλωσις *inciderit.*

Θαργηλιὼν *mensis nomen est apud Athenienses, Aprili ferè respondens:* σκιῤῥοφοριὼν, *Maio, quo alij captam volunt. Lege eundem Petauium par.* I. *lib.* I.

cap.22. & in Rationario temporum libro 1. cap.11. primæ partis, & partis secundæ libro 2. cap.10. De Luna silente non vna est sententia. Apud Plinium & alios est Luna in coitu. Virgilius per Lunam silentem, nocturnum tempus, ac quietum indicat. Ita Turnebus, Vrsinus, Gifanius, Parrhasius, Germanus, quos sequitur Ludouicus Cerda.

Multa, quæ hoc Symbolum, eiusq; pertractationem locupletare possunt, ad Lunam spectantia, mystica, symbolica, allegorica, suppeditant MISCELLANEA *nostra* de Sole & Lunâ. *Legendi interim, S. Ambrosius lib.4. Hexam. capite 7. & 8. S. Basilius in Hexamer. S. Augustin. Epist. 119. cap.5. Cornelius à Lapide Ecclesiastici 27. versu 12.* Homo Sanctus in sapientia manet sicut Sol: nam stultus sicut Luna mutatur, & *Ecclesiastici 43. 6. ibidemque Oliuerius Bonartius. Antonius Ricciardus in commentarijs symbolicis, verbo,* Luna. *Pierius Valerianus lib. 44. hieroglyph. Ascanius Martinengus in cap.1. Genes. Glos-*

sa mystica. Iacobus Pontanus lib. 8. Philocaliæ cap. 11. Robertus Bellarminus lib. de ascensione mentis in Deum gradu 7. Plotinus lib. 6. Ennead. 3. cap. 6. & 19. Alcinous de doctrina Platonis cap. 8. Maiolus Colloquio 1. & 9. Nicolaus Caussinus, libro 11. & alibi sparsim. Delrius in Cantica cap. 6. Conimbricenses lib. 2. de Cœlo c. 7. & in Meteoricis. Theatrum vitæ Catholicum, per Laurentium Beyerlinck concinnatum, littera L. verbo, Luna. *Sylua Allegorica Hieronymi Laureti, voce,* Luna. *Pagninus in Isagoge, nomine,* Luna.

Plures sunt, qui comparationem Virginis MARIÆ *cum Luna illustrarunt, trium subnecto analogias lectu, audituq́ dignas. Robertus Bellarminus Concione* XLII. *quæ est de Natiuitate B. Virg. M.* Siquis est, qui planè cognoscere cupiat, cui similis sit nostra Virgo, attollat aliquando oculos in cœlum, auratum illud, gemmisque distinctum lacunar, quod Deus terræ pauimento, floribus quasi depicto, superimposuit; intueatur.

 Vbi

Vbi viderit tot lumina, tam nitida, & tam ſplendentia, quæ cœlum, vt prata flores, exornant, non exiſtimet ea ſplendorem illum ex ſeipſis habere. Nam Sol, Dux, & Princeps, & moderator luminum reliquorum ipſe eſt mundi oculus, & fons luminis, qui omnia ſidera ſuâ luce luſtrat, & complet.

Verùm *Lunæ*, tanquam ſorori ac ſponſæ longè maiorem luminis copiam tribuit. Ita cogitare debemus, Sanctos omnes in cœlis, veluti Stellas fulgere, MARIAM, vt LVNAM, CHRISTVM, vt SOLEM. Quamquam enim Sanctorum alij magis, alij minus lucent, vt Apoſtolus ait: 1. Corinthiorum xv. *Alia claritas Solis, alia Lunæ, alia Stellarum.* Tamen omnes, quicquid luminis habent, à Sole habent: id eſt, quicquid gloriæ, quicquid potentiæ, quicquid ſapientiæ, quicquid beatitudinis habent, à Chriſto habent,

bent, qui gratiæ, & gloriæ, & omnium bonorum fons est. Et quemadmodum *Luna* penè incredibiliter, magnitudine, decore, & claritate stellis cæteris antecellit, & ipsi Soli quàm simillima est: ita & Mariæ gloria penè incredibiliter maior est Sanctorum omnium gloria. Et sicut *Luna* luce alienâ, & radijs Solis accensa conuertitur, sic & *Maria*, non secus, ac alij Cœlites, quicquid habet decoris, & luminis, id totum CHRISTI soli acceptum refert.

Neque obieceris mihi Astrologorum decreta, qui *Lunam* penè minimam stellarum esse volunt. Primum enim neque ipsi id facilè demonstrabunt, neque nos, si negare id voluerimus, hæretici erimus: præsertim, cum Moses tam apertè dicat Genesis 1. fecisse Deum *duo luminaria magna, luminare maius,* videlicet Solem, *vt præesset diei, &*

luminare minus, hoc eſt, Lunam, *vt præeſſet nocti*. Deinde D. Auguſtinus lib. 21. ſuper Geneſin, cap. 16. nonne apertiſſimè docet, multo eſſe melius, Scripturæ diuinæ de Lunæ magnitudine, quàm Aſtrologis credere, cùm ipſi non ſolùm Lunâ, ſed etiam Sole ſtellas aliquas maiores eſſe contendant? Quod vt eo loco, idem Auguſtinus ait, niſi abſurdiſſimè dici non poteſt. Quid? M. Baſilius, homilia VI. quæ eſt de opere quartæ diei, Stellarum globos, vno ſolo globo Solis excepto à Luna magnitudine ſuperari confirmat. Neque ab hac ſententiâ B. Chryſoſtomus, ſcribens in Geneſin, & B. Ambroſius in Hexamer. abſunt. Verùm, quicquid de hac controuerſia ſtatuendum ſit: neque enim cùm Aſtrologis inimicitias gerendas mihi eſſe vnquam putaui: illud certè aſſerimus; gloriam Virginis noſtræ tanto excellentiorem eſſe gloria Cœlitum cæterorum, quanto Lunæ de-
cor

cor & magnitudo, decorem, & magnitudinem luminum reliquorum, vel vincit, vel vincere aspectibus nostris videtur.

Ludouicus Alcazar in Apocalypsim cap. 12. ver. 1. Not. 2. LVNA *est* MARIA. Primò. *Quia lucem gratiæ maiorem, cæteris stellis, id est, Sanctis, haurit à Christo, qui est Sol Iustitiæ: atque per gratitudinem,* omnem suæ lucis haustum, eò regerit, vnde accipit. *Quod de Luna scribit Plinius.* Secundò. *Quia sicut Luna maximè dominatur terræ, & mari: Sic & B. V. M. terrigenis, eisq; in nocte huius sæculi clara luce præfulget.* Tertiò. *Quia sicut Luna, teste Plinio, humilis est, & excelsa, quia aliàs admota cælo, aliàs contigua montibus: Sic & B. V. in oculis suis erat humilis: sed in oculis Dei excelsa: & quia humilis, ideò excelsa. Ipsa se Ancillã Domini, dum ab Angelo salutaretur, nominauit, ideò facta est Mater Dei.*

Itaq; mirare in ipsa triplex coniugium rerũ summè disparatarum, quod ipso eius nomine MARIA *repræsentatur.*

Primum coniugium *est Humilitatis, & Celsitudinis, siue Maiestatis. Quod ipsa humilis & paupercula, facta sit Deipara, & Regina Angelorum. Vtrumque significat nomen* Maria. *Siquidem,* Mariam, *sic enim pronunciant Syri, significat* Stillam maris מר: mar *enim Syris est gutta, siue stilla situlæ* ים, iam *est mare. Ecce humilitas. Quid enim stilla minutius? Rursum* Maria *dicitur quasi* מָרוֹם marom, *id est celsitudo. Ipsa ergo est stilla maris per humilitatem: ideoq; ipsa pariter est Celsitudo, ac* Stella maris; *vti eam nuncupat, & inuocat S. Bernardus, Euthymius, S. Hieronymus, totaq; Ecclesia in Hymno,* Aue Maris Stella. *Denique ipsa est mare Sapientiæ & gratiarum.*

Secundum coniugium *est Puritatis, & Pœnitentiæ, siue Crucis. Puritatem innuit rursum τὸ* Stella maris. *Vniones enim, siue margaritæ (quæ symbolum sunt puritatis, & virginitatis) ex stillis roris in conchis marinis concrescunt. Rursum,* Maria, *Hebraicè, idem est, quod* myrrha, *vel* amaritudo maris. *Quæ sym-*

ſymbolum eſt pœnitentiæ & Crucis, quam B. Virgo tota vita ſubÿt; præſertim adſtans Chriſto crucifixo; vt nos doceret, Matrem puritatis, & caſtitatis eſſe pœnitentiam & mortificationem.

Tertium coniugium *eſt Paupertatis & Opulentiæ. Nam* B. Maria, *id eſt,* Stilla maris, *ſibi fuit pauperrima: eadem, vt* Mariam, *id eſt,* Domina maris, *ditiſsima facta eſt à Chriſto, vt quaſi* מורה more, *id eſt, pluuia temporanea, omnem gratiam è cœlo depluat in ſe inuocantes. Sicut ergo Luna* minuitur in conſummatione; *Sic B. Virgo humilis & minuta eſt in ſua perfectione, & exaltatione, vt cùm fieret Mater Dei, Ancillam ſe nuncuparet.*

Ioannes Dauid in Pancarpio Mariano ſymb. XIX. *Nonne* PVLCHRA *es vt* LVNA, *pia Mater, quæ ſicut Luna à Sole, ita, Tu à Chriſto tuam habes pulchritudinem & ſplendorem? Nunquid etiam, ſicut Luna, maior eſt in aſpectu hominum, ſplendidiorq́ ſtellis omnibus: vt eapropter à Deo quoque luminare magnum cum Sole vo-*

cetur: ita tu Virgo pulcherrima inter animas Sanctorum, & Angelorum choros supereminens, & euecta merita singulorum, & omnium titulos antecellis? Vtramque naturam, & humanam, & Angelicam, Virgo singularis exsuperas, & immensitate gratiæ, & fulgore virtutum. Nonne, quemadmodum Luna decor est noctis, mensura temporis, æmulatrix Solis, aëris immutatrix: ita tu, ô Virgo diuina, in sublunari nostro spirituali Ecclesiæ regimine, ijsdem conditionibus ad spiritualia tralatis, præpolles?

Luna sub obscuro diffundit lumine noctem:
Nocte at Tu mediâ das sine nocte diem.

Præterea, sicut crescente Lunâ crescunt medullæ in oßibus hominum, ac bestiarum: ita luce tuâ adueniente, crescit quoque in nostrorum cordium medullis deuotio. Sanitas es siquidem vmbilico nostro, & oßium nostrorum irrigatio. Nunquid, sicut luminare maius, Sol iustitiæ, Christus Filius tuus, præest diei, hoc est, iustis, sicut in die honestè ambulantibus:

lantibus:ita Tu Luna nocti; peccatoribus nempe solandis, & illuminandis? Nonne, quemadmodum Luna, semper aquè magna est in se; sed non aquè semper ex omni parte illuminatur: ita Tu, ô Maria, tametsi aliquando Filij tui occasione fueris obscurata, ac mœstitudine obnubilata; semper tamen in Te constans permansisti, Tibiqúe semper in Domino similis?

Nonne, quemadmodum Luna, ex ea parte lucet, quâ Solem aspicit: & quando est ex diametro inter nos & Solem, nihil ex parte nostra dat luminis; sed parte tantùm superna lucet, solem versus: ita Tu, semper Deum intueris, tametsi nobis interdum nullum huiusce illuminationis, ac collustrationis appareat argumentum?

Tu itaque modis omnibus, ô B. Dei Genitrix PVLCHRA *vt* LVNA, *claritate Dilecti tui mirificè, illustrata. Tu Thronus eius, sicut Sol, & sicut Luna perfecta in aeternum. Quasi Luna plena in diebus suis luces.*


Da nobis ô Domina, Patrona, ac Magistra nostra, vt aliquantulum animæ pulchritudinis, in spiritualis nostræ prolis, vitæ, inquam, melioris ornatum, de hac tuâ pulchritudinis plenitudine sortiamur. Amen.

*

IESVS-MARIA.

S.
D. I.
H. E. G.

NOTAE



NOTÆ AD ORATIONEM I.

Inserenda post pag. 78.

LVNA NOVA.

LVNA *à lucendo dicta est: vel quod noctu sola luceat: vel quod lucē alienam habeat, quam recipit à Sole: nonnulli à Lucina, voce concisa formatam volunt. Est* Noua, Dimidiata, Plena, *penè* Nulla. *Macrobius in Som. Luna dispensationibus septenarijs luminis sui vices sempiterna lege variando disponit. Primis septem diebus dimidiatā, semiorbem ostēdit, Græcoq; sermone* διχόμηνος *&* διχότομος *vocatur, quasi* dimidia. *Secundis totum orbem complet: fitq;* Plenilunium: *quod Græci* πανσέληνον *vocant. Tertijs rursus* διχότομος *efficitur. Quartis, fit totius Lunæ cum Sole coitio, quod* Interlunium *vocant, Silentem Lunam, & intermen-*

struam: Græcis τύνοδος *dicitur. Plinius lib.* XVIII. *Cùm occidente Sole orietur (scilicet Luna ex aduerso) ita vt pariter aspiciantur, tunc erit Plenilunium:* Inter*lunium cum apparere desierit; & noua fit, & coeunte vel silenti luna. Noua primo primi septenarij die. Hinc* Nouilunium, *siue* Νεομηνία. *Cum* Nouâ *comparamus Virginem conceptam, conceptionemque illius immaculatam accommodatè vocamus* Neomeniam.

Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestræ; *Psal.* LXXX. 4.] *S. Ambrosius in psal. 43. & lib. de fide resur. legit,* Canite in initio mẽsis tubâ. *S. Augustinus & vetus psalterium,* Tubâ canite in initio mensis tubæ, *id est, Septembris, Hebrais,* Tisri, *qui est mensis tubæ, quoniam in eo celebrabatur festum tubarum in memoriam legis acceptæ, præter festum expiationum, & scenopegiæ, seu tabernaculorum, & collectæ, seu octaua eorundem.*

Probabile est, non de vnò tabernaculorũ festo, quod Neomeniam Septembis redde-

ba

bat festiuiorem, seu primam eius diem, quæ dicebatur Venerabilis, & sancta, & clangoris ac tubarum: & sabbatum, & memoriale, & in quo opus seruile fieri non poterat. *Num.* 29. 1. *Leuit.* 23. 24 *sermonẽ esse in illo psalmo, quamuis potissimùm de illâ: sed præterea de cunctis Neomenijs, seu primis mensium diebus, Kalendisque. Sanè generatim præceptum erat Hebræis* Num. 10. 10. *Vt* si quando haberent epulum, & dies festos, & Kalendas, canerent tubis super holocaustis, & pacificis victimis.

Scribit Philo lib. de Decal. per tibicinem indici solitã Neomeniam: nimirũ, corneâ, tubâ, vt admonet Gerebrardius, supra tẽpli pinnam siue tectum, quod Παϛοφόριον *appellat Iosephus lib. 5. de bell. cap. 9. Alioqui super holocaustis, & pacificis victimis canebatur* tubis argenteis ductilibus, *Numer* 10. 2. *eodem quoque die, in quo simul essent Kalendæ, & Festum Tubarum, id est, in Neomenia Sept. vt annotat Abulensis, Numer. 29. q. 1. probans ex vsu Iudæorum hoc tempore: inquo, cũ non*

liceat

liceat eis sacrificare, non canunt argenteis tubis, sed tantum corneis.

Horatius lib. 1. Carmin. Saty. 9. nominat tricesima sabbata.

——: Hodie tricesima Sabbata. vin' tu Curtis Iudæis oppedere? ——.

quæ videtur fuisse Neomeniæ, quia tricesimo quoque ferè die recurrebant, & erant in honore apud Iudæos, velut Sabbata: quæ vox etiam de quibusuis festis dicitur. Sed tunc magis, quando reipsa incidebant in Sabbati diem. Leuinus Torrentus tamen tam ad illud Horat. tum in Sueton. ca. 6. de Phase locutum putat: quasi annum inchoando à Septembri, circa tricesima sabbata, seu tricesimam hebdomadam festum illud occurrerit. Acutum est, sed minus solidum. Potuit loqui Poëta, aut de Neomenia, aut de Sabbatis indefinitè, aut de vno aliquo: nam vnum etiam Sabbatum pluraliter Sabbata nominatur aliquando, ob multa legis veteris prodigia & beneficia, quæ occurrerũt in sabbato, Consule Interpretes Psalmorũ, nominatim Ioan. Lorinum, qui eruditè de similibus cõmentatur.

Festo

Festo Neomeniæ successit festum B. Vir.] *Multa sunt festiuitatibus B. V. cōmunia cum Neomenia, & maximè Tisri, in qua Iudæorum domicilia organis, tubis, lituis, buccinis, tibijs, fistulis, lyris, citharis personabant ex præcepto Dei; an, vt præluderent vel aduocarent eam, quæ tunc tempore nata est, cuius Natiuitas gaudium annunciauit vniuerso mundo?*

Ecclesiastici XLIII. 7. Luminare quod minuitur in cōsummatione: Crescēs mirabiliter in consummatione.] *Scio esse alias quoque huius loci explicationes, quas recentiores interpretes sequūtur. Menochius.* Quod minuitur in consummatione: *id est, luce crescente donec perfectè deficiat.* Crescens in consummatione, *hoc est, donec orbē perficiat, & impleat. Cornelius:* Minuitur in consummatione: *id est, in perfectione: putà, in plenilunio: eo enim peracto, Luna mox minuitur, corniculatur, & decrescit, cùm Sol semper idē, plenusq; in suo orbe permaneat. Vnde alij vertunt:* Lumen in fine decrescens: *Græcè* φωστὴρ μειούμενος ἐπὶ συν-

συντελείας: *id est*, *vt Roman. Luminare*, quod minuitur ſuper cōſummationem. *Syrus*. Quod deficit in extremitate. *Tygurina*. Lunâ dies feſtus deſignatur luce decreſcente donec deficiat. *Quare licet mirabile ſit Lunæ incrementum ex obſcuro ad ſummam lucis gloriam, tamen totam mirabilitatem deprimit mutatio & caſus.* Creſcens mirabiliter in conſummatione: *Quia creſcit, & corniculatur variè & mirabiliter, donec conſummetur, id eſt, conſummatum, plenumque lumen accipiat in plenilunio. Syrus* Creſcit ſublimiter in mutatione. *Luna enim ſola inter ſtellas per ſingulos menſes aßiduè creſcit & decreſcit: impletur & minuitur.*

Oliuerius Bonartius: *Luna* minuitur in conſummatione: *id eſt, decreſcit poſtquam peruenit ad perfectionem: hoc eſt plenilunium: quod nec ſoli nec alijs aſtris conuenit. Iterum*, creſcit mirabiliter in cōſummatione. *Hoc eſt, ſtatim poſt nouationem, ſiue nouilunium, incipit augeri, & creſcere, donec impletur ſuo orbe cōſummetur,*

metur, & ex diametro opposita soli plenā lucē ab illo accipiat, in suo plenilunio. Ex quo vocatur Græcè πανσέληνος, & Luna perfecta, ps. LXXXVIII. 38. Græci quidā trāsferūt: Crescēs mutationib. est admirabilis.

Quoniam in hac Oratione de Luna-noua, & alibi, dum de Virgine conceptâ disserimus, fit mentio sanctionum Pontificiarum de Conceptione B. Virginis Mariæ, ne lateat, quid à Summis Pontificibus sit decretum; & quomodo sit loquendum ab Orthodoxis, quando, vel publicè, vel priuatim agitur de isthoc mysterio, subijciam ea, quæ nostris temporibus à Sede Apostolicâ super hac re sunt præscripta.

Anno MDCXVI. die VI. Iulij Paulus V. Constitutionem edidit innouantem alias editas Constitutiones de Conceptione Beatissimæ Virginis MARIÆ.

Anno MDCXVII. die XXXI Augusti Paulus V. approbauit Decretū Congregationis Sancti Officij Inquisitionis Cardinalium, vt affirmatiua sentētia, q̄ nimirū B. V. M. sit cōcepta in Originali nō amplius proponeretur in publicis actibus, nec doceretur è cathe-

cathedra, nec prædicaretur è suggestu, disputaretur in thesibus.

Anno MDCXXII. die XXIV. Maij, Gregorius XV. Constitutionem Pauli V. prædecessoris sui, ne in actibus publicis audeat quisquam asserere B. V. M. conceptam in originali, extendit etiam ad priuata colloquia, & scripta, vetuitque de hac opinione affirmatiua aliquo modo agi, seu tractari. Præcepit item, vt in Sacro Sancto Missæ Sacrificio, ac diuino officio celebrandis, tam publicè, quàm priuatim, nemo alio, quàm Conceptionis nomine vti debeat, additis grauißimis pœnis pro transgressoribus.

Anno MDCXXII. die XXVIII. Iulij, Gregorius XV. indulsit Fratribus Ordinis Prædicatorum, vt inter se dumtaxat, & non inter alios, aut cum alijs, in priuatis colloquijs, & conferentiis poßint disserere, & tractare de materiâ eiusdem Conceptionis liberè & licitè, absque vllo pœnarum in Decretis superioribus contentarum incursu.

CON-



CONSTITVTIO PAVLI V.

INNOVANS ALIAS EDITAS *Constitutiones de Conceptione Beatissimæ Virginis* MARIAE.

PAVLVS PAPA QVINTVS AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

REGIS Pacifici, *quanquam nullo nostro merito, diuinâ dispensatione vices gerentes in terris, ex muneris nostri debito, pacis, & concordiæ inter Christi fideles, præsertim Ecclesiasticas personas, quæ alijs in viam pacis dirigendo, & in vnitate Spiritus continendo sunt præposita, conseruationi sedulò inuigilare cupientes, ea, quæ à Prædecessoribus nostris Romanis Pontif. ad scandalorum semina tollēda, salubriter constituta sunt, cùm hostis antiqui insidijs, qui ab initio, dißidia serere cæpit, minimè*

nimè obseruari, aut varijs modis eludi dignoscuntur, vt inuiolata seruentur, opportunis remedijs, quantum cum Domino possumus prouidemus.

Olim siquidem, per fœlicis recordationis Sixtum Papam IV. Prædecessorem nostrũ accepto, quod nonnulli diuersorum Ordinũ Prædicatoribus in suis sermonibus ad populũ publicè per diuersas ciuitates, & terras affirmare non erubuerãt, & quotidie prædicare nõ cessabãt, omnes illos, qui tenebãt, aut asserebãt, Gloriosam & immaculatã Dei Genetricẽ, absq; originalis peccati macula fuisse conceptam, mortaliter peccare, vel esse hæreticos; eiusdemq; immaculatæ conceptionis Officium celebrantis audientesq; sermones illorum qui eam sine huiusmodi macula conceptam esse affirmabant, grauiter peccare: sed prædictis prædicationibus non contenti, confectos super ijsdẽ suis assertionibus libros in publicũ ediderant, ex quorũ assertionib. prædicationib⁹, nõ leuia scãdala in mentibus fideliũ exorta erãt, & maiora meritò exoriri formidabãt indies.

Idem Sixtus Prædecessor huiusmodi temerarijs ausibus, & peruersis assertionibus

& scãdalis, quæ exinde in Dei Ecclesia ex-
oriri poterãt, obuiare volẽs huiusmodi as-
sertiones prædicatorũ, & aliorũ quorumli-
bet, q affirmare præsumerẽt, eos, q crederẽt
aut tenerent eandẽ Genetricẽ ob originalis
peccati macula, in sua conceptione præser-
uatã fuisse, propterea alicuius hæresis labe
pollutos fore, vel mortaliter peccare, aut
huiusmodi Officiũ Conceptionis celebrãtes,
seu huiusmodi sermones audiẽtes, alicuius
peccati reatum incurrere, vtpote falsas, &
erroneas, & à veritate penitus alienas, edi-
tosq; desuper libros prædictos id continẽtes,
quoad hoc reprobauit, & dãnauit, ac sta-
tuit, & ordinauit, quod prædicatores verbi
Dei, & quicumq; alij, cuiuscumq; status,
gradus, aut ordinis, & cõditionis essẽt, qui
ausu temerario, præsumerẽt in eorũ sermo-
nibus ad populũ, seu alias quomodolibet
affirmare, huiusmodi, sic per eũ improba-
tas, & damnatas assertiones veras esse, aut
dictos libros, pro veris legere, tenere, vel
habere, excommunicationis sententiam
eo ipso incurrerent, à qua, ab alio, quàm
à Romano Pontifice, nisi mortis ar-
ticulo, nequirent absolutionem beneficium

obtinere; similiq; pœna, & censuris subiecit eos, qui ausi essent asserere, contrariam opinionem, tenentes videlicet gloriosam Virginem Mariam cum originali peccato fuisse conceptam, hæresis crimen, vel peccatum incurrere mortale, cùm nondum id esset à Romanâ Ecclesiâ, & Apostolica Sede decisum.

Hanc verò Sixti Prædecessoris Constitutionem Oecumenica Tridentina Synodus posteà innouauit. Ac deinde, similis record. Pius Papa Quintus, etiam Prædecessor noster, statuit, & ordinauit, & mandauit, quatenus nemo cuiuscumq; ordinis, vel dignitatis existeret, in popularibus concionibus, vel vbicumq; promiscua virorũ, & mulierũ multitudo conuenire solet, de huius cõtrouersiæ alterutra parte disputare rationibus, vel Doctorũ authoritate, asserendo propriã sententiam, & contrariam refellendo, vel impugnando, aut de hac ipsâ quæstione cuiusuis pietatis, aut necessitatis prætextu vulgari sermone scribere, vel dictare præsumeret, qui contra faceret, suspensionis pœnam à Diuinis, absque

nouâ

nouâ declaratione, ipso facto, incurreret, si quodò esset in sacris constitutus, & à quocumq; præterea gradu, siue dignitate, vel administratione fungeretur, illis omnibus foret ipso iure priuatus, & ad eadem, vel similia munera obtinenda, vel obeunda perpetuò inhabilitatis censuræ, ipso etiam facto obnoxius foret; super quibus nisi à Romano Pontifice, pro tempore existente, dispensari, siue absolui non posset: & nihilominus, alijs pœnis, si opus foret, à proprio Prælato, pro delicti mensurâ infligendis subiectus esset, prout subiecit.

Cæterùm, quamdiu per Apostolicam Sedem altera pars definita non esset, oppositaq; sententia condemnata, liceret viris doctis in publicis Academiæ disputationibus, siue Generalium, aut Prouincialium capitulorum, vel vbi aliàs interessent, qui rem capere possent, nec scandali vlla subesset occasio, de illa quæstione disserere, & argumentis vtramlibet partem, vel asserere, vel impugnare, dum tamen neutra, veluti erronea prædicaretur, seruarenturque illa omnia, quæ à dicto Sixto Prædecessore

 statuta

statuta sunt, quorum singula etiam quantum ad alias pœnas dixit innouanda & innouauit, prout in Sixti, & Pij Prædecessorum literis desuper confectus plenius continetur.

Verum, licet hæc prouidè statuta sint, nihilominus, sicut accepimus, nonnulli in diuersis Christiani orbis partibus, interminatis quæstionibus nimis intenti, dissentionum huiusmodi, iam pridem Ecclesiæ disciplinæ vigore recisa germina coalescere procurant, indeque contentiones & rixæ non sine Dei offensa, & scandalo plurimorum exortæ sunt, & grauiores indies ne exoriantur, periculum est, nisi à nobis oportune prouideatur. Quamobrem motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed certâ scientiâ, ac maturâ deliberatione, nostris Constitutionum Sixti, & Pij Prædecessorum huiusmodi veriores tenores præsentibus pro expreßis, & ad verbum insertis habentes, easdem constitutiones Apostolica authoritate, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, & etiam

po-
tium ap
tuti

etiam quoad earum pœnas quascumque, etiam absolutionis reseruationem, innouamus, & inuiolabiliter ab omnibus, etiam Regularibus, cuiuscumque ordinis, & instituti, & alijs quibuscumque tam Ecclesiasticis: quàm sæcularibus personis, cuiusuis status, gradus, ordinis, & conditionis, aut dignitatis, tam Ecclesiastica, quam sæcularis etiamsi specialis, specifica, & indiuidua earum esset necessario facienda mentio, obseruari præcipimus, & mandamus, donec à Romana Apostolica Sede huiusmodi controuersia fuerit definita.


Ac præterea si quis quouis modo conuenerit, præter supra dictarum Constitutionum pœnas, respectiuè ipso facto incurrendas, etiam concionandi, publicè legendi, seu docendi, & interpretandi facultate, ac voce actiua, & passiua in quibuscumque electionibus, eo ipso, absque alia declaratione, priuatus existat; nec non, ad concionandum, & publicè legendum, docendum, & interpretandum perpetuæ inhabilitatis pœnas similiter ipso facto

incurrat, à quibus non nisi à Nobis ipsis, vel successoribus nostris, Romanis Pontificibus pariter absolui, seu super ijs dispensari poßit: & nihilominus, alijs pœnis, nostro & eorumdem Romanorum Pontificum successorum nostrorum arbitrio infligendis subijciatur; prout eum subijcimus per præsentes. Et contra huiusmodi transgressores, etiam Regulares, cuiusuis ordinis, & instituti, etiam quomolibet exemptos, & alias quascumque Ecclesiasticas, & sæculares personas, cuiuscumque status gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quàm sæcularis, vt præfertur, tam Episcopi, & Prælati superiores, alijque ordinarij locorum, quam hæreticæ prauitatis vbique locorum Inquisitores procedant, & inquirant, atque in eos seuerè animaduertant.

Nos enim ijs & eorum cuilibet, contra eosdem transgressores procedendi, & inquirendi ac pœnis coërcendi, & puniendi liberam facultatem, & authoritatem ijsdem, authoritate, & tenore tribuimus & impartimur, eosque vt præfertur, procede-

re, & incurrere, & punire præcipimus, & mandamus. Non obstantibus omnibus ijs & singulis, quæ tam Sixtus, quàm Pius Prædecessores prædicti in litteris suis huiusmodi voluerunt non obstare. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, hac vice dumtaxat, specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Et nè præmissorum ignorantia à quoquam prætendi possit, volumus, & dicta authoritate decernimus, quod præsentes litteræ, seu illarum exempla, ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum, de vrbe in acie Campi Floræ affixa, omnes ita arctent, & afficiant, perinde, ac si vnicuique personaliter intimatæ fuissent, quodque præsentium transumptis, etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiasticâ constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud San-

ctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die VI. Iulij, Millesimo Sexcentesimo decimo sexto, Pontificatus nostri anno duodecimo.



DECRETVM PAVLI V.

FERIA QVINTA, DIE XXXI. *Augusti à Natiuitate Domini nostri* IESV CHRISTI, MDCXVII.

IN GENERALI CONgregatione Sanctæ Romanę, & vniuersalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico, in monte Quirinali, coram Sanctissimo Nostro Domino PAVLO Papa Quinto Diuina Prouidentia.

SANCTISSIMVS Dominus Noster post longam & maturam discussionem, auditis votis Illustrissimorum & Reuerendissimorum Dominorum Cardinalium, contra hæreticam prauitatem Generalium Inquisitorum, re accuratè & diligenter perpensa prouidè considerans, quod quamuis in Constitutione fœlicis recordationis Sixti IIII super Conceptione Beatissimæ Virginis Mariæ (pro submouendis inter Christi fideles scandalis, rixis, & contentionibus) edita, à Tridentina Synodo innouata, & deinde in alia Constitutione Sanctæ memoriæ Pij Quinti super eadem re, quam similiter Sanctitas sua innouauit, cum quibusdam prouisionibus, & adiectionibus pœnarum, pro efficaciore earum obseruatione, relinquatur vnicuique libera facultas tenendi & etiam asserendi vtramque partem, quod scilicet fuerit, vel non fuerit concepta cum peccato originali, dum tamen neutra veluti erronea, aut hæretica damnetur; nihilominus ex occasione assertionis affirma-

tiuæ in publicis Concionibus, Lectionibus, Conclusionibus, & Actibus publicis; Quod eadem Beatissima Virgo Maria fuerit concepta cum peccato originali, oriuntur in populo Christiano, cum magna Dei offensa, scandala, iurgia, & dissentiones.

Propterea volens huiusmodi scandalis ex debito sui muneris prouidere, decreuit, & præcepit, ac præsentis decreti virtute mandat, & præcipit omnibus, & singulis cuiusuis Ordinis & Instituti Regularibus, & alijs quibuscumque, tam Ecclesiasticis, quàm sæcularibus, etiamsi specialis, specifica, & indiuidua eorum necessario esset facienda mentio, vt in posterum, donec Articulus huiusmodi, à sancta Sede Apostolica fuerit definitus, vel per Sanctitatem suam, & Sedem Apostolicam fuerit aliter ordinatum, ne audeant, in publicis Concionibus, Lectionibus, Conclusionibus, & alijs quibuscumque actibus publicis asserere, quod eadem Beatissima Virgo Maria fuerit concepta cum peccato originali. Contra facientes eadem

Sancti-

Sanctitas sua voluit, & declarauit subiacere debere, & subiecit censuris, & pœnis contentis in supradictis Constitutionibus suorum Prædecessorum, & sua, ipso facto incurrendis.


Per huiusmodi tamen Prouisionem Sanctitas sua intendit reprobare alteram opinionem, nec ei vllum prorsus præiudicium inferre, eam relinquens in eodem statu, & terminis, in quibus de præsenti reperitur, præterquam quoad supra disposita. Vlterius: eisdem censuris, & pœnis, mandans, quod negatiuam opinionem, videlicet: quod non fuerit concepta cum peccato originali in prædictis publicis Actibus differentes, aliam opinionem non impugnent, nec de ea aliquo modo agant, seu tractent. Insuper voluit, & expressè mandauit, vt extra hos casus publicorum actuũ in reliquis omnibus supradictæ Constitutiones firmæ & illæsæ remaneant, & exactè obseruentur, perinde ac si præsens Decretum non emanasset.

Et ita decreuit & mandauit vbique inuiolabiliter obseruari: non obstantibus

in hac parte supra dictis Constitutionibus, & alijs omnibus in contrarium facientibus, volens & decernens pro obseruatione & executione præsentis Decreti, & omnium in eo contentorum quod contra huiusmodi transgressores, & etiam Regulares cuiusuis Ordinis & Instituti etiam quomodolibet exemptos, & alias quascunque Ecclesiasticas, & sæculares personas, cuiuscumque status, conditionis, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Ecclesiastica, quam sæcularis, tam Episcopi & Prælati, superiores, & alij Ordinarij locorum, quàm hæreticæ prauitatis vbique locorum deputati Inquisitores procedant, & in eos seuerè animaduertant, tribuens eis & eorum cuilibet facultatem & authoritatem contra eosdem transgressores procedendi, & pœnis coërcendi, puniendi, &c. Voluit demum, ne præmissorum ignorantia à quoquam prætendi possit, quod præsens Decretum, seu illius exemplar, ad valuas Principis Apostolorum de vrbe, & in acie Campi Floræ affixa, omnes ita arctent, & afficiant, perinde, ac si

ac si vnicuique personaliter intimata fuissent; quodque præsentium transumptis, etiam impreßis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Andreas de Pettinis.
Sanctæ Rom. & Vniuersalis
Inquisitionis Notarius.



DECRETVM GREGORII XV.

FERIA III. die XXIV. Maij, *Anno à Natiuitate Domini nostri* IESV *Christi* M.DC.XXII. *In Generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico in Monte Quirinali, coram S.D.N.* GREGORIO, *diuinâ prouidentiâ Papa XV. ac Illustrissimis, & Reuerendissimis DD. S.R.E. Cardd. aduersus hæreticam prauitatem Inquisitoribus, à Sanctâ Sede Apostolicâ specialiter deputatis.*

Sanctissimus D. N. auditis votis Illustrissimorum, & Reuerendissimorum DD. Cardinalium contra hæreticam prauitatem Generalium Inquisitorum Decretum, aliàs editũ, à fæl. rec. Paulo V. eius Prædecessore, tenoris sequentis, videlicet.

San-

Sanctissimus Dominus noster, post longam & maturam discussionem, auditis votis Illustrissimorum, & Reuerendissimorum DD. Cardinalium, contra hæreticam prauitatem Generalium Inquisitorum, re accuratè & diligenter perpensa, prouidè considerans, quod quamuis in Constitutione fœl. rec. SIXTI IV. *super* CONCEPTIONE *Beatæ Virginis* MARIÆ, *pro submouendis inter Christi fideles scandalis, rixis, & contentionibus edita, à Sancta Tridentina synodo innouata, & deinde in alia constitutione sanct. mem.* PII V. *super eadem re, quas similiter Sanctitas sua innouauit, cum quibusdam prouisionibus, & adiectionibus pœnarum, pro efficaciori earum obseruatione, relinquatur vnicuique libera facultas tenendi, & etiam asserendi vtramque partem, quod scilicet fuerit, vel non fuerit concepta cum peccato originali, dum tamen neutra, velut erronea, aut hæretica damnetur, nihilominus ex occasione assertionis affirmatiuæ in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, & actibus publicis, quod eadem*

Beatissima Virgo fuerit cum peccato originali concepta, oriuntur in populo Christiano cum magna Dei offensa, scandala, iurgia & dissensiones.

Propterea volens huiusmodi scandalis ex debito sui muneri prouidere, decreuit, & praecepit, ac praesentis Decreti virtute mandat, & praecipit omnibus & singulis cuiusuis Ordinis, & instituti Regularibus, & alijs quibuscumque, tam Ecclesiasticis, quàm secularibus personis, cuiusuis conditionis, status, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticae, quàm secularis, etiamsi specialis, specifica, & indiuidua earum esset necessariò mentio facienda, vt in posterum, donec Articulis huiusmodi à Sancta Sede Apostolica fuerit definitus, aut per Sanctitatem suam, & Sedem Apostolicam fuerit aliter ordinatum, non audeant in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, & alijs quibuscumque actibus publicis asserere, quod eadem Beatissima Virgo fuerit concepta cum peccato originali. Contrafacientes autem, eadem Sanctitas sua

voluit,

voluit, & declarauit, subiacere debere, & subiecit Censuris, & pœnis contentis in supradictis Constitutionibus suorum prædecessorum, & sua, ipso facto incurrendis.

Per huiusmodi tamen prouisionem, Sanctitas sua non intendit reprobare alteram opinionem, nec illi vllum prorsus præiudicium inferre, eam relinquens in eisdem statu & terminis, in quibus de præsenti reperitur, præterquam, quoad supra disposita. Vlterius sub eisdem Censuris & pœnis mandans, quod negatiuam opinionem, videlicet, quod non fuerit concepta cum peccato originali, in prædictis publicis actibus asserentes, aliam opinionem non impugnent, nec de ea aliquo modo agant, seu tractent.

Insuper voluit & expressè mandauit, vt extra hos casus expressos publicorum actuum in reliquis omnibus supradictæ Constitutiones firmæ, & illæsæ remaneant, & exactè obseruentur, perinde, ac si præsens Decretum non emanasset, & ita decreuit, & mandauit vbique inuiolabiliter

biliter obseruari, non obstantibus in hac parte supradictis Constitutionibus & alijs omnibus in contrarium facientibus &c.

Hos suo præsenti DECRETO *ex eiusdem caussis euitandi scandala, dissensiones, atque discordias in populo Christiano, quæ pari ratione oriri possunt, & vt accepit, in aliquibus Regionibus iam ortæ sunt, ex sermonibus priuatis occasione assertionis affirmatiuæ, extendit, & ampliauit etiam ad priuata colloquia & scripta:* Mandans & præcipiens omnibus, & singulis supradictis, ne de cætero, donec Articulus huiusmodi à Sede Apostolica definitus, & per Sanctitatem suam, & Sedem, & sedem Apostolicam fuerit aliter ordinatum; neque etiam in sermonibus, & scriptis priuatis audeant asserere, quod eadem Beatissima Virgo fuerit concepta cum peccato originali; nec de hac opinione affirmatiuâ aliquo modo agere, seu tractare, exceptis tamen, quibus à Sancta Sede A-

postolica fuerit super hoc simpliciter indultum.

Per hoc tamen, Sanctitas sua non intendit reprobare hanc opinionem, nec ei vllum prorsus praiudicium inferre, eam relinquens in eisdem statu & terminis, in quibus reperitur, præterquam quoad in supradicto fel. record. Pauli V. & hoc suo Decreto disposita. Eademq; Sanctitas sua voluit, & expreßè mandauit, vt in reliquis omnibus, vbi huiusmodi Decretis non aduersantur, Constitutiones Sixti IV. Alexandri VI. & Pij V. ac Pauli V. eius Prædecessorum super Conceptione Beatißimæ Virginis Mariæ firmæ & illibatæ remaneant, ac exactè obseruentur, perinde ac si huiusmodi Decretum non emanasset.

Et insuper eadem Sanctitas sua, cùm Sancta Romana Ecclesia, de Beatißimæ & intemeratæ Virginis Mariæ Conceptione festum solenniter, & officium celebret, omnibus, & singulis personis Ecclesiasticis, tam sæcularibus, quam cuiusuis Ordinis, & instituti Regularibus, mandat, ac præcipit,

cipit, vt in Sacrosancto Missæ sacrificio, ac diuino officio celebrandis, tam publicè, quàm priuatim, non alio, quam Conceptionis *nomine vti debeant. Contrauenientes autem Sanctitas sua voluit, & declarauit subiacere debere, & subiecit censuris, & pœnis contentis in supradictis Constitutionibus, ac præfato Decreto suorum Prædecessorum, ipso facto, incurrendis. Et ita decreuit & mandauit, vbique inuiolabiliter obseruari; non obstantibus in hac parte Constitutionibus suprascriptis, Decreto præfato Pauli V. consuetudinibus etiam immemorabilibus, nec non omnibus & singulis, quæ Prædecessores prædicti voluerunt non obstare, ac alijs quibuscumque in contrarium facientibus.*

Volens & decernens pro obseruatione & executione præsentis Decreti, & omnium in eo contentorum, quod contra huiusmodi transgressores, etiam Regulares, cuiusuis Ordinis & instituti, etiam quomodolibet exemptos, & alias quascumque Ecclesiasticas, & sæculares personas, cuiuscumque status, conditionis, gradus, ordinis aut dignita-

gnitatis tam Ecclesiasticæ, quam sæcularis, tam Episcopi & prælati superiores, aliiq; ordinarij locorum, quàm hæreticæ prauitatis vbique locorum deputati Inquisitores procedant, & in eos seuerè animaduertant; tribuens eis & eorum cuilibet liberam facultatem, & auctoritatem contra eosdem Transgressores procedendi, ac pœnis coërcendi, & puniendi. Voluit demũ, ne præmissorum ignorantia à quoquam prætendi poßit, quod præsens Decretum, seu illius exempla ad Valuas Basilicæ principis Apostolorum de Vrbe, & in Acie Campi floræ affixa, omnes ita arctent, & afficiant, perinde ac si vnicuiq; personaliter intimata fuissent, quodq; præsentium transsumptis, etiam impreßis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastici constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Andreas de Pettinis,

Sanct. Rom. & Vniuersalis Inquisitionis Notarius.

Post

Post hoc Decretum obtinuerun F.F. Dominicani, aliquam relaxationem per litteras Apostolicas, quas subnecto.

GREGORIVS PP. XV.

AD FVTVRAM REI MEmoriam.

EXimij atque singulares fructus, quos dilecti Filij Fratres Ordinis Prædicatorum in militante Ecclesia, cuius regimini, diuina disponente clementia, præsidemus, attulerunt, & indies afferunt, promerentur, vt eosdem Fratres, specialibus fauoribus & gratijs; quantum cum Domino possumus, libenter prosequamur. Aliàs siquidem fœlicis recordationis Paulus Papa V. Prædecessor noster, post longam & maturam discußionem, auditis votis Ven. Fratrum nostrorum, tunc suorum S.R.E. Cardinalium, contra hæreticam prauitatem Generalium Inquisitorum, re accuratè & diligenter perpensa prouidè

prouidè considerans, quod quamuis in Cõstitutionibus fœlicis recordationis Sixti Papæ IV. etiam Prædecessoris nostri super CONCEPTIONE *Beatæ Virginis* MARIÆ, *pro submouendis inter Christi fideles scandalis, rixis, & contentionibus, edita, à Sancta Tridentina Synodo innouata, & deinde in alia Constitutione san. memor. Pij Papæ V. similiter prædecessoris nostri, super eadem re, quas idem Paulus prædecessor, innouauit, cum quibusdam pr[illegible]nibus, & adiectionibus pœnarum, pro efficaciori earum obseruatione; relinquebatur vnicuique libera facultas tenendi, & etiam asserendi vtramque partem, quod scilicet fuerit, vel non fuerit concepta cum peccato originali, dum tamen neutra veluti erronea, aut hæretica damnaretur.*

Nihilominus ex occasione assertionis affirmatiuæ, in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, & actibus publicis, quod eadem Beatissima Virgo fuerit cum peccato originali concepta, oriebantur in populo Christiano, cũ magna Dei offensa,

ſcandala, iurgia, & diſſenſiones. propterea volens huiuſmodi ſcandalis ex debito ſui muneris prouidere, decreuit, & præcepit, omnibus, & ſingulis cuiuſuis ordinis, & inſtituti Regularibus; & alijs quibuſcumque, tam Eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus perſonis, cuiuſuis conditionis, ſtatus, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Eccleſiaſticæ, quàm ſæcularis, etiamſi ſpecialis, ſpecifica, & indiuidua earum eſſet neceſſariò mentio facienda, vt in poſterum, donec Articulus huiuſmodi à Sancta Sede Apoſtolica fuerit definitus, vel per eundem Paulum prædeceſſorem, & Sedem Apoſtolicam fuiſſet aliter ordinatum, non audeant in publicis concionibus, lectionibus, concluſionibus, & alijs quibuſcumque actibus publicis aſſerere, quod eadem B. Virgo fuerit concepta cum peccato originali. Contra facientes autem, dicitur Paulus prædeceſſor voluit, & declarauit, ſubiacere debere, & ſubiecit Cenſuris, & pœnis contentis in ſupradictis Conſtitutionibus ſuorum prædeceſſorum, & ſua, ipſo facto incurrendis.

P4

per huiusmodi tamen prouisionem idem Paulus prædecessor, non intendit reprobare alteram opinionem, nec ei vllum prorsus præiudicium inferre, eam relinquens in eisdem statu & terminis, in quibus tunc reperiebatur, præterquam quoad supra disposita. Vlterius sub eisdem censuris & pœnis mandauit, quod negatiuam opinionem, videlicet, quod non fuerit concepta cum peccato originali in præfatis actibus asserentes, aliam opinionem non impugnarent, nec de ea aliquo modo agerent, seu tractarent. Insuper voluit & expressè mandauit, vt extra hos casus expressos publicorum actuum, in reliquis omnibus supradictæ Constitutiones firma & illæsæ remaneant, & exactè obseruentur, perinde ac si Decretum huiusmodi non emanasset.

Nuper verò Nos, sub die videlicet XIV. *Maij* M.DC.XXII. *generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & vniuersales Inquisitiones, habitâ in Palatio Apostolico in Monte Quirinali, coram nobis & Cardinalibus præfatis, ex eiusdem*

caussis

caussis euitandi scandala, dissensiones atque discordias in populo Christiano, quæ pari ratione oriri possunt, & , vt accepimus, in aliquibus Regionibus iam orta sunt, ex sermonibus priuatis, occasione assertionis affirmatiuæ, supradictum Pauli prædecessoris Decretum extendimus, & ampliauimus etiam ad priuata colloquia, & scripta, mandantes, & præcipientes omnibus, & singulis supradictis, ne de cætero, donec Articulus huiusmodi à Sede Apostolica fuerit super hoc specialiter indultum. Per hoc tamen non intendimus reprobare hanc opinionem, nec ei vllum prorsus præiudicium inferre, eam relinquentes in eisdem statu, & terminis, in quibus reperitur, præterquam quoad in supradicto dicti Pauli prædecessoris Decreto disposita. Voluimusque, & expreßè mandauimus, vt in reliquis omnibus, vbi huiusmodi Decretis non aduersantur, Constitutiones Sixti, ac Pij, & Pauli præfatorum, necnon rec. mem. Alexandri Papæ VI. prædecessorum nostrorum super Conceptione Beatißimæ Virginis Mariæ, firmæ & illibatæ remaneant,

neant, ac exactè obseruentur, perinde ac si huiusmodi Decretum non emanasset.

Et insuper cùm Sancta Romana Ecclesia de Beatissima & intemerata Virginis Mariæ Conceptione Festum solemniter, & officium celebret, omnibus, & singulis personis Ecclesiasticis, tam sæcularibus, quã cuiusuis Ordinis & instituti Regularibus, mandauimus, ac præcepimus, vt in Sacrosancto Missæ Sacrificio ac Diuino Officio celebrandis, tam publicè, quàm priuatim non alio, quàm Conceptionis nomine vti debeant. Contrauenientes autem voluimus, & declarauimus subiacere debere, & subiecimus, censuris & pœnis contentis in supradictis Constitutionibus, ac præfato Decreto nostrorum Prædecessorum ipso facto incurrendis. Et ita decreuimus, & mãdauimus vbique inuiolabiliter obseruari. Non obstantibus in hac parte Constitutionibus supradictis, Decreto præfato Pauli Prædecessoris, consuetudinibus etiam immemorabilibus, nec non omnibus, & singulis, quæ Prædecessores præfati voluerunt non obstare, ac alijs quibuscumque in con-

trarium facientibus. Volentes & decernentes pro obseruatione, & executione nostri huiusmodi Decreti, & omnium in eo contentorum, quod contra huiusmodi transgressores, etiam Regulares, cuiusuis Ordinis, & instituti, etiam quomodolibet exemptos, & alias quascumque Ecclesiasticas & sæculares personas, cuiuscumq; status, conditionis, gradus, ordinis aut dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quam sæcularis, tam Episcopi & prælati Superiores, aliique Ordinarij locorum, quàm hæreticæ prauitatis vbique locorum deputati Inquisitores procedant, & in eos seuerè animaduertant. Tribuentes eis, & eorum cuilibet, liberam facultatem, & auctoritatem, contra eosdem transgressores procedendi, ac pœnis coërcendi, & puniendi.

Nunc autem, Nos eosdem Fratres Ordinis prædicatorum, quos in visceribus gerimus charitatis, specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas, à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel cau-

sâ latis, si quibus, quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dũtaxat consequendum, harũ serie absoluentes, & absolutas fore censentes: Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, omnibus & singulis dicti Ordinis prædicatorũ Fratribus, vt de cætero, in quibuscumq; priuatis eorum colloquijs, seu cõferentijs, inter se dumtaxat, & nõ inter alios, aut cũ alijs, de materia eiusdem Conceptionis Beatissimæ Mariæ Virginis differere, & tractare absque vllo pœnarum in dictis Decretis contentarũ incursu, liberè, & licitè possint, & valeant, Apostolica auctoritate, tenore præsentium, licentiam concedimus, & impartimur. Decernẽtes, Fratres præfatos à quoquam, quauis auctoritate desuper molestari, perturbari, aut inquietari nullatenus posse, aut debere, sicque & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios, & Delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, vbique iudicari & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his, à quoquam quauis auctoritate, scienter, vel

cipit, vt in Sacrosancto Missæ sacrificio, ac diuino officio celebrandis, tam publicè, quàm priuatim, non alio, quam Conceptionis *nomine vti debeant. Contrauenientes autem Sanctitas sua voluit, & declarauit subiacere debere, & subiecit censuris; & pœnis contentis in supradictis Constitutionibus, ac præfato Decreto suorum Prædecessorum, ipso facto, incurrendis. Et ita decreuit & mandauit, vbiq; inuiolabiliter obseruari; non obstantibus in hac parte Constitutionibus suprascriptis, Decreto præfato Pauli V. consuetudinibus etiam immemorabilibus, nec non omnibus & singulis, quæ Prædecessores prædicti voluerunt non obstare, ac alijs quibuscumque in contrarium facientibus.*

Volens & decernens pro obseruatione & executione præsentis Decreti, & omnium in eo contentorum, quod contra huiusmodi transgressores, etiam Regulares, cuiusuis Ordinis & instituti, etiam quomodolibet exemptos, & alias quascumque Ecclesiasticas, & seculares personas, cuiuscumque status, conditionis, gradus, ordinis aut dignita-

gnitatis tam Ecclesiastica, quam sæcularis, tam Episcopi & prælati superiores, aliiq; ordinarij locorum, quàm hæretica prauitatis vbique locorum deputati Inquisitores procedant, & in eos seuerè animaduertant; tribuens eis & eorum cuilibet liberam facultatem, & auctoritatem contra eosdem Transgressores procedendi, ac pœnis coërcendi, & puniendi. Voluit demũ, ne præmissorum ignorantia à quoquam prætendi posit, quod præsens Decretum, seu illius exempla ad Valuas Basilicæ principis Apostolorum de Vrbe, & in Acie Campi floræ affixa, omnes ita arctent, & afficiant, perinde ac si vnicuiq; personaliter intimata fuissent, quodq; præsentium transsumptis, etiam impreßis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastici constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibita vel ostensa.

Andreas de Pettinis,

Sanct. Rom. & Vniuersalis Inquisitionis Notarius.

Post

Post hoc Decretum obtinueru
F.F. Dominicani, aliquam rela:
tionem per litteras Apostolic
quas subnecto.

GREGORIVS PP. XV

AD FVTVRAM REI ME moriam.

EXimij atque singulares fruct quos dilecti Filij Fratres Ordi Prædicatorum in militante Ecclesia, cu regimini, diuina disponente clement præsidemus, attulerunt, & indies a runt, promerentur, vt eosdem Fratres, s cialibus fauoribus & gratijs; quant sum Domino possumus, libenter proseq mur. Aliàs siquidem fœlicis recordatio Paulus Papa V. Prædecessor noster, p longam & maturam discußionem, au tis votis Ven. Fratrum nostrorum, tu suorum S.R.E. Cardinalium, contra h reticam prauitatem Generalium Inqui torum, re accuratè & diligenter perpen prou

prouidè considerans, quod quamuis in Cōstitutionibus fœlicis recordationis Sixti Papæ IV. etiam Prædecessoris nostri super CONCEPTIONE Beatæ Virginis MARIÆ, pro submouendis inter Christi fideles scandalis, rixis, & contentionibus, edita, à Sancta Tridentina Synodo innouata, & deinde in alia Constitutione san. memor. Pij Papæ V. similiter Prædecessoris nostri, super eadem re, quas idem Paulus prædecessor, innouauit, cum quibusdam pr[illegible]nibus, & adiectionibus pœnarum, pro efficaciori earum obseruatione; relinquebatur vnicuiq; libera facultas tenendi, & etiam asserendi vtramque partem, quod scilicet fuerit, vel non fuerit concepta cum peccato originali, dum tamen neutra veluti erronea, aut hæretica damnaretur.

Nihilominus ex occasione assertionis affirmatiuæ, in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, & actibus publicis, quod eadem Beatissima Virgo fuerit cum peccato originali concepta, oriebantur in populo Christiano, cū magna Dei offensa,

scan-

ſcandala, iurgia, & diſſenſiones. propterea volens huiuſmodi ſcandalis ex debito ſui muneris prouidere, decreuit, & præcepit, omnibus, & ſingulis cuiuſuis ordinis, & inſtituti Regularibus; & alijs quibuſcumque, tam Eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus perſonis, cuiuſuis conditionis, ſtatus, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Eccleſiaſticæ, quàm ſæcularis, etiamſi ſpecialis, ſpecifica, & indiuidua earum eſſet neceſſariò mentio facienda, vt in poſterùm donec Articulus huiuſmodi à Sancta Sede Apoſtolica fuerit definitus, vel per eundem Paulum prædeceſſorem, & Sedem Apoſtolicam fuiſſet aliter ordinatum, non audeant in publicis concionibus, lectionibus, concluſionibus, & alijs quibuſcumque actibus publicis aſſerere, quod eadem B. Virgo fuerit concepta cum peccato originali. Contra facientes autem, dicitur Paulus prædeceſſor voluit, & declarauit, ſubiacere debere, & ſubiecit Cenſuris, & pœnis contentis in ſupradictis Conſtitutionibus ſuorum prædeceſſorum, & ſua, ipſo facto incurrendis.

per huiusmodi tamen prouisionem idem Paulus prædecessor, non intendit reprobare alteram opinionem, nec ei vllum prorsus præiudicium inferre, eam relinquens in eisdem statu & terminis, in quibus tunc reperiebatur, præterquam quoad supra disposita. Vlterius sub eisdem censuris & pœnis mandauit, quod negatiuam opinionem, videlicet, quod non fuerit concepta cum peccato originali in præfatis actibus asserentes, aliam opinionem non impugnarent, nec de ea aliquo modo agerent, seu tractarent. Insuper voluit & expressè mandauit, vt extra hos casus expressos publicorum actuum, in reliquis omnibus supradictæ Constitutiones firmæ & illæsæ remaneant, & exactè obseruentur, perinde ac si Decretum huiusmodi non emanasset.

Nuper verò Nos, sub die videlicet XIV. Maij M.DC.XXII. generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & vniuersales Inquisitiones, habitâ in Palatio Apostolico in Monte Quirinali, coram nobis & Cardinalibus præfatis, ex eiusdem

caussis

causßis euitandi ſcandala, diſſenſiones atq; diſcordias in populo Chriſtiano, quæ pari ratione oriri poſſunt, & vt accepimus, in aliquibus Regionibus iam ortæ ſunt, ex ſermonibus priuatis, occaſione aſſertionis affirmatiuæ, ſupradictum Pauli prædeceſſoris Decretum extendimus, & ampliauimus etiam ad priuata colloquia, & ſcripta, mandantes, & præcipientes omnibus, & ſingulis ſupradictis, ne de cætero, donec Articulus huiuſmodi à Sede Apoſtolica fuerit ſuper hoc ſpecialiter indultum. Per hoc tamen non intendimus reprobare hanc opinionem, nec ei vllum prorſus præiudicium inferre, eam relinquentes in eiſdem ſtatu, & terminis, in quibus reperitur, præterquam quoad in ſupradicto dicti Pauli prædeceſſoris Decreto diſpoſita. Voluimusq; & expreßè mandauimus, vt in reliquis omnibus, vbi huiuſmodi Decretis non aduerſantur, Conſtitutiones Sixti, ac Pij, & Pauli præfatorum, necnon rec. mem. Alexandri Papæ VI. prædeceſſorum noſtrorum ſuper Conceptione Beatiſſimæ Virginis Mariæ, firmæ & illibatæ remaneant,

neant, ac exactè obseruentur, perinde ac si huiusmodi Decretum non emanasset.

Et insuper cùm Sancta Romana Ecclesia de Beatissimæ & intemeratæ Virginis Mariæ Conceptione Festum solemniter, & officium celebret, omnibus, & singulis personis Ecclesiasticis, tam sæcularibus, quā cuiusuis Ordinis & instituti Regularibus, mandauimus, ac præcepimus, vt in Sacrosancto Missæ Sacrificio ac Diuino Officio celebrandis, tam publicè, quàm priuatim non alio, quàm Conceptionis nomine vti debeant. Contrauenientes autem voluimus, & declarauimus subiacere debere, & subiecimus, censuris & pœnis contentis in supradictis Constitutionibus, ac præfato Decreto nostrorum Prædecessorum ipso facto incurrendis. Et ita decreuimus, & mādauimus vbique inuiolabiliter obseruari. Non obstantibus in hac parte Constitutionibus supradictis, Decreto præfato Pauli Prædecessoris, consuetudinibus etiam immemorabilibus, nec non omnibus, & singulis, quæ Prædecessores præfati voluerunt non obstare, ac aliis quibuscumque in con-

tratium facientibus. Volentes & decernentes pro obseruatione, & executione nostri huiusmodi Decreti, & omnium in eo contentorum, quod contra huiusmodi transgressores, etiam Regulares, cuiusuis Ordinis, & instituti, etiam quomodolibet exemptos, & alias quascumque Ecclesiasticas & sæculares personas, cuiuscumq; status, conditionis, gradus, ordinis aut dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quam sæcularis, tam Episcopi & prælati Superiores, aliique Ordinarij locorum, quàm hæreticæ prauitatis vbique locorum deputati Inquisitores procedant, & in eos seuerè animaduertant. Tribuentes eis, & eorum cuilibet, liberam facultatem, & auctoritatem, contra eosdem transgressores procedendi, ac pœnis coërcendi, & puniendi.

Nunc autem, Nos eosdem Fratres Ordinis prædicatorum, quos in visceribus gerimus charitatis, specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas, à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, cēsuris & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel cau-

sâ latis, si quibus, quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dũtaxat consequendum, harũ serie absoluentes, & absolutas fore censentes: Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, omnibus & singulis dicti Ordinis prædicatorũ Fratribus, vt de cætero, in quibuscumq; priuatis eorum colloquijs, seu cõferentijs, inter se dumtaxat, & nõ inter alios, aut cũ alijs, de materia eiusdem Conceptionis Beatißimæ Mariæ Virginis differere, & tractare absque vllo pœnarum in dictis Decretis contentarũ incursu, liberè, & licitè poßint, & valeant, Apostolica auctoritate, tenore præsentium, licentiam concedimus, & impartimur. Decernẽtes, Fratres præfatos à quoquam, quauis auctoritate desuper molestari, perturbari, aut inquietari nullatenus posse, aut debere, sicque & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios, & Delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, vbique iudicari & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his, à quoquam quauis auctoritate, scienter, vel

ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus singulis præmissis ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die XVIII. Iulij. Ann.MDCXXII.Pontificatus nostri, Anno secundo.

S. Card. S.Susannæ.



INDEX RERVM ET VERBORVM.

A.

Astar-

Deus

Hallæ

rum,

Gur-

Ma-

Neo-

Sul-

Vere-

Errata sic corrige.

Pag. 4. l. 9. amœnitati p. 10. marg. Luminaribus p. 11, vlt. vocatur luna plena, p. 18, l. 11, temperantes, p. 19, l. 22, coloratum, p. 21, l. 19 Quēadmodum, p. 30, l. 14, in eum diem, p. 30, lin. 15, dele in. p. 34, l. 22, Ego vnam, p. 43. l. 6, abundātia, p. 58, l. 1. omnia, p. 66, l. 20, sonus, p 95, l. 7, illustrator, p. 95, l. 12, imprimisque, p. 123, lin. 19, Natiuitatis, p. 131, l. 23, Luna, p. 143, l. 19, fructus p. 149. l. 22, auguratus, p. 15 , in marg. Zonaras, p. 154, l 7, Imperator, p 158, lin. 17, columnas, p. 183, lin. 12. falsum, p. 209, l. 9, infinitatem, pa. 230, l. 18, scarificatio, p. 247, l. 6, docet, p. 256, li. 13, existimabat, p. 279, l. 1, quam, p. 279, l. 16, propria, p. 302, l. 2, nullus, p 331. l. vlt. in marg. moralis, p. 316, l. 25. cerdo, p. 340, l. 10, videri, p. 340 l. 23 imperfecto, p. 343, l. 24, imitatione, p. 364, l 5, facem, p. 367. l. 12, seruebat, p. 376, l. 20, velocius p. 389. l. 8, scarificatio, pa. 422, l. 7. duplicis soni pag. 446, l. 19. perceellitur, pag. 452. lin. 10, Christo, pagin. 458 lin. 5, Aut Deum aut Deam, p. 498

ERRATA

pag. 468 lin. 13 vestimenta. pag. 478. l 9 eis, p. 491. 3. marg terrena, p. 512. l. 10. dominatur, p. 520, lin. 7. inuoces. p 522. l. illuminatam, p. 524 l. 2. Caninius, p. 524. lin. 18. Phœnicius, p 563. l. 13. fortitudine, p. 563 l. 25. hunc, 566. marg. Paganus, p. 569. l. 11. diuino, p. 546. lin. 11. amantissimam. p. 548. lin. 1. pulsis, p. 575. lin. 4, dele in. p. 583, lin. 2, se inclusit, p. 163 lin. 24. terrore, p. 584. lin. 7 procellasque. p. 591, lin. 14, lætitiæ, p. 626, in marg. Victoria Preto-Ioannis trans ad 626 §. His ipsis, p. 646, lin. 19. obsessosque, p. 167, lin. 1. addictissimus.



FINIS.

image
not
available